This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HDI
HW 2JN8 K

Digitized by Google

KE30592

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΠΟΛΥΒΙΟΣ.

POLYBII

MEGALOPOLITANI

HISTORIARUM

QUIDQUID SUPEREST.

RECENSUIT, DIGESSIT,

EMENDATIORE INTERPRETATIONE, VARIETATE LECTIONIS, INDICIBUS

ILLUSTRAVIT

JOHANNES SCHWEIGHÆUSER,

ARGENTORATENSIS.

TOM. III.

EDITIO NOVA.

OXONII,

EXCUDEBAT W. BAXTER:

IMPENSIS G. ET W. B. WHITTAKER, LONDINI: ET J. PARKER, ET R. BLISS, OXONII.

MDCCCXXIII.

Digitized by Google

KE30592
~~Gp 95.132~~

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 9, 1908

Digitized by Google

ΤΗΣ ΔΕΚΑΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

TARENTUM RECEPTUM A FABIO.

Ol. 142. 3. A. U. 545.

* * *

ΟΝΤΩΝ γὰρ ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ καὶ τῆς Ῥηγίνων πόλεως σταδίων εἰς Τάραντα πλειόνων ἢ δισχιλίων, εἰς τέλος ἀλίμενον εἶναι συμβαίνει τὴν πλευρὰν τῆς Ἰταλίας ταύτην, πλὴν τῶν ἐν Τάραντι λιμένων· ἢ τέτρα- πται μὲν ἐς τὸ Σικελικὸν πέλαγος, νεύει δὲ πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους, ἔχει δὲ τῶν τε βαρβάρων ἐθνῶν τὰ πολυανθρωπότατα, καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων τὰς ἐπιφανεστάτας. Βρέττιοι γὰρ καὶ Λευκανοὶ, καί τινα μέρη τῶν [a]Δαυνίων, ἔτι δὲ Καλαβροὶ, καὶ πλείους ἕτεροι, τοῦτο τὸ κλίμα νέμονται τῆς Ἰταλίας. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων Ῥήγιον, καὶ [b]Καυλωνία,

Ora inferioris Italiæ importuosa.

Portus Tarenti.

Portuum Tarentinorum opportunitas.

[a] Δαυνίων monente Gronovio scripsi. Vulgo omnes Σαυνίτων. [b] Καυλανία cum Uraino correxit Casaub. quum Καυλών darent libri.

I.

Excerpt. Antiq. ex Lib. X. *Cap.* 1.

* * *

ITALIÆ illa *ora*, quæ a freto Siculo et oppido Rheginorum Tarentum usque per stadia amplius bis mille porrigitur, quæque *mari Siculo obversa* in Græciam vergit, est universa penitus importuosa, si *Tarentinos portus* excipias. Sunt autem in eo tractu et gentium barbararum populi numerosissimi, et Græcorum hominum urbes nobilissimæ. Bruttii namque, et Lucani, atque *Dauniorum* partes nonnullæ, nec non Calabri, et alii plures hanc Italiæ plagam incolunt. Pariterque e Græcanicis civitatibus eam maris oram obtinent Rhegium, Caulon, Lo-

Digitized by Google

Ol. 142. 3. καὶ Λοκροὶ, καὶ Κρότων, ἔτι δὲ Μεταπόντιοι καὶ Θούριοι ταύτην ἐπέχουσι τὴν παραλίαν. ὥστε καὶ τοὺς 5 ἀπὸ Σικελίας καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος φερομένους ἐπί τινα τόπον τῶν προειρημένων, κατ' ἀνάγκην ὁρμεῖν ἐν τοῖς τῶν Ταραντίνων λιμέσι, καὶ τὰς ἀμείψεις καὶ τὰς οἰκονομίας πρὸς πάντας τοὺς κατέχοντας ταύτην τὴν πλευρὰν τῆς Ἰταλίας ἐν ταύτῃ ποιεῖσθαι τῇ πόλει.

Tarenti opulentia. Τεκμήραιτο δ' ἄν τις τοῦ τόπου τὴν εὐκαιρίαν ἐκ τῆς 6 περὶ Κροτωνιάτας γενομένης εὐδαιμονίας. ἐπεῖνοι γὰρ θερινοὺς ἔχοντες ὅρμους, καὶ βραχεῖάν τινα παντελῶς προσαγωγὴν, μεγάλην εὐδαιμονίαν δοκοῦσι περιποιήσασθαι διὰ οὐδὲν ἕτερον, ἢ διὰ τὴν τῶν τόπων εὐφυΐαν· ἣν οὐδὲ συγκρίνειν ἄξιόν ἐστι τοῖς Ταραντίνων λιμέσι καὶ τόποις. Τέτακται δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατὰ τὸν Ἀδρίαν 7 λιμένας εὐφυῶς καὶ νῦν μὲν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἦν πρὸ τοῦ. ἀπὸ γὰρ ἄκρας Ἰαπυγίας ἕως εἰς [c]Σιποῦντα πᾶς ὁ 8 προσφερόμενος ἐκ τῶν ἀντιπέρας, καὶ καθορμισθεὶς πρὸς τὴν Ἰταλίαν, εἰς Τάραντα ἐποιεῖτο τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ταύτῃ συνεχρῆτο τῇ πόλει πρὸς τὰς ἀλλαγὰς καὶ [d]μεταθέσεις οἱονεὶ ἐμπορίῳ. οὐδέπω γὰρ συνέβαινε τότε, 9

Fabius Tarentum oppugnat. τὴν τῶν Βρεντεσινῶν ἐκτίσθαι πόλιν. Διόπερ ὁ Φάβιος, 10 ἐν μεγάλῳ τιθέμενος τὴν [e]ἐπιβολὴν, τἆλλα παρεὶς, πρὸς ταῖς εἰς τοῦτο τὸ μέρος ἦν ἐπινοίαις.

[c] Et Σιποῦντα correxerunt Urs. et Casaub. cum male Σιπόντας legeretur. [d] An διαθέσεις, venditionem? [e] ἐπιβολὴν recte dedit Reg. E. Ceteri vulgo ὑπερβολὴν.

cri, Croton, Metapontum et Thurii. Ita fit, ut necessario, quicumque vel e Sicilia vel e Græcia aliquem ex prædictis locis petunt, *Tarentinorum portibus* sit eis utendum, et in ea urbe permutationes faciendæ, aut alia commercia agitanda cum universis illis populis, qui hoc Italiæ latus tenent. Enimvero Tarentum quam opportuno sit loco situm, licet conjicere ex ea opulentia, quam olim *Crotoniatæ* sunt adepti: qui, quum stationes navium æstivas solum et parvum quemdam adpulsum haberent, ingentes tamen sunt consecuti opes; non aliam (uti quidem videtur) ob causam, nisi hanc, quod magna esset ejus loci opportunitas: quæ tamen ne comparari quidem meretur cum portibus ac situ *Tarenti*. Habet autem hæc urbs et nunc quidem opportunitatem respectu eorum etiam portuum, qui ad Hadriaticum mare sunt: sed majorem olim habuerat. Nam a Iapygio promontorio usque ad Sipontum quisquis ex oppositis oris in Italiam tendebat, ut ibi appelleret, Tarentum petebat, et ea urbe tamquam emporio ad permutandas aut transferendas merces utebatur. Nec dum enim conditum erat *Brundusium*. Propterea *Fabius*, multum interesse ratus in *Tarentum* arma convertere, ceteris rebus posthabitis, in hanc unam curam incubuit.

Digitized by Google

II.

A. U. 545.

SCIPIO MITTITUR IN HISPANIAM.

* * *

Ingenium Scipionis.

11. ΜΕΛΛΟΝΤΕΣ ἱστορεῖν τὰ πραχθέντα Ποπλίῳ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, συλλήβδην δὲ πάσας τὰς κατὰ τὸν βίον ἐπιτελεσθείσας αὐτῷ πράξεις· ἀναγκαῖον ἡγούμεθα τὸ [f]προεπιστῆσαι τοὺς ἀκούοντας ἐπὶ τὴν αἵρεσιν καὶ φύσιν τἀνδρός. [g]τῷ γὰρ σχεδὸν ἐπιφανέστατον αὐτὸν γεγονέναι τῶν πρὸ τοῦ, ζητοῦσι μὲν πάντες εἰδέναι, τίς ποτ' ἦν, καὶ ἀπὸ ποίας φύσεως ἢ τριβῆς ὁρμηθεὶς τὰς τηλικαύτας καὶ τοσαύτας ἐπετελέσατο πράξεις· ἀγνοεῖν δὲ καὶ ψευδοδοξάζειν ἀναγκάζονται, διὰ τὸ τοὺς ἐξηγουμένους ὑπὲρ αὐτοῦ παραπεπαικέναι τῆς ἀληθείας. Ὅτι δέ ἐστιν ὑγιὲς τὸ νυνὶ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν, δῆλον ἔσται διὰ τῆς ἡμετέρας ἐξηγήσεως τοῖς ἐπισημαίνεσθαι δυναμένοις τὰ κάλλιστα καὶ παραβολώτατα τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες αὐτὸν ἐπιτυχῆ τινα, καὶ τὸ πλεῖον αἰεὶ παραλόγως καὶ ταὐτομάτῳ κατορθοῦντα τὰς ἐπιβολὰς παρεισάγουσι· νομίζοντες, ὡσανεὶ θειοτέρους εἶναι καὶ θαυμαστοτέρους τοὺς τοιούτους ἄνδρας τῶν κατὰ λόγον ἐν ἑκάστοις πραττόντων· ἀγνοοῦντες, ὅτι τὸ μὲν ἐπαινετὸν, τὸ δὲ μακαριστὸν

Scipio non felix solum, sed et prudens.

[f] προεπιστῆσαι edit. Ernest. [g] τῷ γὰρ ex Valesii emend. adscivi. τὸ γὰρ erat in MSto, quod et ex διὰ τὸ γὰρ decurtatum esse potest.

II.

Excerpt. Valesian. et deinde Excerpt. Antiq. cap. 2. segq.

* * *

11. DICTURI *de rebus a P. Scipione in Hispania gestis*, atque in universum de omnibus iis quæ toto vitæ spatio confecit; necessarium esse duximus, auditorem præmonere de *instituto ingenioque* hujus viri. Nam quum pæne omnium superiori memoria celeberrimus exstiterit; *quis et qualis fuerit, quave indole aut quo rerum usu præditus tot tantasque res perfecerit*, scire omnes quidem cupiunt. Sed coguntur in ignoratione versari, aut opinione falli, propterea quod, qui de illo viro scripsere, multum a veritate aberrarunt. Vere autem hoc a nobis dici, ex narrationis nostræ serie patebit eis, qui pulcerrima et fortissima illius facta observare æstimareque possunt. Et scriptores quidem alii omnes eum inducunt *virum quemdam fortunatum*, et qui pleraque sua omnia incepta, præter rationem, casu quodam fortuito ad finem optatum perduxerit. Putant enim, eos, qui tales sunt, magis esse quasi divinos et majore admiratione dignos illis, qui singulas suas actiones ratione certa dirigunt. Nimirum ignorant isti, ejusmodi esse illa, quæ diximus, ut propter eorum alterum *laudenter* homi-

Digitized by Google

Ol. 142. 3. εἶναι συμβαίνει τῶν προειρημένων. καὶ τὸ μὲν κοινόν 7
ἐστι καὶ τοῖς τυχοῦσι, τὸ δ' ἐπαινετὸν μόνον ἴδιον
[h]ὑπάρχει τῶν εὐλογίστων καὶ φρένας ἐχόντων ἀνδρῶν,
οὓς καὶ θειοτάτους εἶναι καὶ προσφιλεστάτους τοῖς θεοῖς
Simile Scipionis et Lycurgi institutum. νομιστέον. [l]Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ Πόπλιος Λυκούργῳ, τῷ τῶν 8
Λακεδαιμονίων νομοθέτῃ, παραπλησίαν ἐσχηκέναι φύσιν
καὶ προαίρεσιν. οὔτε γὰρ Λυκοῦργον ἡγητέον δεισιδαι- 9
μονοῦντα, καὶ πάντα προσέχοντα τῇ Πυθίᾳ, συστήσα-
σθαι τὸ Λακεδαιμονίων πολίτευμα· οὔτε Πόπλιον ἐξ
ἐνυπνίων ὁρμώμενον καὶ κληδόνων, τηλικαύτην περιποι-
ῆσαι τῇ πατρίδι δυναστείαν. Ἀλλ' ὁρῶντες ἑκάτεροι 10
τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων [k]οὔτε παράδοξα προσδεχο-
μένους ῥᾳδίως, οὔτε τοῖς δεινοῖς τολμῶντας [l]παραβάλλε-
σθαι χωρὶς τῆς ἐκ τῶν θεῶν ἐλπίδος· Λυκοῦργος μὲν, ἀεὶ 11
προσλαμβανόμενος ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς τὴν ἐκ τῆς
Πυθίας φήμην, εὐπαραδεκτοτέρας καὶ πιστοτέρας ἐποίει
τὰς ἰδίας ἐπινοίας· Πόπλιος δὲ παραπλησίως, [m]ἐνεργα- 12
ζόμενος ἀεὶ δόξαν τοῖς πολλοῖς, ὡς μετὰ τῆς θείας
ἐπινοίας ποιούμενος τὰς ἐπιβολὰς, εὐθαρσεστέρους καὶ
προθυμοτέρους κατεσκεύαζε τοὺς ὑποταττομένους πρὸς
τὰ δεινὰ τῶν ἔργων. Ὅτι δ' ἅπασα μετὰ λογισμοῦ 13

[h] ὑπάρχει correxit Casaub. cum Ursino. ὑπάρχειν Hervag. cum MStis. [l] Particulam ℵ, quæ abest vulgo, inserui cum Reiskio. [k] οὔτε τὰ παράδοξα malim cum Reiskio. [l] περιβάλλεσθαι Hervag. cum Aug. Urb. Med. Regiis tribus et Vesont. περιζαλίσθαι cod. Peiresc. [m] ἐνεργαζόμενος dedit Reg. E. et alter Med. Ceteri vulgo ἐργαζ.

nes, propter alterum *felices prædicentur*: quorum hoc quidem cuivis vel vulgatissimo homini potest contingere; laude vero dignum esse, proprium est dumtaxat prudentium et cordatorum virorum, qui etiam maxime divini et diis carissimi debent censeri. Enimvero mihi videtur *Scipio*, et natura, et instituto, similitudinem aliquam cum *Lycurgo* Lacedæmoniorum legumlatore habuisse. Nam neque de Lycurgo par est existimare, ipsum adeo fuisse superstitiosum, ut in constituenda Spartanorum republica Pythiæ per omnia adhæreret: neque *Scipio* existimari debet, quum patriæ suæ tantum imperium pararet, e somniis quibusdam aut omnibus pependisse. Sed quod viderent ambo, plerosque mortalium neque ea temere admittere, quæ abhorrent a communibus opinionibus, neque res arduas et periculo junctas audere adgredi, nisi spes læti exitus ab aliquo deorum fuerit ostensa: et *Lycurgus*, quoties aliquid adgrediebatur, sententiæ suæ auctoritatem oraculi a Pythia editi adjiciendo, efficiebat, ut facilius reciperentur et plus fidei invenirent sua consilia; et *Publius* item *Scipio*, multitudinis animis hanc persuasionem semper adferens, *quasi cuncta divino adflatu adgrederetur*, confidentiores atque paratiores adversus periculosa omnia incepta eos, quibus imperabat, reddebat. Ceterum singula ipsum judicio

Digitized by Google

καὶ προνοίας ἔπραττε, καὶ διότι πάντα κατὰ λόγον A. U. 545.
ἐξέβαινε τὰ τέλη τῶν πράξεων αὐτῷ, δῆλον ἔσται διὰ
τῶν λέγεσθαι μελλόντων.

III. Ἐκεῖνος γὰρ ὅτι μὲν ἦν εὐεργετικὸς καὶ μεγα-
λόψυχος, ὁμολογεῖται· [n]ὅτι δ' ἀγχίνους καὶ [o]νήπτης,
καὶ τῇ διανοίᾳ περὶ τὸ προτεθὲν ἐντεταμένος, οὐδεὶς ἂν
συγχωρήσειε πλὴν τῶν [p]συμβεβιωκότων καὶ τεθεαμένων
2 ὑπ' αὐγὰς αὐτοῦ τὴν φύσιν. ὧν εἷς ἦν Γάϊος Λαίλιος, Lælii nar-
ratio de
ἀπὸ νέου μετεσχηκὼς αὐτῷ παντὸς ἔργου καὶ λόγου Scipione.
μέχρι τελευτῆς· ὁ ταύτην περὶ αὐτοῦ τὴν δόξαν ἡμῖν
ἐνεργασάμενος, διὰ τὸ δοκεῖν εἰκότα λέγειν καὶ σύμ-
3 φωνα τοῖς ὑπ' ἐκείνου πεπραγμένοις. Ἔφη γάρ, πρώτην Patrem ser-
vat Scipio.
γεγονέναι Ποπλίου πρᾶξιν ἐπίσημον, καθ' ὃν καιρὸν ὁ
πατὴρ αὐτοῦ τὴν ἱππομαχίαν συνεστήσατο πρὸς Ἀν-
4 νίβαν περὶ τὸν Πάδον καλούμενον ποταμόν. τότε γὰρ,
ὡς ἔοικεν, ἑπταικαιδέκατον ἔτος ἔχων, καὶ πρῶτον εἰς
ὕπαιθρον ἐξελήλυθώς, συστήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς
διαφερόντων ἱππέων οὐλαμὸν ἀσφαλείας χάριν, συνθεα-
σάμενος ἐν τῷ κινδύνῳ τὸν πατέρα περιειλημμένον ὑπὸ
τῶν πολεμίων μετὰ δυοῖν ἢ τριῶν ἱππέων, καὶ τετρωμένον
ἐπισφαλῶς, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπεβάλετο παρακαλεῖν τοὺς
5 μεθ' ἑαυτοῦ, βοηθῆσαι τῷ πατρί· τῶν δ' ἐπὶ ποσὸν
κατορρωδούντων διὰ τὸ πλῆθος τῶν περιεστώτων πολε-

[n] διότι δ' Suidas. [o] νήπτης τῇ διανοίᾳ καὶ περὶ idem. [p] συμβεβιωκότων Hervag. cum codd. nostris.

et prudentia egisse, omniaque ejus consilia rationi convenientem exitum solita fuisse sortiri, clarum erit ex iis, quæ sumus dicturi.

III. Et quidem fuisse ipsum *liberalem ac magnificum et magnanimum*, nemo homo negat: fuisse autem eumdem *sagacem* et *sobrium*, quique in iis, quæ proposuisset, mentis nervos contenderet, hoc vero vix aliquis concesserit, præter eos, qui cum eo vixerunt, et in clara, ut aiunt, luce ejus indolem sunt contemplati. Ex eo hominum fuit numero *C. Lælius*, a puero omnium, quæ fecit ille aut dixit, ad ultimum usque diem particeps; qui mihi opinionis hujus de Scipione concipiendæ auctor exstitit, quum et similia veri mihi videretur loqui, et rebus gestis ipsius congruentia. Narrabat autem Lælius, *primum a Scipione facinus insigne* tum esse *editum*, quando ejus parens pugnam equestrem cum Hannibale ad *Padum*, quem vocant, fluvium pugnavit. Eo namque tempore, annos circiter decem et septem natum, in expeditionem primum tunc profectum, quum ei parens turmam equitum spectatæ virtutis adjunxisset custodiæ caussa; postquam in acie patrem suum vidisset cum duobus aut tribus equitibus ab hoste circumventum, ac gravi etiam vulnere adfectum; ipsum initio quidem comites suos cohortatum esse, ut patri ferrent opem; mox vero,

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Patrem servat Scipio.

μίων, αὐτὸς εἰσελάσαι παραβόλως δοκεῖ καὶ τολμηρῶς εἰς τοὺς περικεχυμένους. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τῶν 6
ἄλλων ἀναγκασθέντων ἐμβαλεῖν, οἱ μὲν πολέμιοι καταπλαγέντες διέστησαν· ὁ δὲ Πόπλιος ἀνελπίστως σωθεὶς, πρῶτος αὐτὸς τὸν υἱὸν σωτῆρα προσεφώνησε, πάντων ἀκουόντων. Περιγενομένης δ' αὐτῷ τῆς ἐπ' ἀνδρείᾳ 7
φήμης ὁμολογουμένης διὰ τὴν προειρημένην χρείαν, λοιπὸν ἤδη πάντως αὐτὸν ἐδίδου κατὰ τοὺς ὕστερον καιροὺς εἰς τοὺς κατ' ἰδίαν κινδύνους, ὅταν εἰς αὐτὸν [q]ἀναρτηθεῖεν ὑπὸ τῆς πατρίδος αἱ τῶν ὅλων ἐλπίδες· ὅπερ ἴδιόν ἐστιν οὐ τῇ τύχῃ πιστεύοντος, ἀλλὰ νοῦν ἔχοντος ἡγεμόνος.

Ædilitatem cum fratre petit.

IV. Μετὰ δὲ ταῦτα, πρεσβύτερον ἔχων ἀδελφὸν Λεύκιον, καὶ τούτου προσπορευομένου πρὸς τὴν ἀγορανομίαν, ἣν σχεδὸν ἐπιφανεστάτην ἀρχὴν εἶναι συμβαίνει τῶν νέων παρὰ Ῥωμαίοις· ἔθους δ' ὄντος, δύο πατρικίους 2
καθίστασθαι, τότε δὲ καὶ πλειόνων προσπορευομένων· ἐκ πολλοῦ μὲν οὐκ ἐτόλμα μεταπορεύεσθαι τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τἀδελφῷ· συνεγγιζούσης δὲ τῆς καταστάσεως, 3
λογιζόμενος ἐκ τῆς τοῦ πλήθους φορᾶς, οὐκ εὐμαρῶς τὸν ἀδελφὸν ἐφιζόμενον τῆς ἀρχῆς, τὴν δὲ πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν τοῦ δήμου θεωρῶν μεγάλην ὑπάρχουσαν, καὶ μόνως οὕτως ὑπολαμβάνων κἀκεῖνον καθίζεσθαι τῆς πρεσβέσεως, εἰ συμφρονήσαντες ἅμα ποιήσαιντο τὴν ἐπι-

q Verbum *ἀναρτηθεῖεν* ex conject. restitui. Vulgo omnes *ἀναγκασθεῖεν*.

quum isti pavitantes ob multitudinem circumstantium hostium nonnihil cunctarentur, fidenter atque fortiter in hostes circumfusos equum suum egisse. Deinde, quum et reliqui impetum facere essent coacti, territos hostes in diversa abiisse; Publium vero patrem, insperatæ salutis potitum, primum omnium, cunctis audientibus, filium *Servatorem suum* salutasse. Ille igitur famam fortitudinis memorato facinore, magno consensu omnium, consecutus, insecutis deinceps temporibus nulli non periculo suum privatim caput objecit, quoties in ipsum spes suas de salute publica patria contulisset: quod sane non ejus est ducis, qui fortunæ omnia permittat, verum ejus, qui ratione ac prudentia utatur.

IV. Secundum hæc, quum haberet *Publius* fratrem *Lucium*, atque ille peteret ædilitatem, (is est maximus fere honos, qui juveni apud Romanos mandatur;) essetque ea consuetudo, ut duo patricii in ea dignitate constituerentur; initio quidem non est ausus ejusdem cum fratre magistratus, qui a complurībus etiam aliis tunc petebatur, candidatum se profiteri: verum, adpetente comitiorum die, ex multitudinis studiis intelligens, non facile fratrem honorem illum fore adeptūrum; se vero cernens pollere apud populum gratia; ratus, non alteri,

Digitized by Google

4 βολήν· ἦλθεν ἐπί τινα τοιαύτην ἔννοιαν. Θεωρῶν γὰρ A. U. 545.
τὴν μητέρα περιπορευομένην τοὺς νεὼς, καὶ θύουσαν τοῖς
θεοῖς ὑπὲρ ταδελφοῦ, καὶ καθόλου μεγάλην προσδοκίαν
ἔχουσαν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος, ἧς μόνης ἔμελεν αὐτῷ·
5 (τὸν μὲν γὰρ πατέρα τότε πλεῖν συνέβαινεν εἰς Ἰβηρίαν, Somnium
στρατηγὸν [r]ἀπεσταλμένον ἐπὶ τὰς προειρημένας πρά- fingit apud
ξεις·) οὐ μὴν, ἀλλ' ἔφη πρὸς αὐτὴν, ὄνειρόν τεθεωρη- matrem.
6 κέναι δὶς ἤδη τὸν αὐτόν. δοκεῖν γὰρ ἅμα ταδελφῷ
παθεσταμένος ἀγορανόμος, ἀναβαίνειν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς
ὡς ἐπὶ τὴν οἰκίαν· ἐκείνην δὲ συναντᾷν αὐτοῖς εἰς τὰς
7 θύρας, καὶ περιπτύξασαν ἀσπάσασθαι. Τῆς δὲ πα-
θούσης τὸ γυναικεῖον πάθος, καί τι προσεπιφθεγξαμένης·
εἰ γὰρ ἐμοὶ ταύτην ἰδεῖν γένοιτο τὴν ἡμέραν· βούλει,
8 φησὶ, μῆτερ, πεῖραν λάβωμεν; τῆς δὲ συγκαταθεμένης,
ὡς οὐ [s]τολμήσοντος αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὸν καιρὸν οἱονεὶ
προσταίζοντος, (καὶ γὰρ ἦν κομιδῇ νέος·) ἠξίου τήθεν-
9 ναν αὐτῷ λαμπρὰν εὐθέως ἑτοιμάσαι. τοῦτο γὰρ ἔθος
ἐστὶ τοῖς τὰς ἀρχὰς μεταπορευομένοις.

V. Καὶ τῇ μὲν οὐδ' ἐν νῷ τὸ ῥηθὲν ἦν· ὁ δὲ λαβὼν Ambo fra-
πρῶτον λαμπρὰν ἐσθῆτα, κοιμωμένης ἔτι τῆς μητρὸς, tres Ædiles
2 παρῆν εἰς τὴν ἀγοράν. τοῦ δὲ πλήθους, καὶ διὰ τὸ creantur.
παράδοξον, καὶ διὰ τὴν προϋπάρχουσαν εὔνοιαν, ἐκπλη-

[r] ἀπεσταλμένον correxit Casaub. κατεσταλμένον Herv. Med. et Aug. a pr. manu: sed in hoc punctis subductis notatur litera λ, et super σ est ϐ, ut sit καθεσταμένον, et sic est in Reg. F. G. Vesont. et Tubing. κατεσταμένον Reg. E.
[s] ὡς οὐ τολμήσαντος Aug. Reg. E. ὡς ἀτολμήσαντος Reg. F. G. Vesont. Tub.

quam si ambo conjunctim simul petitionem instituissent, fratrem voti sui compotem futurum; rem hujusmodi excogitavit. Videbat matrem circa templa discurrere, diis vota pro fratre facere, et omnino in magna exspectatione esse eventus. Et erat nemo, quem ipse curaret, præter matrem: nam pater eo tempore cum classe in Hispaniam abierat, cum imperio illuc missus ad eas res gerendas, quas ante exposuimus. Igitur tunc matri suæ dixit, *bis jam se idem somnium vidisse: Visum sibi, se una cum fratre ædilem esse creatum, et, cum e foro domum redirent, processisse ipsum filiis obviam ad fores usque, ibique complexam utrumque esse osculatam.* Quem sermonem quum illa muliebri cupiditate excepisset, atque hæc etiam verba adjecisset: *Utinam quidem illucescat dies ille, quo id ego videam!—Vin' tu igitur, mater,* subjicit Publius, *ejus rei faciamus periculum?* Adnuente matre, ut quæ eum nequaquam id ausurum putaret, sed ita secum e re nata jocari; (erat enim admodum juvenis:) postulat ille, ut *protinus sibi candida toga paretur.* Solent enim Romani honores petere *candidati.*

v. Et mater quidem de ea re nihil cogitabat amplius: at *Scipio,* candida tum primum sumta, priusquam surgeret mater, venit in forum: ubi ma-

Digitized by Google

Ol. 142. 3. κτικῶς αὐτὸν ἀποδεξαμένου, καὶ μετὰ ταῦτα προελ-
θόντος [t]αὐτοῦ εἰς τὸν ἀποδεδειγμένον τόπον, καὶ στάντος
παρὰ τὸν ἀδελφόν· οὐ μόνον τῷ Ποπλίῳ περιέθεσαν οἱ 3
πολλοὶ τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ καὶ τἀδελφῷ δι' ἐκεῖνον· καὶ
παρῆσαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀμφότεροι, γεγονότες ἀγορα-
νόμοι. Τῇ δὲ μητρὶ τοῦ πράγματος ἄφνω προσπε- 4
σόντος, περιχαρὴς οὖσα, πρὸς τὰς θύρας ἀκήτα, καὶ
Cum diis colloqui videtur Scipio. μετὰ παραστάσεως ἠσπάζετο τοὺς νεανίσκους. ὥστε 5
τὸν Πόπλιον ἐκ τοῦ συμβαίνοντος δοκεῖν πᾶσι τοῖς
προακηκοόσι τῶν ἐνυπνίων, μὴ μόνον κατὰ τὸν ὕπνον,
ἔτι δὲ μᾶλλον ὕπαρ καὶ μεθ' ἡμέραν διαλέγεσθαι τοῖς
Blandus est, θεοῖς. Ὧν οὐδὲν ἦν ἐνύπνιον· ἀλλὰ ὑπάρχων εὐεργε- 6
τικὸς καὶ μεγαλόδωρος καὶ προσφιλὴς κατὰ τὴν ἀπάν-
τησιν, συνελογίσατο τὴν τοῦ πλήθους πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν.
sagax et industrius. λοιπὸν, πρός τε τὸν τοῦ δήμου καὶ τὸν τῆς μητρὸς 7
καιρὸν ἁρμοσάμενος εὐστόχως, οὐ μόνον καθίκετο τῆς
προθέσεως, ἀλλὰ καὶ μετά τινος ἐδόκει θείας ἐπινοίας
αὐτὸ πράττειν. Οἱ γὰρ μὴ δυνάμενοι τοὺς καιροὺς, 8
μηδὲ τὰς αἰτίας καὶ διαθέσεις ἑκάστων ἀκριβῶς συν-
θεωρεῖν, ἢ διὰ φαυλότητα φύσεως, ἢ δι' ἀπειρίαν καὶ
ῥαθυμίαν, εἰς θεοὺς καὶ τύχας ἀναφέρουσι τὰς αἰτίας
τῶν δι' ἀγχίνοιαν ἐκ λογισμοῦ καὶ προνοίας ἐπιτε-
λουμένων. Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι χάριν τῶν 9

[t] Pronomen *αὐτοῦ* post *προελθόντος* ex conject. adjeci.

gna cum admiratione, et propter ausi novitatem, et quia jam ante omnibus erat carus, a populo excipitur. Mox vero quum in locum candidatis adsignatum esset progressus, ac fratri adstaret; non ipsi solum populi suffragiis delata est Ædilitas, verum etiam fratri *Lucio* propter ipsum. Ita domum revertuntur *ambo Ædiles* renunciati. Qui ut ad matrem repente est adlatus nuncius, lætitia gestiens obviam filiis ad fores progreditur, et repentino exsternata gaudio adolescentes osculatur. Hæc quum ita evenissent; omnibus, qui *Scipionis somnia* prius cognoverant, visus ille est non per somnum modo, sed magis etiam vigilans et interdiu cum diis colloqui. At *somnium* Scipio viderat *nullum*. Sed, qui natura sua esset ad bene faciendum ac de omnibus bene merendum propensus, et in omnes, in quos incideret, comes atque blandus, populi erga se benevolentiam ex ipsa re conjectavit. Itaque ad oblatam sibi a populo et a matre occasionem sese sollerter et acute adcommodans, non solum quod proposuerat effecit; verum etiam, ut *divino quodam adflatus spiritu* id egisse videretur, est consecutus. Nam qui rerum quarumque occasiones, caussasque et ordinem ac dispositionem exactæ perspicere nequeunt; (sive id naturæ vitio accidat, sive quod desit experientia, aut teneat socordia;) ii ad *deos et fortunæ casus* eorum, quæ sagaci mente homines ratione et providentia perficiunt, caussas referunt.

Digitized by Google

ἀκουόντων, ἵνα μὴ συγκαταφερόμενοι [u]ψευδῶς τῇ καθ- A. U. 545.
ωμιλημένῃ δόξῃ περὶ αὐτοῦ, παρατίμπωσι τὰ σεμ-
νότατα καὶ κάλλιστα τἀνδρὸς, λέγω δὲ τὴν ἐπιδεξιότητα
καὶ φιλοπονίαν. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἔσται τοῦτο συμφανὲς
ἐπ' αὐτῶν τῶν πράξεων.

VI. Οὐ μὴν, ἀλλὰ τότε συνηθροισμένων τῶν δυνά- Milites in Hispania cohortatur Scipio.
μεων, παρεκάλει, μὴ καταπεπλῆχθαι τὴν προγεγενη-
μένην περιπέτειαν· οὐ γὰρ ταῖς ἀρεταῖς ἡττῆσθαι Ῥω-
μαίους ὑπὸ Καρχηδονίων οὐδέποτε, τῇ δὲ προδοσίᾳ τῇ
Κελτιβήρων, [x]καὶ τῇ προπετείᾳ διακλεισθέντων τῶν
στρατηγῶν ἀπ' ἀλλήλων, διὰ τὸ πιστεῦσαι τῇ συμ-
μαχίᾳ τῶν εἰρημένων. ὧν ἑκάτερα νῦν, ἔφη, περὶ τοὺς
πολεμίους ὑπάρχειν· χωρὶς γὰρ ἀπ' ἀλλήλων πολὺ
διεσπασμένους στρατοπεδεύειν, τοῖς τε συμμάχοις ὑβρι-
στικῶς χρωμένους ἅπαντας ἀπηλλοτριωκέναι, καὶ πολε-
μίους αὐτοὺς παρεσκευακέναι. διὸ καὶ τοὺς μὲν ἤδη
διαπέμπεσθαι πρὸς σφᾶς, τοὺς δὲ λοιποὺς, ὡς ἂν
τάχιστα θαῤῥήσωσι, καὶ διαβάντας ἴδωσι τὸν ποταμὸν,
ἀσμένως ἥξειν, οὐχ οὕτως εὐνοοῦντας σφίσι, τὸ δὲ
πλεῖον, ἀμύνεσθαι σπουδάζοντας τὴν Καρχηδονίων εἰς
αὐτοὺς ἀσέλγειαν· τὸ δὲ μέγιστον, στασιάζοντας πρὸς
ἀλλήλους τοὺς τῶν ὑπεναντίων ἡγεμόνας, [y]ἄθρους μά-

[u] Malim τῇ ψευδεῖ καθωμιλ. ut placuit Reiskio. [x] Verba καὶ τῇ προπετείᾳ, quæ *sequentibus* vulgo *juncta* erant, cum præcedentibus copulavi. [y] Hervag. cum codd. omnibus dat ἄθρους δὲ μάχεσθαι. Voluerunt forsan διαμάχεσθαι. Conjunctionem delevit Casaub.

Hæc ego in lectorum gratiam dicta volui, ne pervulgatæ de Scipione opinioni temere adsentientes, quæ fuerunt in hoc viro maxima laude digna et pulcerrima, parum attendant; *ingenii dexteritatem* dico, *et industriam*. Verum hoc quidem rerum ipsarum, quas gessit, expositio magis etiam arguet.

VI. Tunc igitur *Publius* convocatas in unum copias est adhortatus, *ne propter acceptam prius cladem terrerentur: non enim virtute Romanos unquam fuisse a Panis victos; sed perfidia Celtiberorum, ac temeritate imperatorum dum ab sese invicem disclusi fuissent, eo quod illorum hominum societati fidem haberent. Nunc vero utrumque mali causam penes hostes exsistere: nam distractis in diversissimas regiones exercitibus, procul alium ab alio metari castra; et sociorum omnium animos continuis injuriis ipsos a se abalienasse, atque, ut iidem sibi hostes essent, effecisse. Idcirco eorum alios jam secum per legatos agere; reliquos, ut primum audendi fuerit facultas, et Romanos amnem Iberum transisse viderint, magna cum alacritate esse venturos; non adeo partium Romanarum studio ductos, verum ea potius cupiditate stimulatos, ut petulantiam, qua in ipsos Pani sunt usi, ulciscantur. Postremo illud esse maximum, quod duces hostium, animis inter se dissidentes, ad dimicandum confertis viribus non essent inter*

Digitized by Google

Ol. 142. 2. χεσθαι πρὸς αὐτοὺς οὐ θελήσειν, κατὰ μέρος δὲ κινδυ-
νεύοντας εὐχειρώτους ὑπάρχειν. Διὸ βλέποντας εἰς 6
ταῦτα, παρεκάλει περαιοῦσθαι τὸν ποταμὸν εὐθαρσῶς.
περὶ δὲ τῶν ἐξῆς ἀνεδέχετο, μελήσειν αὐτῷ καὶ τοῖς
M. Silanus, collega Scipionis. ἄλλοις ἡγεμόσι. Ταῦτα δ' εἰπὼν, τρισχιλίους μὲν 7
ἔχοντα πεζοὺς καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς Μάρκον ἀπέλιπε
τὸν συνάρχοντα περὶ τὴν διάβασιν, ἐφεδρεύσοντα τοῖς
ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ συμμάχοις. αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην
ἐπεραίου δύναμιν, ἄδηλον πᾶσι ποιῶν τὴν αὐτοῦ πρόθεσιν.
Ἦν γὰρ αὐτῷ πεκριμένον, πράττειν, ἂν μὲν εἴπε πρὸς 8
τοὺς πολλοὺς, μηδὲν· προὔκειτο δὲ πολιορκεῖν ἐξ ἐφόδου
Carthaginem Novam oppugnare cogitat Scipio. τὴν ἐν Ἰβηρίᾳ Καρχηδόνα προσαγορευομένην. Ὃ δὴ 9
καὶ πρῶτον ἄν τις λάβοι καὶ μέγιστον σημεῖον τῆς ὑφ'
ἡμῶν ἄρτι ῥηθείσης διαλήψεως. ἔτος γὰρ ἕβδομον ἔχων 10
πρὸς τοῖς εἴκοσι, πρῶτον μὲν ἐπὶ πράξεις αὐτὸν ἔδωκε
τελέως παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπηλπισμένας [z]διὰ τὸ μέ-
γεθος τῶν προγεγονότων ἐλαττωμάτων. δεύτερον, δοὺς 11
αὐτὸν, τὰ μὲν κοινὰ καὶ προφαινόμενα πᾶσι παρέλιπε·
τὰ δὲ [a]μήτε παρὰ τοῖς πολεμίοις, * * ταῦτ' ἐπενόει
καὶ προετίθετο πράττειν. ὧν οὐδὲν ἦν χωρὶς ἐπιλογισμῶν 12
τῶν ἀκριβεστάτων.

VII. Ἔτι μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἱστορῶν ἐν τῇ

[z] Articulum τὸ, qui abest vulgo ab omnibus, adjeci cum Ursino et Reisk.
[a] Supple cum Reiskio μήτε παρὰ τοῖς φίλοις ὄντα, aut aliquid simile.

se consecuturi: carptim autem et per partes bellum gerentes, facile posse eos vinci. Hortari igitur omnes, ut hæc cogitantes audenter fluvium trajicerent: sibi et reliquis ducibus, quæ deinceps essent agenda, fore curæ. Hæc locutus, *Marcum* (*Silanum*,) adjutorem ad res agendas sibi datum, cum tribus peditum millibus et quingentis equitibus circa amnis trajectum reliquit, ut Romanorum sociis cis Iberum esset præsidio: ipse ceteras copias fluvium traduxit, magnopere cavens, ne, quo tenderet, mortalium quisquam sciret. Statuerat enim apud se, nihil eorum agere, quæ pro concione dixerat; quum e contrario *Carthaginem Novam* in Hispania invasione repentina oppugnare in animo haberet. Atque hoc sane primo eodemque maximo argumento possit aliquis nostram de hoc viro sententiam comprobare, quam paullo ante exposuimus. *Annum* enim *septimum supra vicesimum* agebat *Scipio*, quando primum ejusmodi res in se suscepit, quas propter acceptorum detrimentorum magnitudinem omnes prorsus desperaverant. Deinde, postquam his animum adplicuit, vulgaria omnia consilia, et quorum venire in mentem cuivis poterat, omittens, illa excogitavit, atque iis proposuit uti, quæ [neque alii duci temere essent cognita,] neque hostibus suspecta. Quarum rerum nulla est, in qua non rationes secutus sit exquisitissimas.

VII. Jam initio enim, dum erat ad-

Digitized by Google

Ῥώμῃ καὶ πυνθανόμενος ἐπιμελῶς τήν τε προδοσίαν τῶν Κελτιβήρων, καὶ τὸν διαζευγμὸν τῶν ἰδίων στρατοπέδων, καὶ συλλογιζόμενος, ὅτι παρὰ τοῦτο συμβαίνει τοῖς περὶ τὸν πατέρα γενέσθαι τὴν περιπέτειαν· οὐ κατεπίπληκτο τοὺς Καρχηδονίους, οὐδ' ἥττητο τῇ ψυχῇ, καθάπερ οἱ πολλοί. Μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ συμμάχους ἀκούων μένειν ἐν τῇ πρὸς αὐτοὺς φιλίᾳ, τοὺς δὲ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνας στασιάζειν μὲν πρὸς σφᾶς, ὑβρίζειν δὲ τοὺς ὑποταττομένους· εὐθαρσῶς διέκειτο πρὸς τὴν ἔξοδον, οὐ τῇ τύχῃ πιστεύων, ἀλλὰ τοῖς συλλογισμοῖς. Παραγενόμενός γε μὴν εἰς τὴν Ἰβηρίαν, πάντας [b]ἀναπινῶν, καὶ παρ' ἑκάστου πυνθανόμενος τὰ περὶ τοὺς ἐναντίους, ηὗρισκε τὰς μὲν δυνάμεις τῶν Καρχηδονίων εἰς τρία μέρη διῃρημένας· ὧν Μάγωνα μὲν ἐπυνθάνετο διατρίβειν ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἐν τοῖς Κονίοις προσαγορευομένοις, Ἀσδρούβαν δὲ τὸν Γέσκωνος [c]περὶ Τάγου ποταμοῦ στόμα κατὰ τὴν [d]Λυσιτανὴν, τὸν δ' ἕτερον Ἀσδρούβαν πολιορκεῖν τινὰ πόλιν ἐν τοῖς Καρπητανοῖς, οὐδένα δὲ τῶν προειρημένων ἐλάττω δέχ' ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν τῆς Καινῆς πόλεως. Νομίζων οὖν, ἐὰν μὲν εἰς μάχην συνιέναι κρίνῃ τοῖς πολεμίοις, τὸ μὲν πρὸς πάντας ἅμα [e]κινδυνεύειν

A. U. 545. Prudens Scipionis consilium.

Tres duces Pœnorum.

[b] Fors. ἀναρίθμων, ut suspicatus erat Casaub. [c] περὶ Τάγου ex Casauboni et Reisk. conject. correxi. Vulgo omnes περὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ. [d] Λουσιτάνην Reg. E. Vesont. [e] Post κινδυνεύειν intercidisse verba ἐπισφαλὲς εἶναι aut his similia suspicatus est Reiskius.

huc in urbe, singula perquirens, et adcurata percontatione intelligens, Celtiberos proditionem fecisse, et Romanas legiones fuisse in diversa deductas: quum facile inde colligeret, patri patruoque suo eam fuisse exitii caussam; victoria Carthagiensium nequaquam est perculsus, nec fractus animo est, quod plerisque acciderat. Deinde vero factus certior, Hispanos eis Iberum, Romanorum socios, in fide et amicitia manere, duces vero Pœnos et discrepare inter se, et subditis populis contumeliose facere injuriam; ad suscipiendam expeditionem animo fidenti erat, non sane fortunæ fidem habens, sed rationi. In Hispaniam autem ut venit, dum omnes explorat, et de rebus hostium cunctos sciscitatur, copias Carthaginiensium trifariam esse divisas comperit: *Magonem*, e tribus ducibus unum, ultra Herculis columnas in *Coniis* [vel *Cuneis*,] quos vocant, agere accepit: *Asdrubalem*, *Gesconis* filium, in Lusitania, circa Tagi amnis ostium: *Asdrubalem alterum*, aliquod in Carpetania oppidum premere obsidione: nullum horum minore dierum decem intervallo a *Carthagine Nova* abesse. Ceterum quod ad pugnam cum hoste conferendam adtinet, ita Scipio cogitabat: sive omnes simul adoriretur, rem prorsus periculosam esse, cum propter cladem ab iis acceptam, qui ipsum præcesserant, tum propter multitu-

Digitized by Google

Ol. 142. 3. [f]τελέως, [g]καὶ διὰ τὸ [h]προηττῆσθαι τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ διὰ τὸ πολλαπλασίους εἶναι τοὺς ὑπεναντίους· ἐὰν 7 δὲ πρὸς ἕνα συμβαλεῖν σπεύδων, κἄπειτα, τούτου φυγομαχήσαντος, ἐπιγενομένων δὲ τῶν ἄλλων δυνάμεων, συγκλεισθῆ που, κατάφοβος ἦν, μὴ ταῖς αὐταῖς Γναίῳ τῷ θείῳ καὶ Ποπλίῳ τῷ πατρὶ περιπέσῃ συμφοραῖς. διὸ 8 τοῦτο μὲν τὸ μέρος ἀπεδοκίμασε.

Commoditates Carthaginis Novæ.

VIII. Πυνθανόμενος δὲ, τὴν προειρημένην Καρχηδόνα μεγίστας μὲν χρείας παρέχεσθαι τοῖς ὑπεναντίοις, μέγιστα δὲ βλάπτειν καὶ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα [i]πόλεμον αὐτὸν, ἐξητάκει τὰ κατὰ μέρος ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ τῶν [k]εἰδότων. Ἀκούων δὲ πρῶτον μὲν, 2 ὅτι λιμένας ἔχει στόλῳ καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι μόνη σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἅμα δὲ καὶ, διότι πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς Λιβύης πλοῦν καὶ πελάγιον δίαρμα λίαν εὐφυῶς κεῖται τοῖς Καρχηδονίοις· μετὰ δὲ ταῦτα, διότι 3 καὶ τὸ τῶν χρημάτων πλῆθος καὶ τὰς ἀποσκευὰς τῶν στρατοπέδων ἁπάσας ἐν ταύτῃ τῇ πόλει συνέβαινε τοῖς Καρχηδονίοις ὑπάρχειν, ἔτι δὲ τοὺς ὁμήρους τοὺς ἐξ ὅλης τῆς Ἰβηρίας· τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι μάχιμοι μὲν 4 ἄνδρες εἶησαν εἰς χιλίους οἱ τὴν ἄκραν τηροῦντες, διὰ τὸ μηδένα μηδέποτ' ἂν ὑπολαμβάνειν, ὅτι, κρατούντων

[f] τελέως desideratur in Reg. F. G. et Vesont. [g] καὶ post τελέως abest a Reg. E. [h] προηττῆσθαι correxit Casaub. προηγῆσθαι Urb. προηγῶσθαι Herv. cum ceteris codd. [i] Sic ex Ursini conject. edidit Casaub. αὐτοῦ Herv. cum MStis. Forsan debuerant τὰ αὐτοῦ. [k] εἰδότων correxi. εἰλότων edd. cum Aug. et Reg. E. εἰλότων Reg. F. G. Vesont. εἰλότων Urb. Med.

dinem etiam hostium, quorum exercitus suum multis partibus superabat: sive unum separatim adgredi properaret, atque ille fuga sibi consuluisset; verebatur, ne, supervenientibus reliquorum copiis, ipse aliquo concluderetur, eademque sibi fortuna eveniret, quam *Cnæus et Publius*, pater patruusque, erant experti. Itaque hoc quidem consilium rejecit.

VIII. Quum autem intellexisset, *Carthaginem*, de qua diximus, magna hostibus adferre commoda, maxima vero sibi ad præsens bellum detrimenta; omnia sigillatim super ea urbe in hibernis exquæsiverat ab eis, qui earum rerum gnari erant. Et compererat primo, unam fere Hispaniæ hanc urbem esse, quæ et portum classi ac copiis nauticis aptum haberet, et simul Carthaginiensibus ad trajectum ex Africa per medium mare faciendum quam maxime opportune esset sita; ad hæc, omnem pecuniæ copiam et impedimenta exercituum Punicorum cuncta, obsides item cunctos ex universa Hispania, ibidem adservari: et, quod est maximum, milites ad mille solum esse in ea, qui arcem custodirent; quod nemo putaret fieri umquam posse, ut, Pœnis totam fere Hispaniam obtinentibus, de urbe hac

Digitized by Google

Καρχηδονίων σχεδὸν ἁπάσης Ἰβηρίας, ἐπινοήσει τις τὸ A. U. 545.
παράπαν πολιορκῆσαι ταύτην τὴν πόλιν· τὸ δ' ἄλλο Commoditates Carthaginis Novæ.
πλῆθος ὅτι πολὺ μὲν εἴη διαφερόντως ἐν αὐτῇ, πᾶν δὲ δημιουργικὸν, καὶ βάναυσον, καὶ θαλαττουργὸν, καὶ πλεῖστον ἀπέχον πολεμικῆς ἐμπειρίας, ὃ κατὰ τῆς πόλεως ὑπελάμβανεν εἶναι, παραδόξου γενομένης ἐπιφανείας. καὶ μὴν οὐδὲ τὴν θέσιν τῆς Καρχηδόνος, οὐδὲ τὴν κατασκευὴν, οὐδὲ τὴν τῆς περιεχούσης αὐτὴν λίμνης διάθεσιν ἠγνόει. διὰ δέ τινων ἁλιέων τῶν ἐνειργασμένων τοῖς τόποις ἐξητάκει, διότι καθόλου μέν ἐστι τενάγώδης ἡ λίμνη, καὶ βατὴ κατὰ τὸ πλεῖστον, ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ γίγνεταί τις τοσαύτη ἀποχώρησις καθ' ἡμέραν [1]ἐπὶ δείλην ὀψίαν. Ἐξ ὧν συλλογισάμενος, ὅτι, καθικόμενος Prudens Scipionis consilium.
μὲν τῆς ἐπιβολῆς, οὐ μόνον βλάψει τοὺς ὑπεναντίους, ἀλλὰ καὶ τοῖς σφετέροις πράγμασι μεγάλην ἐπίδοσιν παρασκευάσει· διαπεσὼν δὲ τῆς προθέσεως, ὅτι δύναται σώζειν τοὺς ὑποταττομένους, διὰ τὸ θαλαττοκρατεῖν, ἐὰν ἅπαξ ἀσφαλίσηται τὴν στρατοπεδείαν· (τοῦτο δ' ἦν εὐχερὲς, διὰ τὸ μακρὰν ἀπεστάσθαι τὰς τῶν ὑπεναντίων δυνάμεις·) οὕτως, ἀφέμενος τῶν ἄλλων, περὶ ταύτην ἐγένετο τὴν παρασκευὴν ἐν τῇ παραχειμασίᾳ.

IX. Καὶ ταύτην ἔχων τὴν ἐπιβολὴν καὶ τὴν ἡλικίαν, Perperam fortunæ tribuitur.
ἣν ἀρτίως εἶπα, πάντας ἀπεκρύψατο χωρὶς Γαΐου

[1] Utique ὑπὸ malim cum Reiskio. Post ista verba autem nescio an exciderit nonnihil.

oppugnanda vel saltem cogitaret aliquis: ceteram vero multitudinem ingentem quidem eo loci esse, sed eam fere hominum dumtaxat opificum, et scellulariorum, aut qui nauticam exercerent, et ab omni rei bellicæ peritia quam maxime essent alieni; ut non dubitaret Scipio, si repentino adventu Carthaginienses adoriretur, eam ipsam incolarum turbam nocituram magis urbi, quam præsidio futuram. Sed neque situm *Carthaginis*, neque munitiones, neque naturam stagni oppidum ambientis, ignorabat. Per piscatores namque nonnullos, qui illis in locis artem factitaverant, compertum habebat, palustre in universum esse id stagnum, et plurima sui parte vadosum; maxime vero sub vesperam quotidie ita recedere aquam, ut plane vadosum stagnum sit. Quibus rebus cognitis ita apud se statuebat: si perficeret destinata, non solum hostibus se incommodaturum, sed etiam res suas magnum inde emolumentum esse capturas: sin consequi propositum nequiret, quia tamen in potestate mare haberet, suorum saluti facile se consulturum; modo semel, ne castris posset noceri, providisset. Id vero facile erat, hostium copiis tam longo inde spatio submotis. Propterea, omissis rebus aliis, dum in hibernis agebat, ad necessaria huic incepto præparanda studium omne suum contulit.

IX. Atque hæc *Scipio* quum moliretur, homo annorum XXVII, ut ante

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Λαιλίου, μέχρι [m]πάλιν αὐτὸς ἔκρινε φανερὸν ποιεῖν. Τούτοις δὲ τοῖς ἐκλογισμοῖς ὁμολογοῦντες οἱ συγγραφεῖς, ὅταν ἐπὶ τὸ τέλος ἔλθωσι τῆς πράξεως, οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ εἰς τὸν ἄνδρα καὶ τὴν τούτου πρόνοιαν, εἰς δὲ τοὺς θεοὺς καὶ τὴν τύχην ἀναφέρουσι τὸ γεγονὸς κατόρθωμα. καὶ ταῦτα χωρὶς τῶν εἰκότων καὶ τῆς τῶν [n]συμβεβιωκότων μαρτυρίας, καὶ διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τῆς πρὸς τὸν Φίλιππον, αὐτοῦ τοῦ Ποπλίου σαφῶς ἐκτεθειμένης, ὅτι τούτοις τοῖς ἐκλογισμοῖς χρησάμενος, οἷς ἡμεῖς ἀνώτερον ἐξελογισάμεθα, καθόλου τε τοῖς ἐν Ἰβηρίᾳ πράγμασιν ἐπιβάλοιτο, καὶ κατὰ μέρος τῇ τῆς Καρχηδόνος πολιορκίᾳ. Πλὴν τότε γε τῷ μὲν ἐπὶ τοῦ στόλου Γαΐῳ Λαιλίῳ δι' ἀπορρήτων ἐντειλάμενος, παρήγγειλε πλέειν ἐπὶ τὴν προειρημένην πόλιν. μόνος γὰρ οὗτος αὐτῷ συνήδει τὴν ἐπιβολήν, καθάπερ ἀνώτερον εἶπον. Αὐτὸς δὲ, τὰς πεζικὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν μετὰ σπουδῆς. εἶχε δὲ τὸ μὲν τῶν πεζῶν πλῆθος εἰς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ εἰς δισχιλίους καὶ πεντακοσίους. Ἀφικόμενος δὲ ἑβδομαῖος, κατεστρατοπέδευσε κατὰ τὸ πρὸς ἄρκτους μέρος τῆς πόλεως, καὶ περιεβάλλετο κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τῆς στρατοπεδείας τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν, κατὰ δὲ τὴν πρὸς

Scipionis epistola ad Philippum.

Carthaginem Novam tendit Scipio.

2 3 4 5 6 7

[m] *μέχρι πάλιν* Casaub. ex conject. nostri libri omnes.

[n] Rursus *συμβεβιωκότων* dant scripti

diximus, omnes præter *C. Lælium* celavit, donec rursus censuit ipse faciendum, ut rem aperiret. Tametsi vero convenit inter scriptores historiarum, hæc fuisse *Publii consilia*, certa ratione suscepta; iidem tamen ubi ad eorum exitum narrandum venerunt, nescio qui fiat, ut *diis et fortunæ*, non huic viro et ipsius prudentiæ, rei feliciter confectæ caussam adscribant: quum præsertim sententiæ istorum et conjecturæ omnes repugnent, et eorum testimonia, qui una cum eo vixerunt, et quum ipse etiam *Scipio* in ea, quam *ad Philippum* dedit, *epistola* clare exposuerit, *eas ipsas se rationes consiliorum*, quas supra retulimus, *esse secutum, et in universum quando expeditionem hanc in Hispaniam suscepit, et particulatim cum de oppugnatione Carthaginis cogitavit.* Ut redeam ad rem, Publius *C. Lælio*, classis præfecto, qui, sicut modo dicebamus, consilium Scipionis solus norat, arcana mandata dederat, jusseratque eum navigationis cursum versus prædictam urbem dirigere. Ipse cum pedestribus copiis (erant autem viginti quinque millia peditum, duo millia et quingenti equites;) eodem magnis itineribus contendit. Septimo die ab Ibero *Carthaginem* venit, et ab regione urbis, qua in septemtrionem versa est, castra posuit. His ab tergo fossam et vallum duplex objecit a mari ad mare: a fronte vero et ea parte, quæ urbem respiciebat, nulla prorsus munitio ob-

Digitized by Google

τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν· αὐτὴ γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις A. U. 545.
8 ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε. Μέλλοντες δὲ καὶ τὴν πολιορκίαν καὶ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως δηλοῦν, ἀναγκαῖον ἡγούμεθ' εἶναι τὸ καὶ τοὺς παρακειμένους τόπους καὶ τὴν θέσιν αὐτῆς ἐπὶ ποσὸν ὑποδεῖξαι τοῖς ἀκούουσι.

x. Κεῖται μὲν οὖν τῆς Ἰβηρίας κατὰ μέσην τὴν Situs Carthaginis Novæ.
παραλίαν ἐν κόλπῳ, νεύοντι πρὸς ἄνεμον Λίβα, οὗ τὸ
μὲν βάθος ἐστὶν ὡς εἴκοσι σταδίων, τὸ δὲ πλάτος ἐν
ταῖς ἀρχαῖς ὡς δέκα· °λαμβάνει δὲ διάθεσιν λιμένος ὁ
2 πᾶς κόλπος διὰ τοιαύτην αἰτίαν. νῆσος ἐπὶ τοῦ στό-
ματος αὐτοῦ κεῖται, βραχὺν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους
3 εἴσπλουν εἰς αὐτὸν ἀπολείπουσα. ταύτης ἀποδεχομένης
τὸ πελάγιον κῦμα, συμβαίνει, τὸν κόλπον ὅλον εὐδίαν
ἴσχειν, πλὴν ἐφ' ὅσον οἱ Λίβες, καθ' ἑκάτερον τὸν
4 εἴσπλουν παρεισπίπτοντες, κλύδωνας ἀποτελοῦσι. τῶν
γε μὴν ἄλλων πνευμάτων ἀκλυδώνιστος ὢν τυγχάνει
5 διὰ τὴν περιέχουσαν αὐτὸν ἤπειρον. Ἐν δὲ τῷ μυχῷ
τοῦ κόλπου πρόκειται χερρονησίζον ὄρος, ἐφ' οὗ κεῖσθαι
συμβαίνει τὴν πόλιν, περιεχομένην θαλάττῃ μὲν ἀπ'
ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας, ἀπὸ δὲ τῶν δύσεων λίμνῃ,
6 προσεπιλαμβανούσῃ καὶ τοῦ πρὸς ἄρκτον μέρους· ὥστε
τὸν λοιπὸν τόπον μέχρι τῆς ἐπὶ θάτερα θαλάττης, ὃς

° Conjunctionem adjecit Casaub. cum abesset a MStis. Unde forsan scribendum δίκα· καὶ λαμβ. διάθεση.

jecta; ipsa quippe loci natura satis tuta castra a vi hostili præstabat. Quoniam autem dicturi sumus, quomodo et oppugnata et capta ea urbs fuerit, faciendum ducimus, ut iis, qui hæc legent, et adjacentium locorum naturam, et urbis ipsius situm quadamtenus demonstremus.

x. Sita est igitur *Carthago Nova* in sinu maris, qui media fere Hispaniæ ora Africo vento est oppositus, et bis mille quingentos passus introrsus porrectus in longum, dimidium fere ejus spatii in ostio in latitudinem patet. *Sinus* vero totus speciem *portus* ob hujuscemodi caussam præbet. Hujus in ostio sinus insula est objecta, quæ intrantibus ipsum navibus angustum utraque ex parte aditum relinquit. Quum autem fluctus ex alto venientes hæc insula excipiat, evenit, ut toto sinu magna sit tranquillitas; nisi quatenus Africi ab utroque latere intus penetrant, et fluctus cient: ad alios ventos quod adtinet, motu et agitatione fluctuum caret, propter ambientem undique continentem. Ab intimo sinu mons ad instar peninsulæ excurrit, in quo condita urbs est: ab ortu solis a meridie cincta est mari, ab occasu *stagnum* claudit, paullulum etiam ad septemtrionem fusum; ut reliquum spatium, usque ad mare quod est ab altera parte, non amplius ducentos et

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Situs Carthaginis Novæ.

καὶ συνάπτει τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, μὴ πλέον ὑπάρχειν ἢ δυοῖν σταδίων. Ἡ δὲ [p]πόλις αὐτὴ μεσό- 7
κοιλος ἐστι· κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρίας πλευρὰν ἐπίπεδον ἔχει τὴν ἀπὸ θαλάττης πρόσοδον· τὰ δὲ λοιπὰ περιέχεται λόφοις, δυσὶν μὲν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσιν, ἄλλοις δὲ τρισὶ, πολὺ μὲν χθαμαλωτέροις, [q]σπιλώδεσι δὲ καὶ δυσβάτοις· ὧν ὁ μὲν μέγιστος ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς 8
αὐτῇ παράκειται, προτείνων εἰς θάλατταν, ἐφ' οὗ καθίδρυται νεὼς Ἀσκληπιοῦ. τούτῳ δ' ὁ ἀπὸ τῆς 9
δύσεως ἀντίκειται, παραπλησίαν θέσιν ἔχων, ἐφ' οὗ καὶ βασίλεια κατεσκεύασται πολυτελῶς, ἃ φασιν Ἀσδρούβαν ποιῆσαι, μοναρχικῆς ὀρεγόμενον ἐξουσίας. αἱ δὲ 10
λοιπαὶ [r]αἱ τῶν ἐλαττόνων βουνῶν ὑπεροχαὶ τὸ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μέρος περιέχουσι. καλεῖται δὲ τῶν τριῶν 11
ὁ μὲν πρὸς ἀνατολὰς νεύων, Ἡφαίστου· τούτῳ δὲ [s]ὁ
Aletes metallorum argenti inventor.
συνεχὴς, Ἀλήτου· δοκεῖ δ' οὗτος, εὑρετὴς γενόμενος τῶν ἀργυρείων μετάλλων, ἰσοθέων τετευχέναι τιμῶν. ὁ δὲ τρίτος προσαγορεύεται Κρόνου. Συμβαίνει δὲ τὴν λίμνην 12
[t]τῇ παρακειμένῃ θαλάττῃ σύῤῥουν γεγονέναι χειροποιήτως, χάριν τῶν θαλαττουργῶν. κατὰ δὲ τὴν τοῦ 13
διείργοντος αὐτὰς χείλους διακοπὴν γέφυρα κατεσκεύασται, πρὸς τὸ καὶ τὰ ὑποζύγια καὶ τὰς ἁμάξας

[p] Vulgo omnes αὕτη. [q] σπιλώδεσι Casaub. [r] αἱ τῶν ἰλ. βουν. ὑπεροχαὶ. Sic ex conject. correxi. Perperam vulgo omnes ταῖς τῶν ἰλ. βουν. ὑπεροχαῖς, quæ verba intacta relinquens Reiskius, οἱ δὲ λοιποὶ voluit pro αἱ δὲ λοιπαὶ. [s] Alii vulgo ὁ σύνεγγυς. [t] τῇ παρακειμένῃ correxi cum Reisk. Vulgo omnes τὴν παρακειμένην.

quinquaginta passus pateat, quo jugo urbs continenti jungitur. Urbs ipsa in medio humiliis est et cava: ab eo latere, quod in meridiem est versum, planum aditum venientibus a mari habet: cetera tumulis cinguntur, duobus montanis et asperis, tribus aliis multo quidem depressioribus, verum saxosis et adscensu difficilibus. Horum maximus ab oriente illi adjacet, in mare excurrens; in quo ædes est *Æsculapio* consecrata. Huic qui ab occidente est oppositus, situm obtinet similem: in eo exstructa fuit regia, opus magnificum, cujus auctor dicitur fuisse *Asdrubal*, ad monarchicum imperium viam adfectans. Superest latus urbis septemtrionale, quod trium minorum collium objectu clauditur. Horum ille, qui ad ortum solis vergit, *Vulcani* dicitur tumulus; proximus ab *Alete* nomen habet, quem fama est propter inventa argenti metalla diis immortalibus pares honores esse consecutum: tertium, *Saturni* tumulum vocant. *Stagnum* urbi adjacens, ut mari conjungeretur et confluueret, in eorum gratiam, qui maria exercent, opus manu factum præstat. Quo loco media inter stagnum et mare lingula est intercisa, pons stratus est, ad ea, quæ fuerint necessaria, ex agris sive

Digitized by Google

ταύτῃ ποιεῖσθαι τὴν παρακομιδὴν τῶν ἐκ τῆς χώρας ἀναγκαίων. A. U. 548.

XI. Τοιαύτης δ' ὑπαρχούσης τῆς διαθέσεως τῶν τόπων, ἀσφαλίζεσθαι συνέβαινε τοῖς Ῥωμαίοις τὴν στρατοπεδείαν κατὰ τὴν ἐντὸς ἐπιφάνειαν ἀπατασκεύως 2 ὑπό τε τῆς λίμνης καὶ τῆς ἐπὶ θάτερα θαλάττης. τὸ δὲ μεταξὺ τούτων διάστημα, τὸ συνάπτον τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, ἀχαράκωτον εἶασε, κατὰ μέσην ὑπάρχον 3 τὴν αὐτοῦ στρατοπεδείαν· εἴτε καὶ καταπλήξεως χάριν, εἴτε καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ἁρμοζόμενος, ὅπως ἀνεμποδίστους ἔχῃ καὶ τὰς ἐξαγωγὰς καὶ τὰς ἀναχωρήσεις 4 εἰς τὴν παρεμβολήν. Ὁ δὲ περίβολος τῆς πόλεως οὐ πλεῖον εἴκοσι σταδίων ὑπῆρχε τὸ πρότερον. καί τοι γ' οὐκ ἀγνοῶ, διότι πολλοῖς εἴρηται τετταράκοντα· τὸ δ' ἐστὶ ψεῦδος. οὐ γὰρ ἐξ ἀκοῆς ἡμεῖς, ἀλλ' αὐτόπται γεγονότες μετ' ἐπιστάσεως, ἀποφαινόμεθα. νῦν δὲ καὶ 5 μᾶλλον ἔτι συνῄρηται. Πλὴν ὅγε Πόπλιος, συνάψαντος καὶ τοῦ στόλου πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν, ἐπεβάλλετο συναθροίσας τὰ πλήθη παρακαλεῖν, οὐχ ἑτέροις τισὶ χρώμενος ἀπολογισμοῖς, [u]ἀλλ' οἷς ἐτύγχανε πεπεισμένος αὐτὸν, ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς τὸν κατὰ μέρος ἄρτι πεποιήμεθα 6 λόγον. ἀποδείξας δὲ δυνατὴν οὖσαν τὴν ἐπιβολὴν, καὶ συγκεφαλαιωσάμενος τὴν ἐκ τοῦ κατορθώματος ἐλάττ-

Castra Scipionis ad Novam Carth.

Ambitus urbis.

Scipio cohortatur milites.

[u] ἀλλ' οἷς correxit Casaub. ἀλλ' ὡς Herv. cum MStis.

jumentorum opera sive plaustris convehenda.

XI. Ejusmodi locorum natura quum esset, *castris Romanorum*, qua introrsum urbem versus spectant, hinc stagnum, hinc prominens ab altera parte mare, pro munimento, sine ulla arte, erat. Ab interjecto inter hæc spatio, quod urbem continenti jungit, eratque mediis ipsis castris oppositum, nullum objecit vallum; sive ut rei novitate hostem terreret, sive facilitati consilii exsequendi consulens, ut et educere suos e castris, et eodem reducere sine impedimento posset. Erat autem ambitus urbis olim non major duobus millibus passuum et quingentis. Etsi non fugit me, proditum a multis, esse eum circuitum passuum quinque millium: sed hoc falsum est: neque enim ex auditu de eo equidem pronuncio, verum postquam loca ipse lustravi et attente consideravi. Nunc vero etiam contractiore muro urbs illa clauditur. *Scipio*, postquam classis etiam ad constitutum tempus advenerat, concione convocata *milites hortari* cœpit: quam ad rem non aliis rationibus est usus, quam illis, quibus ipse inductus ita faciendum esse sibi persuaserat, de quibus sigillatim ante a nobis est dictum. Postquam, *posse perfici quod aggrediebatur*, demonstrasset, et summatim etiam, *quantum ea*

Digitized by Google

Ol. 142. 3. τωσιν [x]τῶν ὑπεναντίων, αὔξησιν δὲ τῶν σφετέρων πραγμάτων, λοιπὸν χρυσοῦς στεφάνους ἐπηγγείλατο τοῖς πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβᾶσι, καὶ τὰς εἰθισμένας δωρεὰς τοῖς ἐπιφανῶς ἀνδραγαθήσασι· τὸ δὲ τελευταῖον, 7
ἐξ ἀρχῆς, ἔφη, τὴν ἐπιβολὴν αὐτῷ ταύτην ὑποδεδειχέναι τὸν Ποσειδῶνα, παραστάντα κατὰ τὸν ὕπνον, καὶ φάναι, συνεργήσειν ἐπιφανῶς [y]κατ' αὐτὸν τὸν τῆς πράξεως καιρὸν οὕτως, ὥστε παντὶ τῷ στρατοπέδῳ τὴν ἐξ αὐτοῦ χρείαν ἐναργῆ γενέσθαι. Τῶν δὲ κατὰ τὴν παράκλησιν 8
λόγων ἅμα μὲν ἀπολογισμοῖς ἀκριβέσι μεμιγμένων, ἅμα δ' ἐπαγγελίαις χρυσῶν στεφάνων, ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις θεοῦ προνοίᾳ, τελέως μεγάλην ὁρμὴν καὶ προθυμίαν παρίστασθαι συνέβαινε τοῖς νεανίσκοις.

Terra et mari oppugnatur Carthago.

XII. Τῇ δ' ἐπαύριον κατὰ μὲν τοὺς ἐκ τῆς θαλάττης τόπους περιστήσας ναῦς, παντοδαποῖς βέλεσιν ἐξηρτυμένας, καὶ δοὺς τὴν ἐπιτροπὴν Γαΐῳ, κατὰ δὲ γῆν τοὺς εὐρωστοτάτους τῶν ἀνδρῶν εἰς δισχιλίους ὁμόσε τοῖς κλιμακοφόροις ἐπιστήσας, ἐνήρχετο τῆς πολιορκίας κατὰ τρίτην ὥραν. Ὁ δὲ Μάγων, ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς 2
πόλεως, τὸ μὲν τῶν χιλίων σύνταγμα διελὼν, τοὺς μὲν ἡμίσεις ἐπὶ τῆς ἄκρας ἀπέλιπε, τοὺς δ' ἄλλους ἐπὶ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς λόφου παρενέβαλε· τῶν δὲ λοιπῶν τοὺς 3

[x] Tria verba τῶν ὑπεναντίων et αὔξησιν absunt ab Herv. et MStis nostris. Inserenda monuit Ursinus, puto ex suo codice. [y] καὶ αὐτὸν Aug. Regii tres, Vesont. Tubing. quod teneri potest, si *addatur* κατὰ τὸν τῆς vel κατ' αὐτὸν τὸν τῆς.

eo damnum res hostium, quantum suæ incrementum essent acceptura, disseruisset, ad hæc militibus coronas aureas pronunciasset, qui primi murum conscendissent, nec non consueta alia præmia, si quis insignius pugnam capessisset; illud ad extremum adjecit: *Neptunum jam inde a principio per somnum sibi adstitisse, atque hujus incepti suscipiendi consilium suggessisse; pollicitum etiam, adeo manifesto auxilium sibi in ipso pugnæ articulo laturum, ut adjuvantis numinis præsentiam universus exercitus sit agniturus.* Quæ quum adhortatio et rationes consilii expositas accurate contineret, et pollicitationem aurearum coronarum, et super hæc omnia Dei providentiam; juvenum animos ingens plane alacritas et impetus ad rem perficiendam invasit.

XII. Postero die *Scipio*, jussa classe, (quæ omni telorum genere erat instructa, et *C. Lælio* fuerat commissa) urbem a mari cingere; lectis præterea duobus millibus fortissimorum militum, quibus præceperat, ut communi opera cum iis, qui scalas gerebant, muros a terra invaderent; *oppugnationem Carthaginis* hora tertia auspicatur. *Mago*, urbis præfectus, cohorte illa millenaria divisa, quingentos milites in arce relinquit, reliquos tumulo urbis in orientem verso impositos in ordinem struit: tum oppidanorum valentissimos, ad duo millia ho-

Digitized by Google

εὐρωστοτάτους περὶ δισχιλίους κατεσκευακὼς τοῖς ὑπάρ- A. U. 545.
χουσι κατὰ τὴν πόλιν ὅπλοις, ἐπέστησε κατὰ τὴν Oppugnatur Carthago Nova.
πύλην τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν καὶ τὴν τῶν πολεμίων
στρατοπεδείαν· τοῖς δὲ λοιποῖς παρήγγειλε, βοηθεῖν
4 κατὰ δύναμιν πρὸς πάντα τὰ μέρη τοῦ τείχους. Ἅμα
δὲ τῷ τὸν Πόπλιον ταῖς σάλπιγξι διασημῆναι [z]τὸν
καιρὸν τῆς προβολῆς, ἐξαφίησι τοὺς καθωπλισμένους, ὁ
Μάγων διὰ τῆς πύλης· πεπεισμένος, ὅτι καταπλήξεται
τοὺς ὑπεναντίους, καὶ τὸ παράπαν ἀφελεῖται τὴν ἐπι-
5 βολὴν αὐτῶν. προσπεσόντων δὲ τούτων ἐρρωμένως τοῖς
ἐκ τοῦ στρατοπέδου κατὰ τὸν ἰσθμὸν παρατεταγμένοις,
ἐγίγνετο μάχη λαμπρὰ καὶ παρακέλευσμὸς ἐξ ἀμφοῖν
ἐναγώνιος, τῶν μὲν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, τῶν δ' ἐκ τῆς
6 πόλεως τοῖς ἰδίοις ἑκατέρων ἐπιβοώντων. Τῆς δὲ διὰ
τῶν βοηθούντων ἐπικουρίας οὐχ ὁμοίας ὑπαρχούσης, διὰ
τὸ τοῖς μὲν Καρχηδονίοις διὰ μιᾶς πύλης καὶ σχεδὸν
ἀπὸ δυοῖν σταδίοιν γίγνεσθαι τὴν παρουσίαν, τοῖς δὲ
Ῥωμαίοις ἐκ χειρὸς καὶ κατὰ πολὺν τόπον, ἄνισος ἦν ἡ
7 μάχη παρὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. ὁ γὰρ Πόπλιος ἐκὼν
ἐπέστησε τοὺς αὐτοῦ παρ' αὐτὴν τὴν στρατοπεδείαν,
χάριν τοῦ προκαλέσασθαι τοὺς πολεμίους πορρωτάτω·
σαφῶς γινώσκων, ἐὰν διαφθείρῃ τούτους, ὄντας οἱονεὶ
στόμα τοῦ κατὰ τὴν πόλιν πλήθους, ὅτι διατρακήσεται
τὰ ὅλα, καὶ τὴν πύλην οὐκέτι τῶν ἔνδον οὐδεὶς ἐξίναι

[z] Ante τὸν καιρὸν libri omnes inscrunt partic. καὶ, quam delevit Casaub. καὶ vero ex κατὰ corruptum videtur.

minum, iis armis, quæ in urbe erant, adornatos, ad eam portam collocat, quæ ad isthmum et Romana castra ducebat: ceteros pro sua quemque virili, ferre opem, et ad omnes mœnium partes occurrere jubet. Simul atque classica jussu *Scipionis* ad prælium committendum incinuere, *Mago* armatos, qui ad portam stabant, emittit; persuasus, hosti se terrorem eo facto injecturum, et, ut in irritum caderet ejus inceptum, facturum. Isti enimvero in Romanos, qui in isthmo ordinati stabant, magna vi irruere: pugna atrox cieri: acres utrimque adhortationes fieri; dum et qui erant in castris, et qui erant in urbe, suis clamore ingenti animos addunt. Sed enim subsidiorum, quæ idemtidem submittebantur, par ratio non erat; quum Carthaginiensibus, ex una tantum porta exeuntibus, passus CCL essent conficiendi, prius quam ad locum pugnæ pervenirent; Romani contra e proximo, et viis multis, auxiliatum suis venirent: quare nec par utrimque dimicatio erat. De industria namque *Scipio* suos non procul a castris stare voluerat, ut inimicos e spatio quam longissimo ad pugnam alliceret: satis nimirum intelligens, si istos perderet, qui urbanæ multitudinis velut mucro erant, summam omnium rerum perturbationem *Carthagini* futuram, neque ausurum amplius quemquam oppidanorum, pedem porta efferre. Ali-

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Oppugnatur Nova Carthago.

θαῤῥήσει. οὐ μὴν, ἀλλ' ἕως μέν τινος ἐφάμιλλον συνέ- 8
βαινε γίγνεσθαι τὴν μάχην, ὡς ἐξ ἀμφοῖν κατ' ἐκλογὴν
τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν προκεκριμένων· τέλος δ' ἐξωθούμενοι
τῷ βάρει διὰ τοὺς ἐκ τῆς παρεμβολῆς προσγινομένους,
ἐτράπησαν οἱ παρὰ τῶν Καρχηδονίων. καὶ πολλοὶ μὲν 9
αὐτῶν ἐν τῷ τῆς μάχης καιρῷ διεφθάρησαν, καὶ κατὰ
τὴν ἀποχώρησιν· οἱ δὲ πλείους ἐν τῷ παρακίπτειν εἰς
τὴν πύλην ὑπ' αὐτῶν [a]ἠλοήθησαν. οὗ συμβαίνοντος, ὁ 10
κατὰ τὴν πόλιν ὄχλος οὕτως ἐπτοήθη πᾶς, ὥστε καὶ
τοὺς ἀπὸ τῶν τειχῶν φεύγειν. παρ' ὀλίγον μὲν οὖν 11
ἦλθον οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ συνεισπεσεῖν τότε μετὰ τῶν
φευγόντων· οὐ μὴν, ἀλλὰ [b]τάς γε κλίμακας τῷ τείχει
μετ' ἀσφαλείας προσήρεισαν.

XIII. Ὁ δὲ Πόπλιος ἰδίδου μὲν [c]αὐτὸν εἰς τὸν 1
κίνδυνον· ἐποίει δὲ τοῦτο κατὰ δύναμιν ἀσφαλῶς. εἶχε 2
γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἄνδρας θυρεοφοροῦντας, οἱ παρα-
τιθέντες τοὺς θυρεοὺς, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπιφά-
νειαν σκεπάζοντες, ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζον. διὸ 3
παρὰ τὰ πλάγια καὶ τοὺς ὑπερδεξίους τόπους ἐπιπα-
ριὼν, μεγάλα συνεβάλλετο πρὸς τὴν χρείαν. ἅμα μὲν 4
γὰρ ἑώρα τὸ γιγνόμενον, ἅμα δ' αὐτὸς ὑπὸ πάντων
ὁρώμενος, ἐνειργάζετο προθυμίαν τοῖς ἀγωνιζομένοις. ἐξ 5
οὗ συνέβαινε, μηδὲν ἐλλείπειν γίγνεσθαι τῶν πρὸς τὸν

[a] ἠλοήθησαν correxit Casaub. Mendose libri omnes ἠλογήθησαν. [b] τάς γε correxi cum Reiskio. Vulgo male omnes τάς τε. [c] Vulgo αὐτὸν.

quamdiu tamen pugna neutro inclinata stetit, utpote quum ex utraque parte selectorum virorum flos dimicaret: ad extremum vero impulsa *Carthaginiensium* acies eorum velut pondere victa cessit, qui e Romanis castris subinde auxilio veniebant. Et multi quidem eorum in ipso discrimine perierunt, aut in fuga; plures tamen, dum in portam irruunt, protriti alii ab aliis conculcatique sunt. Quo casu oppidanorum turba adeo est consternata, ut etiam, qui muros conscenderant, iis relictis fugerent. Neque sane multum abfuit, quin Romani tum una cum fugientibus in urbem irrumperent: scalas certe muro sine discrimine adplicuerunt.

XIII. Et ipse quidem *Scipio* periculis caput suum objiciebat; non temere tamen, verum securitati suae quam maxime poterat fieri consulens. Aderant enim illi armigeri tres, qui scutis oppositis, et adversus tela e muris volantia eum protegentes, securitatem praestabant. Itaque modo pugnantis aciei latera obiens, modo loca superiora conscendens, magnum ad rem gerendam momentum adferebat. Quum enim simul, quaecumque fiebant, videret, simul ipse ab omnibus conspiceretur; mira alacritate animos pugnantium incendebat. Unde etiam eveniebat, ut nihil quidquam eorum desideraretur, quae rem gerentibus usui esse possent; sed statim, ut praesens

Digitized by Google

κίνδυνον· ἀλλ' ὁπότε τι αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον ὁ A. U. 545. Oppugnatur Nova Carthago.
καιρὸς ὑποδείξειε, πᾶν ἐκ χειρὸς ἀεὶ συνηργεῖτο πρὸς τὸ
6 δέον. Ὁρμησάντων δὲ ταῖς κλίμαξι [d]περὶ τὴν ἀνάβασιν
τῶν πρώτων τεθωρῃκότας, οὐχ οὕτω τὸ πλῆθος τῶν
ἀμυνομένων ἐπικίνδυνον ἐποίει τὴν προσβολήν, ὡς τὸ
7 μέγεθος τῶν τειχῶν. διὸ καὶ μᾶλλον ἐπερρώσθησαν οἱ
κατὰ τὰ τείχη, θεωροῦντες τὴν δυσχρηστίαν τῶν συμ-
8 βαινόντων. ἔνιοι μὲν γὰρ συνετρίβοντο τῶν κλιμάκων,
πολλῶν ἅμα διὰ τὸ μέγεθος συνεπιβαινόντων· ἐφ' οἷς δ'
οἱ πρῶτοι προσβαίνοντες ἐσκοτοῦντο διὰ τὴν εἰς ὕψος
ἀνάτασιν, καὶ βραχείας προσδιόμενοι τῆς ἐκ τῶν ἀμυ-
νομένων ἀντιπράξεως, ἐρρίπτουν σφᾶς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν
9 κλιμάκων. ὅτε δὲ καὶ δοκοὺς ἤ τι τοιοῦτον ἐγχειρή-
σαιεν ἐπιρρίπτειν [e]οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, ὁρμοῦ πάντες
10 ἀπεσύροντο καὶ κατεφέροντο πρὸς τὴν γῆν. Οὐ μὴν,
ἀλλὰ τοιούτων ἀπαντωμένων, οὐδὲν ἱκανὸν ἦν πρὸς τὸ
κωλύειν τὴν ἐπιφορὰν καὶ τὴν ὁρμὴν τῶν Ῥωμαίων·
ἀλλ' ἔτι καταφερομένων τῶν πρώτων, ἐπέβαινον οἱ συν-
11 εχεῖς ἐπὶ τὴν ἐκλείπουσαν ἀεὶ χώραν. Ἤδη δὲ τῆς
ἡμέρας προβαινούσης, καὶ τῶν στρατιωτῶν [f]τετριμμένων
ὑπὸ τῆς κακοπαθείας, ἀνεκαλέσατο ταῖς σάλπιγξιν ὁ
στρατηγὸς τοὺς προσβάλλοντας.

[d] Forsan περὶς τὴν ἀνάβ. Reisk. [e] ἐπὶ τῶν ἐπάλξ. Herv. cum libris omnibus. ἐπὶ in ἀπὸ mutavit Casaub. Nobis cum Reiskio præfigendus artic. οἱ visus est.. [f] στετριμμένων Reg. E. a pr. manu. στετριμένων mallm cum Ernestio.

occasio aliquid faciendum esse ei suggesserat, omnes e vestigio imperata rite et ordine faciebant. Quum vero jam confidenter primi scalas conscendere properarent; non tam propugnantium multitudo periculum creabat accedentibus, quam ipsa mœnium altitudo. Quo impedimento ut tardatum impetum Romanorum vident qui muros defendebant, majorem in modum crevit illis animus. Scalarum enim alias, quas propter altitudinem plures simul conscendebant, onere ipso frangebantur: de aliis, quum primis adscendentibus altitudo caliginem oculis obfudisset, si minimus resistentium conatus accederet, præcipites ipsa se dejiciebant: quoties vero aut trabes etiam, aut simile quid aliud e pinnis hostes immissent in irruentes, simul omnes devoluti in terram deferebantur. Quæ incommoda etsi erant maxima; nulla tamen poterat esse tanta difficultas, quæ irrumpentium Romanorum vim et impetum cohiberet; sed vix dum dejecti erant primi, cum semper, ut quæque statio vacua erat, proximi eam occupabant. At procedente jam die, quum vexatione et malis miles Romanus esset confectus, signum receptui dare jussit imperator.

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Expugnatur Carthago Nova.

XIV. Οἱ μὲν οὖν ἔνδον περιχαρεῖς ἦσαν, ὡς [g]ἀποστερημένοι τὸν κίνδυνον. ὁ δὲ Πόπλιος, προσδεκῶν ἤδη τὸν τῆς ἀναπώτεως καιρὸν, κατὰ μὲν τὴν λίμνην ἡτοίμασε πεντακοσίους ἄνδρας μετὰ κλιμάκων· κατὰ δὲ τὴν πύλην καὶ τὸν ἰσθμὸν νεαλεῖς ποιήσας τοὺς στρατιώτας, καὶ παρακαλέσας, προσανέβακε κλίμακας πλείους τῶν πρότερον, ὥστε συνεχῶς πλῆρες γενέσθαι τὸ τεῖχος τῶν προσβαινόντων. Ἅμα δὲ τῷ σημῆναι τὸ πολεμικὸν, καὶ προσθέντας τῷ τείχει τὰς κλίμακας προσβαίνειν κατὰ πάντα τὰ μέρη τεθαῤῥηκότως, μεγάλην συνέβαινε ταραχὴν καὶ διατροπὴν γίγνεσθαι τῶν ἔνδον. νομίζοντες γὰρ, ἀπολελῦσθαι τῆς περιστάσεως, αὖθις ἀρχὴν ἑώρων λαμβάνοντα τὸν κίνδυνον ἐξ ἄλλης ὁρμῆς. ἅμα δὲ καὶ τῶν βελῶν αὐτοὺς ἤδη [h]λειπόντων, καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἀπολωλότων εἰς ἀθυμίαν ἄγοντος, δυσχερῶς μὲν ἔφερον τὸ γιγνόμενον· οὐ μὴν, ἀλλ' ἠμύνοντο δυνατῶς. Κατὰ δὲ τὴν ἀκμὴν τοῦ διὰ τῶν κλιμάκων ἀγῶνος, ἤρχετο τὰ κατὰ τὴν ἄμπωτιν. καὶ τὰ μὲν ἄκρα τῆς λίμνης [i]ἀπέλειπε τὸ ὕδωρ κατὰ βραχύ· διὰ δὲ τοῦ στόματος ὁ ῥοῦς εἰς τὴν συνεχῆ θάλατταν ἄθρους ἐφέρετο καὶ πολὺς, ὥστε τοῖς ἀπροσδοκήτως θεωμένοις ἄπιστον φαίνεσθαι τὸ γιγνόμενον. Ὁ δὲ Πόπλιος, ἔχων ἑτοίμους τοὺς καθηγεμόνας, ἐμβαίνειν

[g] ἀποστερημένοι cum viris doctis correxi. ἀποστερεμμένοι edd. cum MStis omnibus. [h] λειπόντων Casaub. cum aliis. [i] Vulgo ἀπέλιπε.

XIV. Oppidani enimvero lætitia tum gestire, ut qui omne jam periculum a se depulissent. At *Scipio* jam tempus illud, quo æstus decederet, exspectans, qua vergit urbs in stagnum, armatos quingentos cum scalis paratos locat: a parte isthmi vero, qua ad portam itur, milites recentes constituit; quibus, officii commonefactis, scalas plures quam ante dividit, ut corona invadentium repleri undique muri possent. Tum vero, ut signum invadendi est datum, et Romani scalis admotis intrepide omni ex parte mœnia sunt adorti; ingens repente obsessos trepidatio et animi perturbatio incessit. Nempe existimaverant, omni se periculo esse defunctos, cum ecce recentia pericula, recens hostium impetus ingruit. Simul quum et tela jam deficerent, et numerus occisorum, ut animos desponderent, efficeret, tantum casum illi quidem ægerrime ferebant; ab hoste tamen, quod in ipsis foret, sese defendebant. Fervebat cum maxime certamen ad scalas, quando cœpit æstus decedere: et extrema quidem stagni paullatim aqua deserebat; per ostium vero eadem conferta et cum impetu in continens mare ferebatur: ut, qui loci naturæ ignari cernerent quod fiebat, demirari satis non possent. *Publius*, paratos habens duces locorum peritos, stagnum ingredi

Digitized by Google

παρεπελεύετο καὶ θαρρεῖν τοὺς πρὸς τὴν χρείαν ταύτην A. U. 545.
10 ἡτοιμασμένους. καὶ γὰρ ἦν εὖ πεφυκὼς, εἴ ναι πρὸς Expugnatur Nova Carthago.
ἄλλο τι, πρὸς τὸ θάρσος ἐμβαλεῖν, καὶ [k]συμπαθεῖς
11 ποιῆσαι τοὺς παρακαλουμένους. τότε δὴ πειθαρχησάντων αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦ τέλματος ἀμιλλωμένων, ἅπαν τὸ στρατόπεδον ὑπέλαβε, μετά τινος θεοῦ προνοίας γίγνε-
12 σθαι τὸ συμβαῖνον. ἐξ οὗ καὶ μνησθέντες τῶν κατὰ τὸν Ποσειδῶ καὶ τῆς τοῦ Ποπλίου κατὰ τὴν παράπλησιν ἐπαγγελίας, ἐπὶ τοσοῦτον ταῖς ψυχαῖς παρωρμήθησαν, ὡς συμφράξαντες καὶ βιασάμενοι πρὸς τὴν πύλην, ἔξωθεν ἐπεχείρουν διακόπτειν τοῖς πελέκεσι καὶ ταῖς
13 ἀξίναις τὰς θύρας. οἱ δὲ, διὰ τῶν τελμάτων ἐγγίσαντες τῷ τείχει, καὶ καταλαβόντες ἐρήμους τὰς ἐπάλξεις, οὐ μόνον προσέθεσαν ἀσφαλῶς τὰς κλίμακας, ἀλλὰ καὶ
14 κατέσχον ἀναβάντες ἀμαχητὶ τὸ τεῖχος· ἅτε τῶν ἔνδον περισπωμένων μὲν περὶ τοὺς ἄλλους τόπους, καὶ μάλιστα τοὺς κατὰ τὸν ἰσθμὸν καὶ τὴν ταύτῃ πύλην, οὐδέποτε δ' ἂν ἐλπισάντων ἐγγίσαι τῷ τείχει τοὺς πολεμίους
15 κατὰ τὸν τῆς λίμνης τόπον· τὸ δὲ πλεῖστον, ὑπὸ τῆς ἀτάκτου κραυγῆς καὶ τῆς συμμίκτου πολυοχλίας οὐ δυναμένων οὔτ' ἀκούειν, οὔτε συνορᾶν τῶν δεόντων οὐδέν.

XV. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κρατήσαντες τοῦ τείχους, τὸ

[k] *συμπαθεῖς* suspicatus est Reisk. *συμπαθεῖς τοῖς παρακαλουμένοις* voluit Gron.

et bono esse animo eos jubebat, quibus id negotii dederat. Plane enim, si ad quidquam aliud, ad id certe egregie a natura erat comparatus, ut fiduciam animis hominum ingeneraret, ac suos adfectus in eos transfunderet, quos adhortabatur. Tunc igitur milite, sicut jussus erat, faciente, et per paludem enitente, universus exercitus *divina quadam providentia fieri id, quod videbant*, cœpit existimare. Idcirco, redeuntes simul in memoriam eorum, quæ de *Neptuno*, et de ferenda ab illo ope, Scipio eis inter cohortandum erat pollicitus, tanto sunt animorum impetu concitati, ut facta testudine irruerent in portam, et fores securibus ac dolabris extrinsecus effringere conarentur. Interim qui per stagni vada ad mœnia accesserant, et pinnas propugnatoribus vacuas invenerant, non solum scalas nullo periculo admoverunt; sed etiam superato muro, nemine resistente, eum tenuerunt: quippe aliis in locis obsessi occupabantur, maxime autem circa isthmum et eo ferentem portam; quum præsertim ea cuncti persuasione essent imbuti, numquam a parte stagno proxima adpropinquaturum hostem: cui illud etiam, quod erat maximum, accedebat, quod præ incomposito clamore, et turbæ promiscuæ concursu, neque audire neque cernere quidquam eorum, quæ in rem essent, poterant.

xv. Romani, ut in sua potestate

Digitized by Google

Ol. 142. 3. μὲν πρῶτον ἐπεπαρεύοντο, κατὰ τὴν [l]ἰφοδείαν [m]ἀποσύροντες τοὺς πολεμίους, μεγάλα συμβαλλομένης αὐτοῖς τῆς ὀπλίσεως πρὸς τοῦτο τὸ γένος τῆς χρείας. ἐπεὶ δ' 2 ἀφίκοντο πρὸς τὴν πύλην, οἱ μὲν καταβάντες διέσπων τοὺς μοχλούς, οἱ δ' ἔξωθεν εἰσέπιπτον, οἱ δὲ διὰ τῶν κλιμάκων βιαζόμενοι κατὰ τὸν ἰσθμὸν, ἤδη κρατοῦντες τῶν ἀμυνομένων, ἐπέβαινον ἐπὶ τὰς ἐπάλξεις. Καὶ 3 τέλος, τὰ μὲν τείχη τούτῳ τῷ τρόπῳ κατείληπτο· τὸν δὲ λόφον οἱ διὰ τῆς πύλης εἰσπαρεύομενοι κατελάμβανον, τὸν πρὸς τὰς ἀνατολὰς, τρεψάμενοι τοὺς φυλάττοντας. Ὁ δὲ Πόπλιος ἐπεὶ τοὺς εἰσεληλυθότας 4

Sævus mos Romanor. in expugnatione urbis.

ἀξιόχρεως ὑπελάμβανεν εἶναι, τοὺς μὲν πλείστους ἐφῆκε, κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος, ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει, παραγγείλας κτείνειν [n]τὸν παρατυχόντα, καὶ μηδενὸς φείδεσθαι, μηδὲ πρὸς τὰς ὠφελείας ὁρμᾶν, μέχρις ἂν ἀποδοθῇ τὸ σύνθημα. Ποιεῖν δέ μοι δοκοῦσι τοῦτο 5 καταπλήξεως χάριν. διὸ καὶ πολλάκις ἰδεῖν ἔστιν ἐν ταῖς τῶν Ῥωμαίων καταλήψεσι τῶν πόλεων, οὐ μόνους τοὺς ἀνθρώπους πεφονευμένους, ἀλλὰ καὶ [o]τοὺς κύνας διδιχοτομημένους, καὶ τῶν ἄλλων ζώων μέλη παρακεκομμένα. τότε δὲ καὶ τελέως πολὺ τὸ τοιοῦτον ἦν, 6 διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατειλημμένων. Αὐτὸς δὲ περὶ 7

[l] ἰφοδίαν dedit Aug. Vulgo ἰφοδίαν. [m] ἀποσύροντες ex Reisk. emend. posui, pro vulgato ἐπισύροντες. [n] δόντα τὸν παρατ. Suidas. [o] τοὺς χύνας Aug. Urb. Reg. E.

muros habuerunt, principio per mœnia ipsa discurrunt, hostem inter circumeundum de muro dejicientes: quam ad rem magno ipsis usui erat genus ipsum Romanorum armorum. Ubi ad portam ventum, descenderunt isti quidem, ac vectes refregerunt; et qui foris erant, facta irruptione sunt ingressi; alii vero, qui in isthmo per scalas eniti contendebant, quum superstantes armatos jam vicissent, in pinnas murorum evaserunt. Ac mœnia quidem hoc pacto Romani tandem tenuere: tumulum vero illum in orientem versum, præsidio fugato, occuparunt qui per portam irruperant. *Scipio*, ubi jam numero suorum, qui oppidum erant ingressi, cœpit sidere, partem eorum maximam (uti *mos* est *Romanorum*) in oppidanos immisit: dato præcepto, ut, *in quoscumque incidissent, omnes occiderent, nemini parcerent, neve ad prædandum prius se converterent, quam esset datum signum.* Equidem Romanos hoc facere existimo, ut nomen Romanum terrori sit omnibus. Propterea sæpenumero cernere est, ubi capitur ab ipsis urbs aliqua, non homines dumtaxat occisos, sed etiam canes bifariam dissectos, et reliquorum animantium membra abscissa. Cujus generis cædes multa tunc edebatur, propter ingentem deprehensorum in urbe numerum. Ipse *Scipio*, mille circiter armatorum manum se-

Digitized by Google

χιλίους ἔχων, ὥρμησε πρὸς τὴν ἄκραν. ἐγγίσαντας δ' A. U. 545.
αὐτοῦ, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλλετο Μάγων ἀμύνεσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα συνοήσας, βεβαίως ἤδη κατειλημμένην τὴν πόλιν, διεπέμψατο περὶ τῆς ἀσφαλείας τῆς αὐτοῦ,
8 καὶ παρέδωκε τὴν ἄκραν. Οὗ γενομένου, καὶ τοῦ Direptio urbis.
συνθήματος ἀποδοθέντος, τοῦ μὲν φονεύειν ἀπέστησαν,
9 ὥρμησαν δὲ πρὸς τὰς ἁρπαγάς. Ἐπιγενομένης δὲ τῆς νυκτὸς, οἱ μὲν ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς ἔμενον, οἷς ἦν οὕτω διατεταγμένον· μετὰ δὲ τῶν χιλίων ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τῆς ἄκρας ηὐλίσθη, τοὺς δὲ λοιποὺς διὰ τῶν χιλιάρχων ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐκκαλεσάμενος, ἐπέταξε, συναθροίσαντας εἰς τὴν ἀγορὰν τὰ διηρπασμένα [P]κατὰ σημαίας, ἐπὶ
10 τούτων ποιτάζεσθαι. τοὺς δὲ γροσφομάχους ἐκ τῆς παρεμβολῆς καλέσας, ἐπὶ τὸν λόφον ἐπέστησε τὸν ἀπὸ
11 τῶν ἀνατολῶν. Καὶ τῆς μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Καρχηδόνος τοῦτον τὸν τρόπον ἐγένοντο κύριοι Ῥωμαῖοι.

XVI. Εἰς δὲ τὴν ἐπαύριον ἀθροισθείσης εἰς τὴν Præda æqualiter dividitur.
ἀγορὰν τῆς τε τῶν στρατευομένων παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις ἀποσκευῆς, καὶ τῆς τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν ἐργαστικῶν κατασκευῆς, ταῦτα μὲν ἐμέριζον οἱ χιλίαρχοι τοῖς ἰδίοις στρατοπέδοις κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς
2 ἔθος. Ἔστι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τοιαύτη τις ἡ περὶ τὰς τῶν πόλεων καταλήψεις οἰκονομία. ποτὲ μὲν γὰρ ἑκάστης ἡμέρας πρὸς τὴν πρᾶξιν ἀπομερίζονται [Q]τῶν ἀνδρῶν

P Verba *κατὰ σημαίας* nescio an ad sequens *ποιτάζεσθαι* sint trahenda: *manipulatim stationem agerent.* Q *τῶν ἀνδρῶν* ex conject. nostra. Vulgo omnes *τὰ τῶν ἀνδρῶν*.

cum habens, ad arcem ducit: quem ut vidit accedentem *Mago*, conatus primo vim vi repellere, mox vero cogitans, plane jam in hostium potestatem urbem esse, missis qui de sua salute paciscerentur, arcem dedidit. Quo facto, datur a Scipione signum, et milites, cædibus finem facientes, ad diripiendam urbem se convertunt. Ingruente deinde nocte, pars exercitus, cui ita fuerat præceptum, in castris mansit: imperator cum suis mille in arce noctem egit; reliquis, per tribunos e domibus evocatis, præcepit, ut omnem prædam manipulatim in forum congererent, et ad ea, quæ essent comportata, nocturnam stationem agerent. Velites autem, excitos e vallo, in orientali tumulo stare jussit. Et *Carthagine* quidem, quæ *in Hispania* est, hoc modo sunt potiti Romani.

XVI. Postridie ejus diei, quum essent congestæ in forum eorum, qui Carthaginiensibus militaverant, sarcinæ, et omnis civium atque opificum supellex; ea omnia tribuni militum suis legionibus pro *more militiæ Romanæ* diviserunt. Romani, quoties urbs aliqua ab ipsis capta est, id negotium sic administrant. Solent diebus singulis ad eam rem vel ex universis legionibus viros idoneos, pro

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Præda æqualiter dividitur.

κατὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, ποτὲ δὲ κατὰ σημαίας μερίζουσιν αὐτούς. οὐδέποτε δὲ πλείους ἀποτάττονται 3 πρὸς τοῦτο τῶν ἡμίσεων· οἱ δὲ λοιποὶ μένοντες κατὰ [r]τὰς τάξεις ἐφεδρεύουσι, ποτὲ μὲν ἐντὸς τῆς πόλεως, ποτὲ δὲ πάλιν ἐντὸς, ἀεὶ [s]πρὸς τὸ δεικνύειν. Τῆς δὲ 4 δυνάμεως διῃρημένης αὐτοῖς κατὰ μὲν τὸ πλεῖον εἰς δύο στρατόπεδα Ῥωμαϊκὰ, καὶ δύο τῶν συμμάχων, [t]ποτὲ δὲ καὶ σπανίως ἀθροιζομένων ὁμοῦ τῶν τεττάρων, πάντες οἱ πρὸς τὴν ἁρπαγὴν ἀπομερισθέντες ἀναφέρουσι τὰς ὠφελείας, ἕκαστοι τοῖς ἑαυτῶν στρατοπέδοις. κἄπειτα 5 [u]πραχθέντων τούτων, οἱ χιλίαρχοι διανέμουσι πᾶσιν ἴσον, οὐ μόνον τοῖς μείνασιν ἐν ταῖς ἐφεδρείαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὰς σκηνὰς φυλάττουσι, τοῖς τε ἀῤῥωστοῦσι, καὶ τοῖς ἐπί τινα λειτουργίαν ἀπεσταλμένοις. Περὶ δὲ τοῦ 6 μηδένα νοσφίζεσθαι μηδὲν τῶν ἐκ τῆς διαρπαγῆς, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν πίστιν, [x]κατὰ τὸν ὅρκον ὀμνύουσι πάντες, ὅταν ἀθροισθῶσι πρῶτον εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἐξιέναι μέλλοντες εἰς τὴν πολεμίαν· ὑπὲρ τούτου δὲ τοῦ μέρους 7 εἴρηται [y]πρότερον ἡμῖν διὰ πλειόνων ἐν τοῖς περὶ [z]τῆς Πολιτείας. Λοιπὸν, ὅταν οἱ μὲν ἡμίσεις τράπωνται 8 πρὸς τὰς ἁρπαγὰς, οἱ δὲ ἡμίσεις διαφυλάττοντες τὰς

[r] τὰς τάξεις Aug. Urb. Regii tres, Vesont. Tubing. [s] δεικνύμενον suspicatus est Casaub. δεικνύον Reisk. [t] ποτὲ δὲ ex conject. correxi. Vulgo τότε δὲ. [u] Sic Herv. cum codd. omnibus. πραθέντων correxit Casaub. [x] Verba κατὰ τὸν ὅρκον ad seqq. retuli, quæ vulgo cum præcedentibus jungebantur. [y] πρότερον debetur Casaubono. πρῶτον Herv. cum libris omnibus, quod et ex περὶ τοῦ corruptum esse posse monuit Dorvill. [z] τῆς Πολιτ. Articulum adscivi ex Reg. E.

loci magnitudine, seligere, vel manipulatim milites partiri: Numquam autem plures dimidia parte eam ad rem adsignant: ceteri in suis ordinibus manentes, in subsidiis stant, aliàs extra, aliàs intra muros, prout indicati periculi ratio postulaverit. Jam quum universæ copiæ ut plurimum sint eis divisæ in legiones duas Romanas, et paria sociorum auxilia, interdum quatuor legiones (etsi id fit rarius) simul habeant; omnes, qui ad diripiendam urbem fuerunt selecti, prædam universam ad suas quique legiones referunt. Qua vendita, tribuni deinde æquis portionibus inter omnes pecuniam dividunt: et habetur ratio non eorum tantum, qui in subsidiis manserunt, sed et illorum qui tentoria custodierunt, item ægrotorum, et si qui ad muneris alicujus curationem fuerint alio missi. Quod autem nihil quidquam de præda sint aversuri, sed fidem servaturi, id vero cuncti jurant, quando sacramento adstringuntur, primum in expeditionem profecturi conveniunt in castra. Sed de hac re dicta sunt nobis plura, cum *de Reipubl. Romanæ institutis* ageremus. Ceterum, quum hoc modo pars dimidia intendat prædæ, dimidia servatis ordinibus præsto sit in subsidium diri-

Digitized by Google

τάξεις ἐφεδρεύωσι τούτοις, οὐδέποτε [a]κινδυνεύει Ῥω- A. U. 545.
μαίοις τὰ ὅλα διὰ πλεονεξίαν. τῆς γὰρ ἐλπίδος τῆς Præda æqualiter
κατὰ τὴν ὠφέλειαν οὐκ ἀπιστουμένης ἀλλήλοις, ἀλλ' dividitur.
[b]ἐπίσης ἐστηκυίας τοῖς μένουσι [c]κατὰ τὰς ἐφεδρείας
καὶ τοῖς διαρπάζουσιν, οὐδεὶς ἀπολείπει τὰς τάξεις· [d]ὃ
μάλιστα τοὺς ἄλλους εἴωθε βλάπτειν.

XVII. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων κακο- Præda
παθοῦσι καὶ κινδυνεύουσι τοῦ κέρδους ἕνεκεν· φανερὸν, æqualiter
ὡς, ὅταν ὁ καιρὸς οὗτος ὑποπέσῃ, δυσχερῶς εἰκὸς dividenda.
ἀπέχεσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἐφεδρείαις ἢ στρατοπεδείαις
ἀπολειπομένους, διὰ τὸ [d]παρὰ τοῖς πλείστοις πᾶν τὸ
2ληφθὲν εἶναι τοῦ κυριεύσαντος. καὶ γὰρ, ἂν ὅλως
μόναρχος ἢ στρατηγὸς [e]ἐπιμελὴς ἀναφέρειν εἰς τὸ κοινὸν
ἐπιτάξῃ τὰς ὠφελείας, ὅμως τὰ δυνατὰ κρύπτεσθαι
3πάντες ἴδια νομίζουσι. διὸ τῶν πολλῶν, ὁρμώντων ἐπὶ
τοῦτο τὸ μέρος, οὐ δυνάμενοι κρατεῖν, κινδυνεύουσι τοῖς
4ὅλοις. καὶ πολλοὶ δή τινες, κατορθώσαντες τὰς ἐπι-
βολὰς, καὶ ποτὲ μὲν ἐπιπεσόντες ταῖς τῶν πολεμίων
παρεμβολαῖς, ποτὲ δὲ καταλαβόμενοι πόλεις, οὐ μόνον
ἐξέπεσον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅλοις ἐσφάλησαν, παρ' οὐδὲν ἢ
5τὴν προειρημένην αἰτίαν. Διὸ δεῖ περὶ μηδὲν οὕτω

[a] κινδυνεύει correxit Casaub. κίνδυνος Aug. Reg. F. G. Vesont. Tubing. συμβαίνει κίνδυνος Herv. cum Med. κινδυνεύων absque συμβαίνει Urb. Reg. E. Placeret utique συμβαίνει κινδυνεύειν. [b] Sic correxi. Mendose Herv. et libri omnes ἀλλ' ἴσῃ τῆς ἕστηκε. Unde parum feliciter Casaub. effecit ἀλλ' ἑστηκυίας ἴσῃ τοῖς μένουσι. [c] κατὰ τὰς ἐφεδρ. recte dedit Reg. E. Ceteri vulgo κατὰ τῆς ἐφεδρ. [d] διὰ τὸ τοὺς παρὰ τοῖς Herv. cum libris omnibus. τοὺς delevit Casaub. cum Ursino. [e] Sic Reg. E. ἐπιμελὴς Herv. cum ceteris. καὶ ἐπιμελὴς Casaub.

pientibus; numquam accidit, ut propter lucri cupiditatem in summæ rei discrimen perveniant Romani. Quoniam enim de consequenda præda non diffidunt sibi invicem, sed certum est, æquam ejus portionem habituros et eos qui in subsidiis manserint, et eos qui prædati fuerint; nemo ordines deserit, quæ res sæpe aliis noxam parit.

XVII. Nimirum ita est: plerique mortalium et ærumnas perferunt, et periculis sese objiciunt, spe lucri cujusdam. Ex quo, ut facile quivis intelligit, quoties occasio parandi lucri datur, ægre omnino ab illo se abstinere par est eos, qui in subsidiis aut castris relinquuntur; propterea quod moribus populorum fere omnium receptum est, ut ei cedat præda, qui cepit. Etenim si vel maxime rex aut imperator diligens prædam omnem in commune adferri jusserit; omnes tamen, quæ possunt occuli, ea sibi ducunt esse propria. Unde fit, ut, quum reprimi multitudinis impetus ad lucrum consectandum nequeat, etiam de sua salute universi exercitus periclitentur. Sæpe igitur multis accidit, ut, ex animi sententia confectis quæ destinaverant, quum vel in hostium castra irrupissent, vel urbem aliquam jam cepissent, non solum inde extruderentur, sed etiam rei summam perderent, non aliam nisi eam, quam modo dixi, ob caussam. Hoc unum

Digitized by Google

Ol. 142. 3. στουδάζειν καὶ προνοεῖσθαι τοὺς ἡγουμένους, ὡς περὶ τοῦτο τὸ μέρος, ἵνα, καθ' ὅσον ἐστὶ δυνατὸν, ὑπάρχῃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐλπὶς, ὡς ἐξ ἴσου πᾶσι τῆς ὠφελείας οὔσης, ἐάν τις ὑποπίπτῃ τοιοῦτος καιρός. Πλὴν οἱ μὲν 6
χιλίαρχοι τότε περὶ τὴν τῶν λαφύρων ἦσαν οἰκονομίαν·
Captivos curat Scipio. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, ἐπεὶ συνήχθη τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ὃ συνέβη γενέσθαι μικρῷ λεῖπον τῶν μυρίων, συνέταξε, χωρισθῆναι πρῶτον μὲν τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, καὶ τὰ τούτων τέκνα, δεύτερον δὲ τοὺς χειροτέχνας. γενομένου δὲ τούτου, 7
τοὺς μὲν πολιτικοὺς παρακαλέσας εὐνοεῖν Ῥωμαίοις, καὶ μνημονεύειν τῆς εὐεργεσίας, ἀπέλυσε πάντας ἐπὶ τὰς ἰδίας οἰκήσεις. οὗτοι μὲν οὖν ἅμα δακρύοντες καὶ 8
χαίροντες ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας, προσκυνήσαντες τὸν στρατηγὸν διελύθησαν. Τοῖς δὲ χειρο- 9
τέχναις κατὰ τὸ παρὸν εἶπε, διότι δημόσιοι τῆς Ῥώμης εἰσί· παρασχομένοις δὲ τὴν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν ἑκάστοις, κατὰ τὰς αὐτῶν τέχνας, ἐπηγγείλατο τὴν ἐλευθερίαν, κατὰ νοῦν χωρήσαντος τοῦ πρὸς τοὺς Καρχηδονίους πολέμου. καὶ τούτους μὲν ἀπογράφεσθαι προσέταξε 10
πρὸς τὸν ταμίαν, συστήσας [f] Ῥωμαϊκὸν ἐπιμελητὴν κατὰ τριάκοντα· τὸ γὰρ πᾶν πλῆθος ἐγένετο τούτων περὶ δισχιλίους. ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐπλέξας 11
τοὺς εὐφανεστοτάτους, [g] καὶ τοῖς εἴδεσι καὶ ταῖς ἡλικίαις

[f] Ῥωμαϊκὸν Herv. Aug. Regii tres, Vesont. Tubing. [g] καὶ τοῖς τε εἴδεσι malim.

igitur, si quid aliud, summo studio et cura provideant duces exercituum, ut, quoad ejus fieri potest, spes certa omnium animis sit insita, si qua prædandi exstiterit occasio, æquis partibus inter omnes prædam iri divisum. Ut ad Romanum imperatorem redeam, dum tribuni militum prædæ distribuendæ provinciam administrant, ipse e *captivorum* turba, in unum congregata, (et erant non multo pauciores capti decem millibus) cives primo utriusque sexus segregari jubet cum liberis ipsorum, deinde opifices. Quo facto, *cives* adhortatus, ut *populo Romano amici esse vellent, et beneficii meminisse*, domum quemque suam omnes dimisit. Qui, tam inopinatæ salutis potiti, præ gaudio lacrymantes, imperatorem venerati ab eo discesserunt. *Opificibus* edixit: *in præsentia publicos eos esse populi Romani: quodsi vero in ministeriis earum artium, quas singuli eorum tenerent, benevole et enixe operam navassent, post confectum feliciter bellum cum Carthaginiensibus libertatem ipsis promisit.* Atque his imperavit, ut nomina apud quæstorem profiterentur, et, quum eorum numerus esset ad duo millia, divisis per tricenos, curatorem Romanum cuique manui adtribuit. E cetera multitudine captivorum selectos robustissimos quosque, et specie corporis atque

Digitized by Google

12 ἀκμαιοτάτους, προσέμιξε τοῖς αὐτοῦ πληρώμασι· καὶ A. U. 545. Naves
ποιήσας ἡμιολίους τοὺς πάντας ναύτας ἢ πρόσθεν, συνε- capta.
πλήρωσε καὶ τὰς αἰχμαλώτους νῆας· ὥστε τοὺς ἄνδρας
ἑκάστῳ σκάφει βραχύ τι λείπειν τοῦ διπλασίους εἶναι
13 τοὺς ὑπάρχοντας τῶν [h]προγενομένων. αἱ μὲν γὰρ αἰχ-
μάλωτοι νῆες ἅμ' ὀκτωκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν, αἱ δ' ἐξ
14 ἀρχῆς πέντε καὶ τριάκοντα. παραπλησίως δὲ καὶ τού-
τοις ἐπηγγείλατο τὴν ἐλευθερίαν, παρασχομένοις τὴν
αὐτῶν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν, ἐπειδὰν κρατήσωσι τῷ
15 πολέμῳ τῶν Καρχηδονίων. Τοῦτον δὲ χειρίσας τὸν
τρόπον τὰ κατὰ τοὺς αἰχμαλώτους, μεγάλην μὲν
εὔνοιαν καὶ πίστιν ἐνειργάσατο τοῖς πολιτικοῖς καὶ
πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς τὰ κοινὰ πράγματα, μεγάλην δὲ
προθυμίαν ταῖς χειροτέχναις διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐλευ-
16 θερίας. [i]ἡμιόλιον δὲ ποιήσας τὸ ναυτικὸν ἐκ τοῦ παιροῦ
διὰ τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν· * *

XVIII. Μετὰ δὲ ταῦτα Μάγωνα καὶ τοὺς ἅμα Mago et
τούτῳ Καρχηδονίους ἐχώριζε. δύο μὲν γὰρ ἦσαν κατει- Senatores
λημμένοι τῶν ἐκ τῆς Γερουσίας, πέντε δὲ καὶ δέκα τῶν capti.
2 ἐκ τῆς Συγκλήτου. καὶ τούτους μὲν συνίστησε Γαΐῳ
Λαιλίῳ, συντάξας, τὴν ἁρμόζουσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι
3 τῶν ἀνδρῶν. Ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς ὁμήρους προσεπα- Obsides.
λίσατο, πλείους ὄντας τῶν τριακοσίων. καὶ τοὺς μὲν

[h] προγενομένων scribendum contendit Reiskius. [i] *Defectus signum* in fine adjiciendum putavi: et suspicor, intercidisse pauca verba a verbo *μέγα* vel *μεγάλην* incipientia, in hanc fere sententiam, *magnum viribus suis momentum adjecit.*

ætate florentissimos, sociis navalibus immiscuit. Et nautarum numero, quos in universum prius habuerat, dimidia parte aucto, quum naves quoque captivas instruxisset, repertum est in singulis navibus alterum fere tantum virorum, atque prius fuerat. Captivas siquidem naves armavit decem et octo: habuerat autem prius quinque et triginta. Pariter autem etiam his spem libertatis fecit, ubi Romani Poenos debellassent, si eorum opera fideli et promta respublica esset usa. Et *Scipio* quidem erga *captivos* ita se gerens, cum animos civium illexit, ut et privatim ipsi et publice populo Romano bene cuperent, ac fidem servatam vellent; tum ipsos opifices, spe libertatis ostensa, promtos ad omnia atque alacres reddidit. Et quoniam eadem occasione navium numerum per suam prudentiam dimidia parte auxit; * *

XVIII. Secundum hanc *Magonem* e captivorum turba segregavit, et Carthaginienses reliquos qui cum ipso erant: duo nempe e *Seniorum collegio* Carthaginiensium inter captivos fuere, ex reliquo *senatu* quindecim. Hos *C. Laelio* tradidit, et, ut curam ipsorum quantam par erat haberet, praecepit. *Obsides* postea ad se vocavit, qui plures erant trecentis. Ex

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Obsides.

παῖδας καθ' ἕνα προσαγόμενος καὶ καταψήσας, θαρ-
ρεῖν ἐκέλευε, διότι μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἐπόψονται τοὺς
αὐτῶν γονεῖς. τοὺς δὲ λοιποὺς ὁμοῦ παρεκάλεσε πάν- 4
τας θαρρεῖν, καὶ [k]γράφειν αὐτοὺς εἰς τὰς ἰδίας πόλεις
πρὸς τοὺς αὐτῶν ἀναγκαίους· πρῶτον μὲν, ὅτι σώζονται 5
καὶ καλῶς αὐτοῖς ἐστι· δεύτερον δὲ, διότι θέλουσι
Ῥωμαῖοι πάντας αὐτοὺς εἰς τὴν οἰκείαν ἀποκαταστῆσαι
μετ' ἀσφαλείας, ἐλομένων τῶν ἀναγκαίων σφίσι τὴν
πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν. Ταῦτα δ' εἰπὼν, καὶ 6
παρεσκευακὼς πρότερον ἐκ τῶν λαφύρων τὰ λυσιτε-
λέστερα πρὸς τὴν ἐπίνοιαν, τότε κατὰ γένη καὶ καθ'
ἡλικίαν ἑκάστοις ἐδωρεῖτο τὰ πρέποντα· ταῖς μὲν παισὶ
κόσμους καὶ ψελλία, τοῖς δὲ νεανίσκοις [l]ῥομφὰς καὶ
μαχαίρας. Uxor Mandonii, et aliæ captivæ.
Ἐκ δὲ τῶν αἰχμαλωτίδων, τῆς Μανδονίου 7
γυναικὸς, ἣν ἦν ἀδελφὸς Ἀνδοβάλου, τοῦ τῶν [m]Ἰλεργη-
τῶν βασιλέως, προσπεσούσης αὐτῷ, καὶ δεομένης μετὰ
δακρύων, ἐπιστροφὴν ποιήσασθαι τῆς αὐτῶν εὐσχημο-
σύνης ἀμείνω Καρχηδονίων· συμπαθὴς γενόμενος [n]ἤρετο, 8
τί λείπει τῶν ἐπιτηδείων [o]αὐταῖς· καὶ γὰρ ἦν ἡ γυνὴ
πρεσβυτέρα, καί τινα προστασίαν ἀξιωματικὴν ἐπιφαί-
νουσα. τῆς δὲ κατασιωπώσης, ἐπάλει τοὺς πρὸς τὴν 9
ἐπιμέλειαν τῶν γυναικῶν ἀποτεταγμένους. ὧν παρα-

[k] Post γράφειν αὐτοὺς excidisse videtur verbum ἐᾶσαι. [l] ῥάμφας Herv. Med. ῥάμβας Casaub. cum Urb. Aug. Regiis et Vesont. [m] Αἰχνατῶν Herv. cum Med. Aug. Reg. F. G. Vesont. Tub. Αἰγγητῶν Reg. E. [n] ἤρετο correxi. Vulgo omnes εἶρεν. [o] Vulgo αὐτοῖς. Correxi cum Reisk.

his pueros, singulos ad se accedere jussos, blanditiis demulcens, *bono animo ut essent*, jubebat: *fore namque intra paucos dies, ut parentes suos viderent.* Ceteris in commune præcepit, *bonum haberent animum, et ad suos quisque in patriam literas darent, quibus facerent eos certiores, primum, salvos esse se et commode haberi; deinde, constituisse Romanos, domos suas quemque ipsorum remittere, si modo vellent ipsorum necessarii societatem populi Romani amplecti.* Hæc locutus, quum jam ante e spoliis selecta quædam præparasset, quæ ad præsens institutum præ ceteris adcommodata videbantur, convenientia unicuique pro sexu aut ætate munuscula divisit: puellis, inaures et armillas; adolescentibus, cultros et gladios. Inter hæc quum e captivarum turba mulier, quæ *Mandonii* uxor erat, fratris *Indibilis*, *Ilergetum* reguli, flens ad pedes imperatoris procubuisset, obtestans, ut *decoris matronalis majorem curam haberet, quam habuissent Carthaginienses: Scipio*, miseratione tactus, *ecquid ipsis eorum, quæ essent necessaria, deesset*, interrogat. Erat enim mulier ætate proveetior, et speciem dignitatis cujusdam et majestatis præ se ferebat. Tacente illa, imperator eos vocat, quibus fœminarum custodia fuerat a Pœnis demandata. Adsunt custodes, et,

Digitized by Google

γενομένων, καὶ διασαφούντων, ὅτι πάντα τὰ δέοντα δα- A. U. 545. Captivæ.
ψιλῶς αὐταῖς Καρχηδόνιοι παρεσκεύαζον, πάλιν ὁμοίως
ἀψαμένης αὐτοῦ τῶν γονάτων τῆς γυναικὸς, καὶ τὸν
αὐτὸν εἰπούσης λόγον, μᾶλλον ἔτι διαπορήσας ὁ Πό-
πλιος, καί τινα λαβὼν ἔννοιαν, ὡς ὀλιγωρούντων, καὶ
ψευδῶς πρὸς τὸ παρὸν ἀποφαινομένων τῶν πρὸς τὴν
ἐπιμελείαν ἀποτεταγμένων, θαρρεῖν ἐκέλευε τὰς γυναῖ-
11 κας· αὐτὸς γὰρ ἑτέρους ἐπιστήσειν τοὺς φροντιοῦντας,
12 ἵνα μηδὲν αὐταὶς ἐλλείπῃ τῶν ἐπιτηδείων. Ἡ δ' ἐπι-
σχοῦσα μικρὸν, οὐκ ὀρθῶς, ἔφη, [P] ὦ στρατηγὲ, τοὺς
ἡμετέρους ἐκδέχῃ λόγους, εἰ νομίζεις, ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς
13 γαστρὸς δεῖσθαί σου νῦν. καὶ τότε λαβὼν ὁ Πόπλιος ἐν
νῷ τὸ βούλημα τῆς γυναικὸς, καὶ θεωρῶν ὑπὸ τὴν ὄψιν
τὴν ἀκμὴν τῶν Ἀνδοβάλου θυγατέρων, καὶ πλειόνων
ἄλλων δυναστῶν, ἠναγκάσθη δακρύσαι, τῆς γυναικὸς ἐν
14 ὀλίγῳ τὴν τῆς περιστάσεως ἔμφασιν ὑποδεικνυούσης. διὸ
δὴ καὶ τότε φανερὸς γενόμενος, ὅτι συνῆκε τὸ ῥηθὲν,
καὶ λαβόμενος τῆς δεξιᾶς, θαρρεῖν αὐτήν τε ταύτην
15 ἐκέλευε, καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως· ποιήσεσθαι γὰρ πρό-
νοιαν ὡς ἰδίων ἀδελφῶν καὶ τέκνων, συστήσεσθαι δὲ καὶ
πρὸς τὴν τούτων ἐπιμέλειαν ἀπολούθως τοῖς προειρημένοις
πιστοὺς ἄνδρας.

XIX. Μετὰ ταῦτα παρεδίδου τοῖς ταμίαις τὰ χρήματα, ὅσα δημόσια κατελήφθη τῶν Καρχηδονίων. Pecunia capta.

P Particulam ὦ ex Suida adjeci.

Parnos, quidquid postularet usus, liberaliter iis suppeditasse, confirmant. Mulier ad genua *Scipionis* iterum manus porrigere, et preces repetere easdem. Ille impensius etiam mirari, quid rei esset: quumque ita secum statueret, negligenter officio fungi, et fingere falsa pro tempore eos, qui illi curationi fuerant præfecti; *bonum habere animum fœminas* jubet: *aliis enim se negotium daturum, ne quid ipsis ad victum aut cultum deesset.* Ad quæ illa, post breve silentium, *verba nostra*, ait, *non recte capis, Imperator, si gulæ caussa tibi nunc supplicare nos putas.* Tum enimvero, quid sibi mulier vellet, subolere cœpit *Scipionis*: qui, *Indibilis* filias et plurimorum aliorum regulorum, simul ætate ac foram florentes, oculis suis subjectas intuens, lacrymas tenere non potuit, ubi mulier suæ sortis calamitatem verbo innuisset. Tunc igitur mentem ipsius perspectam sibi significans, supplicis dextram prehendit, et cum ipsam tum alias omnes bene sperare jubet: *se illarum, non secus ac propriarum sororum aut natarum, curam habiturum, et, quemadmodum jam esset pollicitus, fidos homines ad id delecturum, quibus custodiam ipsarum delegaret.*

XIX. Secundum hæc quidquid publicæ *pecuniæ* fuerat captum, id *Scipio* quæstoribus adnumeravit. Atque ea

Digitized by Google

Ol 142. 3. ἦν δὲ ταῦτα πλείω τῶν ἑξακοσίων ταλάντων· ὥστε, 2
προστεθέντων τούτων οἷς παρῆν αὐτὸς ἐκ Ῥώμης ἔχων
τετρακοσίοις, τὴν ὅλην παράθεσιν [q]αὐτῷ γενέσθαι τῆς
Continentia Scipionis. χορηγίας πλείω τῶν χιλίων. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν 3
τοῦτον νεανίσκοι τινὲς τῶν Ῥωμαίων, ἐπιτυχόντες παρ-
θένῳ, κατὰ τὴν ἀκμὴν καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφερούσῃ
τῶν ἄλλων γυναικῶν, καὶ [r]συνειδότες, [s]φιλογύνην ὄντα
τὸν Πόπλιον, ἦκον αὐτὴν ἄγοντες, καὶ παραστήσαντες
ἔφασκον, αὐτῷ δωρεῖσθαι τὴν κόρην. ὁ δὲ καταπλαγεὶς 4
καὶ θαυμάσας τὸ κάλλος· ἰδιώτης μὲν ὤν, οὐδεμίαν
ἥδιον ἂν, ἔφη, δέξασθαι ταύτης τῆς δωρεᾶς· στρα-
τηγὸς δ' ὑπάρχων, οὐδ' [t]ὁποίαν ἂν ἧττον· ὡς μὲν ἐμοὶ 5
δοκεῖ, τοῦτ' αἰνιττόμενος διὰ τῆς ἀποφάσεως, διότι
κατὰ μὲν τὰς ἀναπαύσεις ἐνίοτε καὶ ῥαθυμίας ἐν τῷ
ζῆν, ἡδείας τοῖς νέοις ἀπολαύσεις τὰ τοιαῦτα παρέχεται
καὶ διατριβάς· ἐν δὲ τοῖς τοῦ πράττειν καιροῖς μίγιστα
γίγνεται καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν ἐμπόδια
τοῖς χρωμένοις. Τοῖς μὲν οὖν νεανίσκοις, ἔφη, χάριν 6
ἔχειν· τὸν δὲ τῆς παρθένου πατέρα καλέσας, καὶ δοὺς
αὐτὴν [u]ἐκ χειρὸς, ἐκέλευε συνοικίζειν ᾧ ποτ' ἂν προ-
αιρῆται τῶν πολιτῶν. Δι' ὧν καὶ τὰ τῆς ἐγκρατείας 7
καὶ τὰ τῆς μετριότητος ἐμφαίνων, μεγάλην ἀποδοχὴν

[q] αὐτῷ correxi. Vulgo omnes αὐτῶν. [r] Alii vulgo συνιδόντες. [s] φιλογύναιον Suidas. Alii φιλόγυνον. [t] Ignorant ἄν alii. [u] Verba ἐκ χειρὸς sequentibus juncta voluit Reiak.

talentorum sexcentorum summam superabat: quæ summa ut quadringentis illis talentis fuit adjecta, quæ ipse Roma adtulerat, universus repositæ pecuniæ ad usum belli numerus talentorum amplius mille est effectus. Per idem vero tempus juvenes quidam Romani, *virginem* nacti, et ætatis flore, et formæ bonitate ceteris mulieribus longe præstantem; quum non ignorarent, *Scipionem* natura mulierosum esse; puellam ad ipsum adducunt, atque in conspectu illius sistentes, *hanc se ille donare muneri*, dicunt. *Scipio* miraculo pulcritudinis attonitus, *Ego vero*, inquit, *nec si privatus viverem, potuerim accipere munus alium aliud magis gratum, neque nunc imperator alium aliud minus gratum:* hoc nimirum dicto, ut mihi videtur, innuens, ejusmodi res per otium quidem interdum, et quoties frui ludo ætatis juvat, suaves juvenibus oblectationes præbere et curarum levamenta; easdem vero, si quis per agendi tempora iis utatur, et corpori et animo maxima adferre impedimenta. Igitur *magnas* ille *quidem juvenibus se habere gratias* dixit: ceterum *virginis patre* accito, e vestigio suam ei filiam tradidit, jubens, ut, *cui vellet cumque civium, nuptum eam daret.* Hoc ille suæ continentiæ et moderationis edito specimine, magna studia adsequebatur eo-

Digitized by Google

8 ἐνειργάζετο τοῖς ὑποταττομένοις. Ταῦτα δὲ διοικησά- A. U. 545. Lælium Romam mittit Scipio.
μενος, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν αἰχμαλώτων παραδοὺς τοῖς
χιλιάρχοις, ἐξέπεμψε Γάϊον τὸν Λαίλιον ἐπὶ πεντήρους
εἰς τὴν Ῥώμην, τούς τε Καρχηδονίους συστήσας, καὶ
τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων τοὺς ἐπιφανεστάτους, δηλώ-
9 σοντα τοῖς ἐν τῇ πατρίδι τὰ γεγονότα. Τὸ γὰρ πλεῖον
αὐτῶν ἤδη τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀπηλπικότων, σαφῶς
[x] ἤδει, διότι τούτων προσαγγελθέντων αὖθις ἀναθαρ-
ρήσαντες, πολλαπλασίως συνεπιλήψονται τῶν πρα-
γμάτων.

XX. Αὐτὸς δὲ χρόνον μέν τινα ἐν τῇ Καρχηδόνι τάς Exercitia militaria.
τε ναυτικὰς δυνάμεις ἐγύμναζε συνεχῶς, καὶ τοῖς
χιλιάρχοις ὑπέδειξε τοιοῦτόν τινα τρόπον τῆς τῶν πεζι-
2 κῶν στρατοπέδων γυμνασίας. τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν
ἐκέλευσε τροχάζειν ἐπὶ τριάκοντα σταδίους ἐν τοῖς
ὅπλοις· τὴν δὲ δευτέραν πάντας ἐκτρίβειν καὶ θεραπεύειν
καὶ κατασκοπεῖν ἐν τῷ φανερῷ τὰς παρασκλίας· τῇ δ'
3 ἑξῆς ἀναπαύεσθαι καὶ ῥᾳθυμεῖν· τῇ δὲ μετὰ ταύτην
τοὺς μὲν μαχαιρομαχεῖν ξυλίναις ἐσκυτωμέναις μετ'
[y] ἐπισφαιρῶν μαχαίραις, τοὺς δὲ τοῖς ἐσφαιρωμένοις
γρόσφοις ἀκοντίζειν· τῇ δὲ πέμπτῃ πάλιν ἐπὶ τοὺς
4 αὐτοὺς δρόμους [z] κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπανάγειν. Ἵνα μὴ Fervent fabrorum officinæ.
δέ τι τῶν πρὸς τὰς μελέτας ὅπλων, μήτε τῶν πρὸς τὴν
ἀλήθειαν μηδὲν ἐλλείπῃ, τὴν πλείστην ἐποιεῖτο σπουδὴν

[x] Alii ἤδη. [y] ἐπισφαίρων Casaub. invitis MStis. [z] καὶ τὴν ἀρχὴν Aug. Regii quatuor, Vesont. Tubing. Unde forsan scribendum ἰέναι, οὗς (vel ὡς) καὶ τὴν ἀρχὴν.

rum, quibus imperabat. His ita constitutis, et turba cetera captivorum tribunis tradita, *C. Lælii* fidei et Carthaginienses, et nobilissimum quemque ex aliis captivis committens, data quinquereme, nuncium eum victoriæ Romam mittit. Nam quum Romani res Hispaniæ maximam partem pro jam conclamatis haberent; certo sciebat Publius, ipsos hoc accepto nuncio excitatum iri, ut animos denuo sumerent, et mox in belli curam acriori contentione esse incubituros.

XX. Ipse *Carthagine Nova* aliquamdiu moratus, copias nauticas assidue exercebat, simulque tribunis militum exercendi pedestres copias talem quamdam rationem præivit. Primo die, legiones in armis quatuor circiter millium spatia jussit decurrere: secundo die, arma tergere et curare omnes et inspicere ante tentoria: tertio, quiescere et cessare: quarto, alios rudibus pugnare, quæ pilis coriaceis erant præfixæ, alios præpilatis missilibus jaculari: quinto, iterum ad easdem decursiones, ut ante, erat militibus redeundum. Ut autem nullum genus armorum, sive quæ ad campestres exercitationes, sive quæ ad justas

Digitized by Google

Ol. 142. 3. πρὸς τοὺς χειροτέχνας. κατὰ μέρος μὲν οὖν ἄνδρας 5
ἐπιμελεῖς ἐφεστάκει πρὸς ταύτην τὴν χρείαν, καθάπερ
ἐπάνω προεῖπον· αὐτὸς δὲ καθ' ἡμέραν [a]ἐπεπορεύετο, καὶ
δι' αὐτοῦ τὰς χορηγίας ἑκάστοις παρεσκεύαζε. Λοιπὸν 6
τῶν μὲν πεζικῶν στρατοπέδων κατὰ τοὺς πρὸ τῆς πόλεως
τόπους γρωμένων ταῖς μελέταις καὶ ταῖς γυμνασίαις,
τῶν δὲ ναυτικῶν δυνάμεων κατὰ θάλατταν ταῖς ἀνακτεί-
ραις καὶ ταῖς εἰρεσίαις, τῶν δὲ κατὰ τὴν πόλιν ἀκονών-
των τε καὶ χαλκευόντων καὶ τεκταινομένων, καὶ συλ-
λήβδην ἁπάντων σπουδαζόντων περὶ τὰς τῶν ὅπλων
κατασκευάς· οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν εἴτε, κατὰ τὸν 7
Xenophontis dictum. Ξενοφῶντα, τότε θεασάμενος, ἐκείνην τὴν πόλιν ἐργα-
στήριον εἶναι πολέμου. Ἐπεὶ δ' αὐτῷ πάντα καλῶς 8
ἐδόκει καὶ δεόντως ἐξησκῆσθαι τὰ πρὸς τὰς χρείας, μετὰ
ταῦτα, ταῖς τε φυλακαῖς καὶ ταῖς τῶν τειχῶν κατα-
σκευαῖς ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἀνέζευξε
Tarraconem redit Scipio. καὶ τῇ πεζικῇ καὶ τῇ ναυτικῇ δυνάμει, καὶ προῆγε,
ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Ταράκωνος, ἔχων μετ'
αὐτοῦ καὶ τοὺς ὁμήρους.

[a] ἐπεπορεύετο correxi cum Reisk. Vulgo omnes ἐπορεύετο.

pugnas adhibentur, deficeret, summæ ipsi curæ erant fabri. Horum igitur singulis corporibus, quod antea dicebamus, curatores ubi præfecisset: ipse quotidie ad illos ibat, et adparatum, quo quibusque opus erat, ipse procurare. Itaque ergo quum legiones extra urbem pro mœnibus rem bellicam meditarentur, et sese exercerent, copiæ nauticæ agilitatem navium et industriam suam mari experirentur, in urbe item alibi samiatorum, qui ferramenta acuebant, alibi fabrorum æra-
riorum aut lignariorum strepitus audiretur, omnium denique studia in fabricandis armis absumerentur: tempo poterat, illa cernens, *dictum Xenophontis* non usurpare, *officinam belli eam urbem esse.* Hæc postquam visus est sibi imperator idonee curasse, et jam satis exercitatione esse profectum ad belli munia obeunda; deinde, refectis muris, dispositisque præsidiis ad custodiam urbis, cum classe et legionibus profectus, *Tarraconem* iter instituit, obsides quoque secum habens.

Digitized by Google

III.

A. U. 565.

RES GRÆCIÆ.

(I.) *Res Achæorum. Philopœmen Præfectus equitum.*

* * *

* XXI. ΕΥΡΥΛΕΩΝ, ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς, ἄτολμος ἦν καὶ πολεμικῆς χρείας ἀλλότριος. Τοῦ δὲ καιροῦ τοῦ κατὰ τὴν διήγησιν ἐφεστηκότος ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Φιλοποίμενος πράξεων, καθήκειν ἡγούμεθα, καθάπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν τὰς ἑκάστων ἀγωγὰς καὶ φύσεις ἐπειράθημεν ὑποδεικνύναι, καὶ περὶ τούτου ποιῆσαι τὸ παραπλήσιον. Καὶ γὰρ ἄτοπον, τὰς μὲν τῶν πόλεων κτίσεις τοὺς συγγραφέας, καὶ πότε, καὶ πῶς, καὶ διὰ τίνων ἐπεκτίσθησαν, ἔτι δὲ τὰς διαθέσεις καὶ περιστάσεις μετ' ἀποδείξεως ἐξαγγέλλειν· τὰς δὲ τῶν τὰ ὅλα χειρισάντων ἀνδρῶν [c]ἀγωγὰς καὶ ζήλους παρασιωπᾷν, καὶ ταῦτα τῆς χρείας μεγάλην ἐχούσης τὴν διαφοράν. ὅσῳ γὰρ ἄν τις καὶ ζηλῶσαι καὶ μιμήσασθαι δυνηθείη μᾶλλον τοὺς [d]εὐψύχους ἄνδρας τῶν ἀψύχων κατασκευασμάτων, τοσούτῳ καὶ τὸν περὶ αὐτῶν λόγον διαφέρειν εἰπὸς [e]εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἀκουόντων. Εἰ μὲν οὖν μὴ κατ' ἰδίαν ἐπεποιήμεθα τὴν περὶ αὐτοῦ σύνταξιν, ἐν ᾗ διεσαφοῦμεν,

Euryleon prætor Achæorum

Philopœmenis ingenium et institutio.

Polybii de Philopœmene Libri tres.

[c] *ἀγωγὰς καὶ ζήλους.* Vulgo h. l. *ἀγωνίας.* Correxi ex mente Valesii. [d] Imo *ἐμψύχους* malim, quod Valesius in vers. Lat. expressit: *vivos spirantesque homines.* [e] *εἰς ἐπανόρθ.* Præpositionem, cum vulgo abesset, adjeci ex conject.

III.

(I.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* X. *Cap.* 23.

* * *

XXI. *EURYLEON*, prætor *Achæorum*, ignavus erat, et a rei militaris usu prorsus alienus. Ceterum cum ad *principium rerum a* PHILOPŒMENE *gestarum* ordo narrationis nos perduxerit; operæ pretium facturus videor, quemadmodum aliorum magnorum virorum *ingenium atque institutionem* ostendere conati sumus, si in hoc quoque viro idem præstemus. Absurdum enim sit, scriptores de urbium quidem originibus, quo modo et quando sunt et a quibus conditæ, tum de constitutionibus earum atque casibus, adcurate commemorare; clarissimorum autem virorum, qui rempublicam gesserunt, institutionem ac studia prætermittere, cum tamen in hoc altero longe major sit utilitas. Nam quo facilius est, fortes viros, quam inanima ædificia æmulari atque imitari, tanto institutus de hujusmodi viris sermo præstat ad emendationem et fructum auditorum. Nisi igitur *de Philopœmene proprium volumen* composuissem, in quo, et *quis fuerit, et a quibus institu-*

Digitized by Google

Ol. 142. 3. καὶ τίς ἦν, καὶ τίνων, καὶ τίσιν ἀγωγαῖς ἐχρήσατο νέος
ὤν, ἀναγκαῖον ἦν ὑπὲρ ἑκάστου τῶν προειρημένων φέρειν
ἀπολογισμόν. ἐπεὶ δὲ πρότερον ἐν τρισὶ βιβλίοις ἐκτὸς 6
ταύτης τῆς συντάξεως τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιήμεθα λόγον,
τήν τε παιδικὴν ἀγωγὴν διασαφοῦντες, καὶ τὰς ἐπιφα-
νεστάτας πράξεις· δῆλον, ὡς ἐν τῇ νῦν ἐξηγήσει πρέπον 7
ἂν εἴη, τῆς μὲν νεωτερικῆς ἀγωγῆς καὶ τῶν νεωτερικῶν
ζήλων κατὰ μέρος ἀφελεῖν, τοῖς δὲ κατὰ τὴν ἀκμὴν
αὐτοῦ πεφαλαιωδῶς ἐκεῖ δεδηλωμένοις ἔργοις προσθεῖναι
[f]καὶ κατὰ μέρος, ἵνα τὸ πρέπον ἑκατέρᾳ τῶν συντάξεων
τηρῶμεν. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τόπος, ὑπάρχων ἐγκωμι- 8
αστικὸς, ἀπήτει τὸν πεφαλαιώδη καὶ μετ' αὐξήσεως
τῶν πράξεων ἀπολογισμόν· οὕτως ὁ τῆς ἱστορίας, κοινὸς
ὢν ἐπαίνου καὶ ψόγου, ζητεῖ τὸν ἀληθῆ καὶ τὸν μετ'
ἀποδείξεως καὶ τῶν ἑκάστοις παρεπομένων [g]συλλο-
γισμῶν.

Philopœmen instituitur a Cleandro.

XXII. Φιλοποίμην τοίνυν [h]πρῶτον μὲν ἔφυ καλῶς· ἦν
γὰρ ἐξ ἀνδρῶν τῶν ἐπιφανεστάτων κατ' Ἀρκαδίαν,
τραφεὶς δὲ καὶ παιδευθεὶς ὑπὸ Κλέανδρον Μαντινέα,
πατρικὸν μὲν [i]αὐτῷ ξένον ὑπάρχοντα, [k]φυγαδεύοντα δὲ
κατ' ἐκείνους τοὺς καιρούς, ὄντα δὲ Μαντινέων ἐπιφανέ-

Convictu utitur Ecdemi et Demophanis.

στατον. Μετὰ δὲ ταῦτα, παραγενόμενος εἰς ἡλικίαν, 2
ἐγένετο ζηλωτὴς Ἐκδήμου καὶ Δημοφάνους, οἳ τὸ μὲν
γένος ἦσαν ἐκ Μεγάλης Πόλεως, φεύγοντες δὲ τοὺς

[f] Aut delendum videtur καὶ, aut ante προσθεῖναι reponendum. [g] An συλλογισμὸν? *complexionem rerum.* [h] πρῶτα μὲν Suidas. [i] αὐτῷ ξένον ex Suida recepi. Vulgo αὐτοῦ. [k] An φυγάδα?

tus, et quo genere institutionis usus sit, aperui; necesse mihi esset, de illarum rerum singulis nunc uberius exponere. Sed quoniam *tribus* jam *libris* extra hoc Historiæ corpus de puerili ejus institutione ac celeberrimis factis abunde disserui; consentaneum in præsenti fuerit, de ejus quidem adolescentis educatione ac studiis minuta quæque ac singularia resecare, iis vero, quæ virili ætate gessit, quorum summa dumtaxat capita ibi delibavimus, nunc particularia multa adjicere, ut in utroque opere decorum servetur. Nam quemadmodum rerum per summa capita narrationem cum amplificatione aliqua postulabat ille laudationis locus; ita hic historiæ locus, medius inter laudem ac vituperationem, verum ac minime fucatum sermonem, cum demonstratione atque omnium consequentium nexu, requirit.

XXII. Igitur PHILOPŒMEN, claro genere ortus, (siquidem ejus majores totius Arcadiæ erant clarissimi) altus atque institutus est a *Cleandro* Mantinensi, paterno hospite, viro Mantinensium omnium principe, qui tunc temporis forte exsulabat. Postea adolescentiam ingressus, *Ecdemum* ac *Demophanem* sectari cœpit. Hi genere Megalopolitani erant, ceterum ty-

Digitized by Google

τυράννους, καὶ συμβιώσαντες [l]Ἀρκεσίλᾳ τῷ φιλοσόφῳ κατὰ τὴν φυγὴν, ἠλευθέρωσαν μὲν τὴν αὐτῶν πατρίδα, συστησάμενοι κατ' Ἀριστοδήμου τοῦ τυράννου πρᾶξιν· [m]συνεπελάβοντο δὲ καὶ τῆς καταλύσεως τοῦ Σικυωνίων τυράννου Νικοκλέους, κοινωνήσαντες Ἀράτῳ τῆς ἐπιβολῆς· ἔτι δὲ Κυρηναίων αὐτοὺς μεταπεμψαμένων, ἐπιφανῶς προὔστησαν καὶ διεφύλαξαν αὐτοῖς τὴν ἐλευθερίαν. Οἷς κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν ἐπὶ πολὺ συμβιώσας, διέφερε μὲν εὐθέως τῶν καθ' αὐτὸν, περί τε τὰς ἐν τοῖς κυνηγίοις κακοπαθείας καὶ τόλμας, περί τε τὰς ἐν τοῖς πολεμικοῖς. Ἦν δὲ καὶ περὶ τὸν βίον ἐπιμελὴς, καὶ λιτὸς κατὰ τὴν περιποίησιν, παρειληφὼς παρὰ τῶν προειρημένων ἀνδρῶν τοιαύτας τινὰς δόξας, ὡς οὐχ οἷόν τε τῶν κοινῶν προστατεῖν καλῶς τὸν ὀλιγωροῦντα τῶν κατὰ τὸν ἴδιον βίον, οὔτε μὴν ἀπεσχέσθαι τῶν τῆς πατρίδος, ὅστις πολυτελέστερον ζῇ τῆς κατὰ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν χορηγίας. Πλὴν κατασταθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἱππάρχης ἐν τοῖς προειρημένοις καιροῖς, καὶ παραλαβὼν τὰ συντάγματα τῶν ἱππέων παντὶ τρόπῳ [n]κατεφθαρμένων, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνδρῶν ἠττημένας· οὐ μόνον αὐτοὺς ἑαυτῶν βελτίους, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπεναντίων κρείττους ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατεσκεύασε, πάντας εἰς ἀληθινὴν ἄσκησιν καὶ ζῆλον ἐπιτευκτικὸν ἐμβιβάσας.

A. U. 845.

Philopœmen fortis et moderatus.

Præfectus equitum.

[l] Ἀρκεσιλάῳ Suid. [m] *συνεπελάβοντο* idem Suidas dedit. Vulgo *συνελάβοντο*. [n] *διαφθαρμένων* Suid. *κατεφθαρμένα* maluit Reiskius quod verum videtur.

rannorum odio patria profugi, atque *Arcesilai philosophi* convictu per exilium usi, libertatem deinde patriæ suæ restituerunt, conspiratione in Aristodemum tyrannum facta: iidemque in evertendo Nicocle, Sicyoniorum tyranno, Aratum opera sua adjuverunt: præterea a Cyrenæis evocati, præclare eorum rebus præfuerunt, ac libertatem eis suam conservarunt. Horum in convictu diu versatus in prima adolescentia *Philopœmen*, brevi inter æquales suos enituit, et audacia et laboribus cum in bello, tum in venando fortiter tolerandis. Erat autem et in ipso victu adcuratus, et in omni adparatu tenuis, cum hanc sententiam a supra dictis viris accepisset, *fieri non posse, ut is reipublicæ recte præsit, qui in privata vita esset negligens, neque a diripienda publica pecunia sibi temperaturum, qui sumtuosius vineret, quam privati reditus ferrent.* Iis autem, quæ modo dicebam, temporibus *præfectus equitum* ab Achæis creatus, cum equitum turmas omnibus modis corruptas atque animis penitus fractas accepisset, non solum meliores, quam antea fuissent, sed etiam hostibus præstantiores brevi temporis spatio præstitit, omnibus ad veram exercitationem atque efficax

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων [o]οἱ πλεῖστοι τῶν καθισταμένων ἐπὶ 8
τὴν προειρημένην ἀρχήν, οἱ μὲν, διὰ τὴν ἰδίαν ἀδυναμίαν
ἐν τοῖς ἱππικοῖς, οὐδὲ τοῖς πλησίον τολμῶσιν [p]οὐδὲν ἂν
καθήκει προστάττειν· οἱ δὲ, τῆς στρατηγίας ὀρεγόμενοι, 9
διὰ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἐξεριθεύονται τοὺς νέους, καὶ
παρεσκευάζουσιν εὐνους συναγωνιστὰς εἰς τὸ μέλλον,
οὐκ ἐπιτιμῶντες τῷ δεομένῳ, δι' οὗ τρόπου σώζεται τὰ
κοινὰ, συμπεριστέλλοντες τὰς ἁμαρτίας, καὶ μικρᾷ
Philopœmen præfectus equitum. χάριτι μεγάλα βλάπτοντες τοὺς πιστεύοντας. εἰ δέ 10
ποτε καὶ γένοιντο τῶν ἀρχόντων τινὲς τῇ τε κατὰ σῶμα
χρείᾳ δυνατοὶ, πρός τε τὸ τῶν κοινῶν ἀπέχεσθαι πρό-
θυμοι, πλείω κακὰ τῶν ὀλιγωρούντων διὰ τὴν [q]κακο-
ζηλίαν ἀπεργάζονται τοὺς πέλας, ἔτι δὲ μᾶλλον τοὺς
ἱππεῖς[r].

Equitum exercitatio. XXIII. [s]Ἦσαν [t]δὲ κινήσεις, ἃς ὑπελάμβανε πρὸς
πάντα καιρὸν ἁρμόζειν, αἷς ἔδει συνειθῖσθαι τοὺς ἱππεῖς,
αὗται. Αἱ καθ' ἵππον μὲν κλίσεις ἐφ' ἡνίαν, καὶ πάλιν
ἐπὶ δόρυ· [t]πρὸς δὲ τούτοις μεταβολή. Κατ' οὐλαμὸν 2
δ' ἐπιστροφὴ, καὶ ἀναστροφὴ, καὶ περισπασμὸς, ἔτι δὲ 3
ἐκπερισπασμός. πρὸς δὲ τούτοις, ἐξαγωγαὶ κατὰ λό-
χους καὶ διλοχίας ἀφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων μετὰ 4

[o] Vulgo *οἱ πλεῖστοι καὶ τῶν καθισταμένων*. Delevi conjunctionem. [p] *οὐδὲν ἂν* &c. correxit Valesius. *οὐδένων καθήκει προστατεῖν* cod. Peiresc. cum Suida, in quo tamen *καθήκειν*. [q] *κακοζηλίαν* Suidas. Vulgo *κακοζηλωσίαν*. [r] In fine hujus Fragmenti hæc adjecit Compilator: *Ζήτει ἐν τῷ περὶ Στρατηγημάτων* Conf. inferius Lib. XI. cap. 8. [s] *Ἦ καὶ κινήσεις* malim cum Reisk. [t] Libri omnes dant *πρὸς δὲ τούτοις ἀναστροφὴ καὶ μεταβολή*. ignorantque *versus seq.* verba *ἀναστροφὴ καὶ*, quæ, priori loco mota, in alterum transtulit Casaub.

æmulandi studium excitatis. Nam plerique alii, in eo magistratu constituti, partim ob imperitiam pugnæ equestris, ne proximis quidem quidquam, quod facto opus est, mandare audent; partim, quod, præturam votis adpetentes, hoc magistratu juvenes sibi devinciunt, atque eorum gratiam ac benevolentiam sibi in posterum ad suffragia comparant, minime objurgando, cum res postulat, (qua ratione respublica conservatur,) sed dissimulando delicta, ac parva ejusmodi gratia maximum illis damnum inferentes, a quibus præfectura ipsis commissa est. Quod si qui interdum magistratus reperiantur, rei militaris peritia ac robore præditi, et ab omni peculatu alieni; ii tamen ob pravam æmulationem gravius corrumpunt pedites, ac multo magis equites, quam qui officio suo desunt.

XXIII. *Motus* autem, in quibus, ceu omni tempore utilibus, *equites exercitatos* esse volebat, sunt isti. Quod ad singulos adtinet: equi declinatio ad sinistram, et rursus ad dextram; ad hæc conversio retrorsum. Ad turmas quod spectat: conversio totius turmæ uno flexu, reversio in

Digitized by Google

τάχους, ποτὲ δ' ἀπὸ τῶν μέσων· καὶ συναγωγαὶ πάλιν μετ' ἐτοχῆς εἰς [u]οὐλαμούς τε καὶ εἰς ἱππαρχίας. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐκτάξεις ἐφ' ἑκατέρων τῶν περάτων, ἢ διὰ παρεμβολῆς, ἢ διὰ [x]παραγωγῆς τῆς παρὰ τοὺς οὐραγούς. [y]τὰς μὲν γὰρ κατὰ περίκλασιν οὐ προσδεῖσθαι μελέτης ἔφη· σχεδὸν γὰρ ὥσπερ πορείας ἔχειν διάθεσιν. Ἐκ δὲ τούτου τὰς ἐπαγωγὰς τὰς ἐπὶ τοὺς ἐναντίους, καὶ τὰς ἀποχωρήσεις ἔδει συνεθίζειν ἐν πάσαις ταῖς κινήσεσιν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε [z]δεινῷ τῷ τάχει προσάγειν, ἐφ' ὅσον συζυγοῦντας καὶ συστοιχοῦντας διαμένειν, ἅμα δὲ καὶ τὰ διαστήματα κατὰ τοὺς οὐλαμοὺς τηρεῖν· ὡς [a]ἱππέων λευκότων τὴν τάξιν τὴν ἐν οὐλαμοῖς, αἱρουμένων κινδυνεύειν, οὐδὲν ἐπισφαλέστερον ὑπάρχον, οὐδ' ἀχρειότερον. Ταῦτα δ' ὑποδείξας τοῖς τε πολλοῖς, καὶ τοῖς ἀποστελείοις, αὖθις ἐπεπορεύετο τὰς πόλεις· ἐξετάζων, πρῶτον μὲν, εἰ συμπεριφέρονται οἱ πολλοὶ τοῖς παραγγελλομένοις, δεύτερον δ', εἰ πρατοῦσιν οἱ κατὰ πόλεις ἄρχοντες τοῦ σαφῶς καὶ δέοντως διδόναι τὰ παραγγέλματα· κρίνων, πρὸς τὴν ἀλήθειαν

A. U. 585. Equitum exercitatio.

priorem positionem, tum circumactio turmæ duplici flexu, denique circumactio triplici flexu. Porro eductiones celato gradu singularum aut binarum decuriarum ab alterutro cornu, vel interdum e media acie; tum, inhibito cursu, conjunctio rursus in turmas et in alas vel præfecturas. Præterea instructiones aciei, in alterutrum cornu, sive per ordinum interpolationem, sive per deductionem obliquam post terga præcedentium turmarum. Nam instructionem aciei per inflexionem agminis non indigere censebat exercitatione; fere enim eamdem habere rationem, ac si in itinere ducitur agmen. Posthæc vero et accedere ad hostem quovis genere motus et ab eo recipere docendi erant milites; eatenus quidem, ut summa celeritate possent accedere, simul ordines servantes, tam ratione eorum qui ad latus, quam qui pone sunt, simul justa inter turmas intervalla tenentes. Nihil enim periculosius aut perniciosius posse fieri censebat, quam si soluta turmarum ordine pugnam capessant equites. Ista exercitia postquam et multitudini et præfectis civitatum exemplis monstravit; rursus deinde lustravit oppida, inquirens primo, ecquid vulgus imperata facere satis didicisset; tum, an et ipsi præfecti civitatum perspicue ac rite imperare nossent: quippe ad

[u] οὐλαμούς τε καὶ εἰς ἱππαρχ. ex conject. scripsi. Pro τε καὶ libri omnes habent διὰλας vel διὰλας, pro quo corrupto vocab. in ora Aug. et hinc in ora Herv. est καὶ ἴλας. Unde Casaubonus effecit οὐλαμούς τε καὶ ἴλας εἰς ἱππαρχίας. Debuerat saltem καὶ ἴλας καὶ ἱππαρχίας. [x] παραγωγῆς ex emend. Casaub. παραλογῆς Herv. cum MStis, quod ex παραλλαγῆς corruptum videri potest: et hoc superscriptum in altero Med. [y] τῆς μὲν Casaub. invitis MStis. [z] Alii libri δεῖν præferunt, alii δεῖ. [a] τὴν ἐν οὐλαμοῖς cum Ursino correxit Casaub. τῶν ἐν οὐλ. Herv. cum MStis.

Digitized by Google

Ol. 142. 3. οὐδὲν ἀναγκαιότερον εἶναι τῆς τῶν κατὰ μέρος ἡγεμόνων ἐμπειρίας.

Dux exercitus ubique adesse debet.

XXIV. Προκατασκευασάμενος δὲ τὰ προειρημένα τοῦτον τὸν τρόπον, συνῆγε τοὺς ἱππεῖς ἐκ τῶν πόλεων εἰς ἕνα τόπον, καὶ δι' αὐτοῦ τὰς κινήσεις ἐποιεῖτο, καὶ τὸν ὅλον χειρισμὸν [b]αὐτὸς ἐποιεῖτο τῆς ἐξοπλισίας· οὐ 2 προηγούμενος πάντων, ὅπερ οἱ νῦν ποιοῦσιν ἡγεμόνες, ὑπολαμβάνοντες, ἡγεμονικὴν εἶναι τὴν πρώτην χώραν. [c]Τί γὰρ ἀπειρότερον, ἅμα δ' ἐπισφαλέστερον ἄρχοντος, 3 ὃς ὁρᾶται μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ὑποτεταγμένων, ὁρᾷ δ' οὐδένα; Οὐ γὰρ στρατιωτικῆς ἐξουσίας, ἀλλ' ἡγεμο- 4 νικῆς ἐμπειρίας, ἅμα δὲ καὶ δυνάμεως δεῖγμα δεῖ φέρειν τὸν ἐπάρχον ἐν ταῖς ἐξοπλισίαις, ποτὲ μὲν ἐν πρώτοις, ποτὲ δ' ἐν ἐσχάτοις, ποτὲ δὲ κατὰ μέσους γιγνόμενον. ὅπερ ὁ προειρημένος ἀνὴρ ἐποίει, παριπ- 5 πεύων, καὶ πάντας ἐφορῶν αὐτὸς, καὶ [d]προδιασαφῶν αὐτοῖς ἀποροῦσι, καὶ διορθῶν ἐν ἀρχαῖς πᾶν τὸ διαμαρτανόμενον. ἦν δὲ τὰ τοιαῦτα τελέως βραχέα καὶ 6 στάνια, διὰ τὴν προγεγενημένην ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἐπιμέλειαν. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἕως λόγου τὸ 7 τοιοῦτον ὑπέδειξε, φήσας, ὅτι Καθάπερ ἐν οἰκοδομίαις, ἐὰν κατὰ μίαν πλίνθον [e]θῇς, καὶ παθ' ἕνα [f]δόμον ἐπι-

Demetrii Phalerei dictum.

[b] *αὐτὸς ἐποιεῖτο* correxi cum Reisk. Vulgo omnes *αὐτοῖς*. [c] *Τί γὰρ* ex conj. correxi. *Ἔστι γὰρ* edd. ex marg. Aug. Sed *ἔστι* vel *ἔστι τι γὰρ* dant codd. nostri omnes. [d] *προδιασαφῶν* Casaub. ex ingenio edidit, invitis MSS. [e] *θῇς* correxit Casaub. quum *θεὶς* darent libri. [f] Alii *διμὸν*. Utrumque conjunxit Casaubonus *καὶ καθ' ἕνα διμὸν καὶ καθ' ἕνα δόμον*.

vera certamina nihil magis esse necessarium arbitrabatur, quam singulorum ductorum ordinum peritiam.

XXIV. His ita præparatis, mox *equitibus* ex omnibus oppidis *in unum locum convocatis*, illos, quos dixi, motus ipse per se edebat, et decursionibus ipse præerat, omnia per se administrans. Neque vero, in decurrendo, omnes alios antecedebat, sicut hodie fieri amat a ducibus, qui duci proprie convenientem locum esse putant, ut primus sit omnium. Quid enim imperitius, simulque periculosius, quam *dux, qui conspicitur quidem ab omnibus, sed ipse videt neminem?* Enimvero præfectum equitum in decursionibus non potestatem ostentare, quam quivis miles exercere potest, sed *suæ* peritiæ atque facultatis ductandi exercitus specimen oportet edere; modo in prima, modo in ultima, interdum in media acie versantem. Atque hoc faciebat, quum et turmas obequitaret, et singulos ipse inspiceret; si qua in re hæsitarent aliqui, his ante ostendens; et, ubi quid peccabatur, id ab initio statim corrigens. Sed, quæ corrigeret, oppido pauca et rara inveniebat; quoniam in singulis erudiendis diligens opera ante fuerat posita. Quod autem Publius rebus ipsis, *id Demetrius Phalereus* verbo tenus docuit, cum diceret: *Sicut in ædificiis, si singuli lateres rite fuerint dispositi, ei,*

Digitized by Google

μελείας τύχῃ τὸ [g]παρατεθέν· οὕτως ἐν στρατοπέδῳ, τὸ κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ λόχον ἀκριβωθὲν, ὅλην ποιεῖ τὴν δύναμιν ἰσχυράν. A. U. 545.

(II.) *Res Ætolorum.*

* * *

Fragm. orationis adv. Romanos.

XXV. "Εἶναι γὰρ τὸ νῦν γιγνόμενον, ὁμοιότατον
2 τῇ [h]περὶ τὰς παρατάξεις οἰκονομίᾳ καὶ χειρισμῷ. καὶ
γὰρ ἐπ' ἐκείνων προκινδυνεύει μὲν ὡς ἐπίπαν καὶ προα-
πόλλυται τὰ κοῦφα καὶ τὰ πρακτικώτατα τῆς δυνά-
μεως· τὴν δ' ἐπιγραφὴν τῶν ἐκβαινόντων ἡ φάλαγξ καὶ
3 τὰ βαρέα λαμβάνει τῶν ὅπλων. νῦν δὲ παραπλησίως
προκινδυνεύουσι μὲν Αἰτωλοὶ καὶ Πελοποννησίων οἱ τού-
τοις συμμαχοῦντες· ἐφεδρεύουσι δὲ Ῥωμαῖοι, φάλαγγος
4 ἔχοντες διάθεσιν. κἂν μὲν οὗτοι πταίσαντες καταφθα-
ρῶσιν, ἀναστρέψαντες ἐκ τῶν πραγμάτων, ἀβλαβεῖς
5 ἀπολυθήσονται Ῥωμαῖοι· νικησάντων δὲ τούτων, ὃ μὴ
δόξειε τοῖς θεοῖς, [i]ἅμα τούτοις καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλλη-
νας ὑφ' ἑαυτοὺς [k]ἐκεῖνοι ποιήσονται.

* * *

6 Πᾶσαν γὰρ δημοκρατικὴν συμμαχίαν καὶ φιλίας πολ-
λῆς δεῖσθαι, διὰ τὰς ἐν τοῖς πλήθεσι γιγνομένας ἀλογίας.

[g] παρατεθὲν ex conject. nostra. παραῤῥαγὲν edd. cum plerisque codd. Sed unus παραγὲν, alius (superscripta litera θ) παραθὲν, alius παρατιθὲν. [h] περὶ cum Reisk. correxi. Vulgo omnes παρὰ τὰς παρατ. [i] Post ἅμα plerique codd. inserunt καὶ, quod satis placeret, si esset ἅμα καὶ τούτους. Sed forsan et ἅμα καὶ τούτοις ferri potuerat. [k] ἐκεῖνοι ex conject. correxi, cum ἐκείνους vulgo darent omnes.

prout novus ordo adponitur, debita cura fuerit adhibita, ut omnia recte vinciantur: sic in exercitu, ubi et viritim et manipulatim singula bene fuerint procurata, universum corpus firmitatem ac robur habebit.

(II.) *Excerpt. Valesian. ex Lib. X.*

* * *

XXV. *Etenim, quod nunc fiat, id simillimum esse ei rerum disponendarum et tractandarum rationi, quæ in prœliis solet obtinere: nam et ibi levem armaturam ac expeditissimam copiarum partem primam ut plurimum periculis objici, et interire ante alios; at prœlii totius eventum phalangi et gravi armaturæ adscribi. Similiter et nunc quoque,* inquiebat, *primi adeunt pericula Ætoli, quique alii Peloponnesii sunt his societate juncti: Romani in modum phalangis stant in subsidiis. Igitur si illi adversa usi fortuna deleti essent, Romanos ex acie se recepturos, et sine ullo damno fore abituros: sin vincerent Ætoli, (quod superi ne sierint,) Romanos et hos, et alios omnes Græcos suæ potestati subjecturos.*

* * *

Omnem enim societatem cum populo, apud quem plebs est arbiter rerum, multa etiam amicitia indigere, propter temeritatem et inconstantiam, quæ multitudini solet inesse. (*Ora Cod. Urb.*)

Digitized by Google

Ol. 142. 3.

(III.) *Res Philippi.*

* * *

Nemea. Philippus Argis lascivus.

XXVI. Φίλιππος, ὁ βασιλεὺς Μακεδόνων, μετὰ τὸ ἐκτελέσαι τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα, αὖθις εἰς Ἄργος ἐπανῆλθε, καὶ τὸ μὲν διάδημα καὶ τὴν πορφύραν ἀπέθετο, βουλόμενος αὐτὸν ἴσον τοῖς πολλοῖς καὶ πρᾷόν τινα καὶ δημοτικὸν ὑπογράφειν. ὅσῳ δὲ τὴν ἐσθῆτα 2 δημοτικωτέραν περιεστίθετο, τοσούτῳ τὴν ἐξουσίαν ἐλάμβανε μείζω καὶ μοναρχικωτέραν. οὐ γὰρ ἔτι τὰς χήρας 3 ἐπείρα γυναῖκας, οὐδὲ τὰς ὑπάνδρους ἠρχεῖτο μαιχεύων· ἀλλ' ἐκ προστάγματος, ἣν αὐτῷ φανείη, προπέμψας ἐκάλει, ταῖς δὲ μὴ προχείρως συνυπακουούσαις ἐνύβριζε, κώμους ποιούμενος ἐπὶ τὰς οἰκίας. καὶ τῶν μὲν τοὺς 4 υἱεῖς, τῶν δὲ τοὺς ἄνδρας ἀναπαλούμενος ἐπὶ προφάσεσιν ἀλόγοις διέσυρεν, καὶ πολλὴν ἀσέλγειαν ἐναπεδείκνυτο καὶ παρανομίαν. Διὸ καὶ χρώμενος τῇ κατὰ τὴν 5 παρεπιδημίαν ἐξουσίᾳ [h] ἀνέδην, πολλοὺς ἐλύπει τῶν Ἀχαιῶν, καὶ μάλιστα τοὺς μετρίους ἄνδρας. πιεζό- 6 μενοι δὲ βίᾳ, τῷ παντα χόθεν αὐτοῖς περιεστάναι τὸν πόλεμον, ἠναγκάζοντο καρτερεῖν καὶ φέρειν τὰ παρὰ φύσιν.

* * *

Progressu ætatis in vitia incidit Philippus.

Φιλίππου οὔτ' ἀγαθὰ μείζω τις σχοίη πρὸς βασι- 7 λείαν οὐδεὶς τῶν πρότερον, οὐδὲ κατὰ τοῦτον τοῦ βασιλέως. καί μοι δοκεῖ τα μὲν ἀγαθὰ φύσει περὶ αὐτὸν 8

[h] Sic omnino scribendum. Vulgo ἀναίδην.

(III.) *Excerpt. Valesian.*

* * *

XXVI. *Philippus*, Macedonum rex, curatis *Nemeorum* ludis, Argos regressus est, ibique diadema ac purpuram posuit, ut ceteris se in speciem æquaret, comemque ac popularem ostenderet. Verum quanto civiliorem habitum induerat, tanto majorem sibi ac magis regiam licentiam sumserat. Neque enim jam mulieres viduas sollicitabat, aut maritas; sed si qua oculis placuerat, pro imperio ad se evocabat. Quæ non illico paruissent, iis contumeliam faciebat, cum bacchantium caterva impetum in domos faciens. Atque harum quidem liberos, harum viros accitos, varia causatus, territabat: maximamque impudentiam ac libidinem ostentabat. Quamobrem cum, quamdiu *Argis* moratus est, insolenter potentia abusus esset, multos ac præcipue modestissimum quemque Achæorum offendit. Attamen ob bella, quæ undique imminebant, inviti injuriam ferre cogebantur.

* * *

Nemo e superioribus regibus plures virtutes *Philippo*, nemo eodem plura vitia ad regnum attulit. Ac mihi videntur *virtutes* quidem a na-

Digitized by Google

ὑπάρξαι· τὰ δὲ κάκα προβαίνοντι κατὰ τὴν ἡλικίαν A. U. 548.
ἐπιγενέσθαι, καθάπερ ἐνίοις ἐπιγίγνεται γηράσκουσι τῶν
9 ἵππων. [l]Ἡμεῖς δ' οὐκ ἐν τοῖς προοιμίοις, ὥστερ τῶν
λοιπῶν συγγραφέων [k]τινὲς, προφερόμεθα τὰς τοιαύτας
διαλήψεις· ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, αἷσι τὰν
καθήκοντα λόγον ἁρμόζοντες, ἀποφαινόμεθα περί τε τῶν
10 βασιλέων καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν· νομίζοντες, ταύτην
οἰκειοτέραν εἶναι καὶ τοῖς γράφουσι καὶ τοῖς ἀναγινώ-
σκουσι τὴν ἐπισημασίαν.

IV.

RES ANTIOCHI.

Bellum Antiochi cum Arsace.

* * *

XXVII. ΕΣΤΙ τοίνυν ἡ Μηδία κατά τε τὸ μέγεθος MEDIÆ provinciæ præstantia.
τῆς χώρας ἀξιοχρεωτάτη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνα-
στειῶν, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος, καὶ κατὰ τὰς ἀρετὰς τῶν
2 ἀνδρῶν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἵππων. τοῖς γὰρ ζώοις τού- Equorum feraz regio.
τοις σχεδὸν [l]ἅπασαν χορηγεῖ τὴν Ἀσίαν· τῷ καὶ τὰ
βασιλικὰ συστήματα τῶν [m]ἱπποτροφιῶν [n]Μήδοις [o]ἐπι-
3 τετράφθαι [p]διὰ τὴν εὐφυΐαν. περιοικεῖται δὲ πόλεσιν

[l] Ἡμεῖς δ' οὐκ ex conject. *Καθάπερ ἡμεῖς οὐκ* liber MS. Ἄστε ἡμεῖς οὐκ Vales. [k] τινὲς ad *συγγραφέων*, quod abest vulgo, adjeci ex Reiskii conject. [l] Alii *πάσην χορηγεῖ τῇ Ἀσίᾳ*. [m] Sic Herv. cum plerisque codd. *ἱπποτροφίων* alii codd. *ἱπποτροφείων* Casaub. [n] Μήδων Herv. et sic superscr. in Aug. antiqua manu. [o] *ἐπιτετράφθαι* correxi cum Reisk. et Ern. Vulgo *ὑποτετράφθαι*. Codices nonnulli *ὑποτετάχθαι*. [p] Verba *διὰ τὴν* ad *εὐφυΐαν* desiderantur in edit. Herv. et MStis nostris.

tura ei insita fuisse, *vitia* vero processu ætatis accessisse; quemadmodum senescentibus equis nonnumquam evenire solet. Quibus de rebus nos non in proœmio, quod ceteri scriptores facere consueverunt, sententiam nostram proponimus; sed, ubi ad res ipsas ventum est, consentaneum eis sermonem adcommodantes, de principibus viris ac Regibus judicium nostrum interponimus. Hujusmodi enim observationem arbitramur cum scriptori, tum legentibus, commodiorem esse.

IV.

Excerpt. Antiq. ex Lib. X. Cap. 24—28.

* * *

XXVII. INTER omnes Asiæ provincias maxime excellit *Media*, cum propter regionis magnitudinem, tum propter numerum ingentem et præstantiam, qua virorum, qua *equorum*. Hoc quippe animantium genus universæ prope Asiæ *Media* suppeditat. Nam et regia equorum armenta omnia Medis, ob soli ubertatem sunt commissa.

Digitized by Google

Ol. 142. 2. Ἑλληνίσι κατὰ τὴν ὑφήγησιν τὴν Ἀλεξάνδρου, φυ-
λακῆς ἕνεκεν τῶν συγκυρούντων αὐτῇ βαρβάρων, πλὴν
Ecbatana. Ἐκβατάνων. Αὕτη δ' ἔκτισται μὲν ἐν τοῖς πρὸς τὰς 4
ἄρκτους μέρεσι τῆς Μηδίας· ἐπίκειται δὲ τοῖς περὶ τὴν
Μαιῶτιν καὶ τὸν Εὔξεινον μέρεσι τῆς Ἀσίας. ἦν δὲ 5
βασίλειον ἐξαρχῆς Μήδων, πλούτῳ δὲ καὶ τῇ τῆς
κατασκευῆς πολυτελείᾳ μέγα τι παρὰ τὰς ἄλλας
δοκεῖ διενηνοχέναι πόλεις. Κεῖται μὲν οὖν ὑπὸ τὴν 6
παρωρείαν τὴν παρὰ τὸν [q] Ὀρόντην, ἀτείχιστος οὖσα·
ἄκραν δ' ἐν αὐτῇ χειροποίητον ἔχει, θαυμασίως πρὸς
ὀχυρότητα κατεσκευασμένην. ὑπὸ δὲ ταύτην ἐστὶ [r] βα- 7
σίλεια· περὶ ὧν καὶ τὸ λέγειν κατὰ μέρος, καὶ τὸ
παρασιωπᾶν, ἔχει τινὰ ἀπορίαν. τοῖς μὲν γὰρ αἱρουμέ- 8
νοις τὰς ἐκπληκτικὰς τῶν διηγήσεων προφέρεσθαι, καὶ
μετ' αὐξήσεως ἕνια καὶ [s] διατάσεως εἰθισμένοις ἐξαγ-
γέλλειν, καλλίστην ὑπόθεσιν ἡ προειρημένη πόλις [t] παρ-
έχει· τοῖς δ' εὐλαβῶς προσπορευομένοις πρὸς πᾶν παρὰ
τὴν κοινὴν ἔννοιαν λεγόμενον, ἀπορίαν παρασκευάζει καὶ
Magnificentia regiæ Ecbatan. δυσχρηστίαν. Πλὴν ἔστι γε τὰ βασίλεια τῷ μὲν 9
μεγέθει σχεδὸν ἑπτὰ σταδίων ἔχοντα τὴν περιγραφήν,
τῇ δὲ τῶν κατὰ μέρος κατασκευασμάτων πολυτελείᾳ
μεγάλην ἐμφαίνοντα τὴν τῶν ἐξ ἀρχῆς καταβαλλομένων

[q] Mendose vulgo τὸν Ὄρον vel Ὄρον. [r] Vulgo plerique omnes βασίλεια Περσῶν. καὶ τὸ λέγειν. [s] διατάσεως correxi, monente Ernestio; licet vulgatum διαβάσεως probaverit Reiskius. [t] παρίχει ex Vrsini emendatione edidit Casaub. ἴσχει Herv. consentientibus libris omnibus.

Eademque, ut præsidium ne deesset adversus conterminos barbaros, ex Alexandri instituto Græcanicis urbibus undique cingitur, si *Ecbatana* dumtaxat excipias. Quæ urbs in ea Mediæ condita est parte, quæ Aquiloni vento est opposita: imminet autem iis regionibus Asiæ, quæ secundum Mæotim et Pontum Euxinum porriguntur. Regia Medorum ibi quondam fuit: ac videtur sane urbs hæc alias omnes opibus et operum magnificentia superasse longo intervallo. Sita est in montana regione, quæ radicibus Orontis subjacet. Mœnibus caret: sed arcem habet manu factam, et ad miraculum usque munitam egregie. Arci regia subjacet: de qua satius-ne sit, ex parte solum verba facere, an penitus silere, jure aliquis dubitet. Nam ut iis, qui portentosas narrationes in medium adferre amant, quique res, quas commemorant, amplificare et exaggerare consueverunt, pulcerrimam dicta urbs materiam præbet: ita illis, qui ad ea omnia caute et cunctanter accedunt, quæ præter communem sensum dicuntur, difficultatem et inopiam consilii eadem affert. Verumenimvero *Regia* hæc ejus amplitudinis est, ut stadia in circuitu habeat septem; operum et ornamentorum tantam in singulis partibus magnificentiam præ se fert, ut, quanta rerum omnium copia abundaverint qui ab initio eam fundarunt, facile sit

Digitized by Google

10 εὐκαιρίαν. οὔσης γὰρ τῆς ξυλίας ἁπάσης κεδρίνης καὶ κυπαρισσίνης, οὐδεμίαν αὐτῶν γεγυμνῶσθαι συνέβαινεν, ἀλλὰ καὶ τὰς δοκοὺς, καὶ τὰ φατνώματα, καὶ τοὺς κίονας τοὺς ἐν ταῖς στοαῖς καὶ [t]περιστύλοις, τοὺς μὲν ἀργυραῖς, τοὺς δὲ χρυσαῖς λεπίσι περιειλῆφθαι, τὰς δὲ 11 κεραμίδας ἀργυρᾶς εἶναι πάσας. Τούτων δὲ τὰ μὲν πλεῖστα συνέβη λεπισθῆναι κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων ἔφοδον· τὰ δὲ λοιπὰ κατὰ τὴν Ἀντιγόνου 12 καὶ Σελεύκου τοῦ Νικάνορος δυναστείαν. ὅμως δὲ κατὰ τὴν Ἀντιόχου παρουσίαν ὅ τε ναὸς αὐτὸς, ὁ τῆς [u]Ἀΐνης προσαγορευόμενος, ἔτι τοὺς κίονας εἶχε τοὺς πέριξ κεχρυσωμένους, καὶ κεραμίδες ἀργυραῖ καὶ πλείους ἐν αὐτῷ συνετέθεντο, πλίνθοι δὲ χρυσαῖ τινες ὀλίγαι 13 μὲν ἦσαν, ἀργυραῖ δὲ καὶ πλείους ὑπέμενον. ἐκ δὲ πάντων τῶν προειρημένων τὸ χαραχθὲν εἰς τὸ βασιλικὸν ἠθροίσθη νόμισμα, μικρῷ λεῖπον τετρακισχιλίων ταλάντων.

A. U. 545.

Anæa templum.

XXVIII. Ἕως μὲν οὖν τούτων τῶν τόπων ἤλπισεν αὐτὸν ἥξειν Ἀρσάκης· [x]τὴν δ' ἔρημον, τὴν τούτοις πρόσχωρον, οὐ τολμήσειν ἔτι δυνάμει τηλικαύτῃ διεκβαλεῖν, 2 καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀνυδρίαν. ἐπιπολῆς μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι φαινόμενον ὕδωρ ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις· [y]ὑπόνομοι δὲ πλείους εἰσὶ, [z]καὶ διὰ τῆς ἐρήμου φρεα-

Adversus Arsacem per deserta pergit Antiochus.

[t] περιστύλοις Herv. cum plerisque MStis. [u] Ἀναίας malim cum Bocharto. [x] Sic correxi. Ἀρσάκης δὲ τὴν ἔρημον Herv. cum MStis. Ἀρσάκης cum præcedentibus recte copulavit Casaub. Deinde εἰς δὲ τὴν ex conject. edidit. [y] ὑστενόμοι Herv. cum MStis nostris. Accentum mutavit Casaub. [z] Forsan καὶ πλείους εἰσὶ διὰ τῆς ἐρήμου, φρεατίας ἔχοντες.

æstimatu. Nam quum materia universa esset e cedro aut cupresso, nihilominus tamen haud quidquam illius nudum a tegumento cerneres: sed erant trabes, lacunaria, et columnæ, sive in porticibus, sive in peristyliis, laminis partim argenteis, partim aureis circumamictæ: omnes vero tegulæ fuere argenteæ. Laminarum autem istarum pleræque in adventu Alexandri et Macedonum sunt detractæ; ceteræ cum Antigonus et Seleucus Nicanor rerum potiebantur. Adhuc tamen, quo tempore eo venit *Antiochus*, fanum saltem, quod *Æneæ* [sive *Anææ*] indigetant, columnas circa habuit deauratas, et tegulæ quoque argenteæ plures ibidem erant congestæ: lateres quin etiam restabant aurei nonnulli, argentei vero multi. Ex quibus omnibus pecunia illa est conflata, quæ regia imagine cernitur signata; ad talentorum fere quater mille summam accedens.

XXVIII. Existimaverat *Arsaces*, ad hæc quidem usque loca *Antiochum* fore ventūrum; sed continentem his terram desertam nequaquam ausurum, tantis præsertim cum copiis, trajicere, et maxime propter aquarum inopiam. Nam in his, quæ dicimus, locis nulla usquam in superficie terræ

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Persarum lex de Aquæductibus.

τίας ἔχοντες ἀγνοουμένας τοῖς ἀπείροις. Περὶ δὲ τού- 3
των ἀληθὴς παραδίδοται λόγος διὰ τῶν ἐγχωρίων, ὅτι,
καθ' οὓς χρόνους Πέρσαι τῆς Ἀσίας ἐπεκράτουν, ἔδοσαν
τοῖς ἐπί τινας τόπους τῶν μὴ πρότερον ἀρδευομένων
ἐκτεταγομένοις ὕδωρ πηγαῖον, ἐπὶ πέντε γενεὰς καρ-
πεῦσαι τὴν χώραν. ὅθεν, ἔχοντος τοῦ Ταύρου πολλὰς 4
καὶ μεγάλας ὑδάτων ἀπορρύσεις, πᾶσαν ἐπεδέχοντο
δαπάνην καὶ κακοπάθειαν, ἐκ μακροῦ κατασπευάζοντες
τοὺς ὑπονόμους· ὥστε κατὰ τοὺς νῦν καιροὺς μηδὲ τοὺς
χρωμένους τοῖς ὕδασι γινώσκειν τὰς ἀρχὰς τῶν ὑπο-
νόμων, πόθεν ἔχουσι τὰς ἐπιῤῥύσεις. Πλὴν ὁρῶν Ἀρ- 5
σάκης ἐπιβαλλόμενον αὐτὸν τῇ διὰ τῆς ἐρήμου πορείᾳ,
τὸ τηνικάδε χωννύειν καὶ φθείρειν ἐνεχείρησε τὰς ῥεα-
τίας. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐξαγγελθέντος αὐτῷ, πάλιν 6
ἐξαπέστειλε τοὺς περὶ Νικομήδην μετὰ χιλίων ἱππέων,
οἳ καὶ καταλαβόντες τὸν Ἀρσάκην μετὰ τῆς δυνάμεως
ὑποχωρηκότα, τινὰς δὲ τῶν ἱππέων φθείροντας τὰ
στόματα τῶν ὑπονόμων, τούτους μὲν ἐξ ἐφόδου τρεψά-
μενοι φυγεῖν ἠνάγκασαν· αὐτοὶ δὲ πάλιν ἀνεχώρησαν
ὡς τὸν Ἀντίοχον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, διανύσας τὴν 7
ἔρημον, ἦκε πρὸς τὴν Ἑκατόμπυλον προσαγορευομένην,
ἣ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ Παρθυηνῇ· τῶν δὲ διόδων,
φερουσῶν ἐπὶ πάντας τοὺς περιξ τόπους, ἐνταῦθα συμ-
πιπτουσῶν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος ὁ τόπος εἴληφε τὴν
προσηγορίαν.

Puteos corrumpit Arsaces.

Hecatompylon venit Antiochus.

aqua adparet; etsi plures insunt subterranei canales ac putei in illa solitudine cavati, quos locorum imperiti ignorant. Et est super his fama vera ab indigenis prodita, qui aiunt, *Persas, quo tempore Asiam obtinuerunt, permisisse iis, qui aquam fontanam in aliquem locum derivassent, non prius irrigatum, ut per quinque generationes ejus agri fructus caperent.* Quum igitur e monte Tauro multi, iique magni, aquarum defluxus manent; nullam neque impensam neque aerumnam recusabant, quo ad devehendam aquam e longinquo aquæductus conficerent: adeo, ut hodierno tempore ne illi ipsi quidem, qui aquis utuntur, sciant, capita subterraneorum rivorum unde manent, aut ubi scaturiant. Ceterum *Arsaces*, ut videt regem per solitudinem iter ingredi, puteos statim omnes obrui et corrumpi jubet. Quod postquam *Antiocho* est renunciatum, Nicomedem iterum cum mille equitibus misit. Sed jam *Arsaces* cum copiis pedem retulerat, quando hi venerunt: equites solum nonnulli canalium ora corrumpentes sunt inventi; quos regii primo impetu terga vertere et conjicere se in pedes coegerunt, ipsi mox ad Antiochum sunt reversi. Rex, solitudinem emensus, ad oppidum venit, *Hecatompylon* dictum. In media *Parthia* haec urbs est sita: quum autem diverticula viarum, quae ad omnes circa ferunt regiones, ibidem coeant, ex eventu ipso *centum portarum* nomen locus invenit.

Digitized by Google

XXIX. Πλὴν αὐτοῦ διαναπαύσας τὴν δύναμιν, καὶ λογισάμενος, ὡς, εἰ μὲν οἷος ἦν Ἀρσάκης διὰ μάχης κρίνεσθαι πρὸς σφᾶς, οὔτ' ἂν ἐξεχώρει, λιπὼν τὴν αὐτοῦ χώραν, οὔτ' ἂν ἐπιτηδειοτέρους τόπους ἐζήτει πρὸς ἀγῶνα ταῖς σφετέραις δυνάμεσι τῶν περὶ τὴν Ἑκατόμπυλον· 2 ἐπειδὴ δ' ἐκχωρεῖ, δῆλός ἐστι τοῖς ὀρθῶς σκοπουμένοις ἐπ' ἄλλης γνώμης ὤν· διόπερ ἔκρινε προάγειν εἰς τὴν 3 Ὑρκανίαν. Παραγενόμενος δ' ἐπὶ [a] Ταγὰς, καὶ πυνθανόμενος τῶν ἐγχωρίων τήν τε δυσχέρειαν τῶν τόπων, οὓς ἔδει διεκβάλλειν αὐτὸν, ἕως εἰς τὰς ὑπερβολὰς διεξίκοιτο τοῦ [b] Λάβου, τὰς νευούσας ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων τῶν κατὰ τόπους ἐφεστώ- 4 των ταῖς [c] δυσχωρίαις αὐτοῦ· προέθετο διατάττειν τὸ τῶν εὐζώνων πλῆθος, καὶ τοὺς τούτων ἡγεμόνας μερίζειν, ὡς ἑκάστοις δεήσει πορεύεσθαι· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς λειτουργοὺς, οὓς ἔδει παραπορευομένους τὸν καταλαμβανόμενον ὑπὸ τῶν εὐζώνων τόπον εὔβατον παρασκευάζειν τῇ τῶν φαλαγγιτῶν καὶ τῇ τῶν ὑποζυγίων πορείᾳ. 5 Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, τὴν μὲν πρώτην ἔδωκε τάξιν Διογένει, συστήσας αὐτῷ τοξότας καὶ σφενδονήτας, καὶ τῶν [d] ὀρείων τοὺς ἀκοντίζειν καὶ λιθάζειν δυναμένους· οἵ

A. U. 545.

In Hyrcaniam pergit.

Labum montem transit.

[a] An Ῥαγὰς? [b] λαβόντα habet h. l. Herv. cum Regiis et Vesont. Λαβούτα Casaub. cum Urb. et Aug. in contextu. [c] αὐτῷ Casaub. [d] ὀρείων τοὺς cum Ursino correxit Casaub. ὀρείων τούτους Hervag. cum Med. et ora Aug. ὡρίων τούτους Aug. in textu, Urb. Reg. F. Vesont. Tub. ὀρίων τούτους Reg. G.

XXIX. Ibi ad reficiendum ex laboribus itineris militem pauci dies sumti. Institit deinde reputare secum *Antiochus*, *Arsacem*, si idoneas vires haberet ad prælio secum decernendum, numquam profecto patriam suam fuisse relicturum, et ejus finibus excessurum, neque ad dimicandum ullum alium aptiorem suo exercitui locum requisiturum, eo, qui *Hecatompylo* circumjacet. Quem ille quum deserat, palam facere recta ratione rem putantibus, in alia ipsum sententia esse. Itaque in *Hyrcaniam* progredi *Antiochus* statuit. *Tagas* [*Ragas?*] ut venit, et ab indigenis sciscitando cognovit, quantis difficultatibus viæ essent impeditæ, quas pertransire ipsum prius oportebat, quam ad *Labi* (sive *Labutæ*) montis summa illa juga perveniat, quæ in Hyrcaniam vergunt, quanta item barbarorum multitudo passim immineret viarum per eumdem montem angustiis; faciendum censuit, ut expeditorum omnem numerum in varia partiretur agmina, et divisis ipsorum ducibus, quo cuique tendendum esset, significaret. Fecit idem et in operariis, quos oportebat expeditorum manum, quocumque pergerent, comitari, et, ut quisque locus ab his esset occupatus, eum ita concinnare, ut phalanx et jumenta facile illac transirent. Id quum rex consilii cepisset, primum ducere agmen Diogenem jussit, tradiditque ei sagittarios, funditores, et e montanis hominibus eos, qui jaculandi et lapides mittendi

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Labum montem transit Antiochus.

τινες τάξιν μὲν οὐκ ἔνεμον, ἀεὶ δὲ πρὸς τὸν παρόντα καιρὸν καὶ τόπον κατ' ἄνδρα ποιούμενοι τὸν κίνδυνον, πραγματικωτάτην παρείχοντο χρείαν ἐν ταῖς δυσχωρίαις. Τούτοις δὲ συνεχεῖς Κρῆτας ἀστιδιώτας ἐτέ- 6
ταξε περὶ δισχιλίους, ὧν ἡγεῖτο Πολυξενίδας Ῥόδιος· τελευταίους δὲ θωρακίτας καὶ θυρεοφόρους, ὧν εἶχον τὴν ἡγεμονίαν Νικομήδης Κῷος, καὶ Νικόλαος Αἰτωλός.

XXX. Προαγόντων δὲ τούτων εἰς τὸ πρόσθεν, πολλῷ δυσχερεστέρας συνέβαινε φαίνεσθαι τὰς τῶν τόπων τρα- χύτητας καὶ στενότητας τῆς τοῦ βασιλέως προσδοκίας. ἦν γὰρ τὸ μὲν ὅλον μῆκος τῆς ἀναβάσεως περὶ τρια- 2
κοσίους σταδίους· ταύτης δὲ τὸ πλεῖστον μέρος ἔδει ποιεῖσθαι τῆς πορείας διὰ χαράδρας χειμάρρου καὶ βαθείας, εἰς ἣν πολλαὶ μὲν αὐτομάτως ἐκ τῶν [e] ὑπερ- κειμένων κρημνῶν πέτραι κατενηνεγμέναι καὶ δένδρα δύσβατον ἐποίουν τὴν δι' αὐτῆς πορείαν, πολλὰ δ' ὑπὸ τῶν βαρβάρων εἰς τοῦτο τὸ μέρος συνηργεῖτο. καὶ γὰρ 3
ἐκκοπὰς δένδρων ἐπεποίηντο συνεχεῖς, καὶ λίθων πλήθη [f] καὶ μεγέθη συνηθροίκεισαν· αὐτοί τε παρ' ὅλην τὴν φάραγγα τὰς εὐκαίρους ὑπεροχὰς καὶ δυναμένας σφίσιν ἀσφάλειαν παρέχεσθαι κατειληφότες, ἐτήρουν· ὥστ', εἰ μὴ διήμαρτον, ἐντελῶς ἂν ἐξαδυνατήσαντα τὸν Ἀντίοχον

[e] ὑπερκειμένων adscivi ex Urb. κειμένων Herv. cum ceteris codd. ἐκκειμένων Casaub. [f] Conjunctionem adjectam a Casaub. ignorant codd. nostri: et μεγέθη dat Aug. unde suspicari licet μεγέθη διαφερόντων.

peritiam habebant: et hi quidem non servabant ordines; sed, quoties occasio vel locus postularet, viritim rem gerentes, in angustiis viarum maximo usui erant, et plurimum præstabant. His alterum subjecit agmen Cretensium clypeatorum ad duo millia, ductore Polyxenida Rhodio. Postremos deinde loricatos et scutatos, quorum ducatum gerebant Nicomedes Cous, et Nicolaus Ætolus.

XXX. Progredientibus autem istis in itinere, longe asperior et angustior locorum natura est reperta, quam rex exspectaverat. Nam universus montium adscensus stadiorum erat circiter trecentorum: cujus spatii maxima pars conficienda erat per confragosam convallem, a torrente cavatam in magnam altitudinem. In hanc cum multa sua sponte saxa e superpendentibus rupibus essent delata, multæ item arbores; difficile et impeditum iter reddebatur: sed et barbari, ut difficultates augerent, multam operam posuerant. Nam et arboribus cæsis continuas fecerant concædes, magnam item lapidum ingentium vim congesserant: et ipsi quoque per totam convallem opportuna quævis loca, ubi tuto consistere poterant, occupata custodiebant. Quod nisi eos ratio fugisset, Antiochum eo incepto, cui omnino impar fuisset, absistere oportu-

Digitized by Google

4 ἀποστῆναι τῆς ἐπιβολῆς. ὡς γὰρ δέον, τοὺς πολεμίους πάντας κατ' ἀνάγκην ποιεῖσθαι δι' αὐτῆς τῆς φάραγγος τὴν ἀνάβασιν, οὕτω παρεσκευάσαντο, καὶ πρὸς τοῦτο 5 κατελάβοντο τοὺς τόπους. ἐκεῖνο δ' οὐκ ἔβλεψαν, ὅτι τὴν μὲν φάλαγγα καὶ τὴν ἀποσκευὴν οὐκ ἄλλως δυνατὸν ἦν, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι διέλαβον, ποιεῖσθαι τὴν πορείαν· πρὸς γὰρ τὰ παρακείμενα τῶν ὀρῶν οὐχ οἷόν τ' ἦν τούτοις προσβαλεῖν· ἀλλὰ τοῖς ψιλοῖς καὶ τοῖς εὐζώνοις οὐκ ἀδύνατος ἦν ἡ δι' αὐτῶν τῶν λευκοπέτρων 6 ἀναβολή. Ὅθεν [g]ἅμα τῷ πρὸς τὸ πρῶτον φυλάκιον προσμίξαι τοὺς περὶ τὸν Διογένην, ἔξωθεν τῆς χαράδρας ποιουμένους τὴν ἀνάβασιν, ἀλλοιοτέραν ἐλάμβανε διά- 7 θεσιν. εὐθέως γὰρ κατὰ τὴν συμπλοκὴν αὐτοῦ τοῦ πράγματος διδάσκοντος, ὑπερτιθέμενοι καὶ προσβαίνοντες πρὸς τὰ πλάγια τῶν χωρίων οἱ περὶ τὸν Διογένην, ὑπερδέξιοι τῶν πολεμίων ἐγίγνοντο, καὶ χρώμενοι πυκνοῖς τοῖς ἀκοντίσμασι καὶ τοῖς ἐκ χειρὸς λίθοις, κακῶς διετίθεσαν τοὺς Βαρβάρους, καὶ μάλιστα ταῖς σφενδό- 8 ναις ἐκακοποίουν, ἐξ ἀποστήματος βάλλοντες. Ὅτε δὲ τοὺς πρώτους ἐκβιασάμενοι κατάσχοιεν τὸν τούτων τόπον, ἐδίδοτο τοῖς λειτουργοῖς [h]καιρὸς εἰς τὸ πᾶν τὸ πρὸ ποδῶν ἀνακαθαίρειν καὶ λεαίνειν μετ' ἀσφαλείας. ἐγί- 9 γνετο δὲ τοῦτο ταχέως διὰ τὴν πολυχειρίαν. Οὐ μὴν,

A. U. 545. Labum montem transit.

[g] Articulus τῷ abest ab Herv. et omnibus nostris codd. Iidemque mox τοῖς περὶ et deinde τοιουμένους habent. [h] καιρὸς ex Casaub. et Reiskii conject. correxi. Vulgo omnes κλῆρος.

isset. Nam barbari, quasi prorsus esset necessum, ut per ipsam vallem omnes hostes transirent, ita se comparaverant, et ea fine loca illa insederant. Nimirum illud non viderant, phalangi quidem et impedimentis exercitus illac necessario, sicut ipsi cogitaverant, fore iter faciendum; nam montes adjacentes nulla ratione ab his poterant superari: at, quominus leviter armati et expediti vel per nudas rupes scanderent, id vero naturam non vetare. Itaque simulac Diogenes, extra convallem adscensum moliens, in primam stationem hostium incidit, multum diversa rerum facies adparuit. Nam primo statim congressu rebus ipsis, quid opus esset facto, monentibus, Diogenes et qui illum sequebantur, dilata paulisper pugna, transversis itineribus adscendentes supra caput hostium evaserunt: indeque jaculatione crebra, et saxis, quæ manibus jaciebant, mirum in modum barbaros infestarunt, ac fundis maxime eos lædebant, saxis eminus incessentes. Postquam igitur primos per vim regii depulerant, et locum ipsorum occupaverant; operariis tunc facultas dabatur, tuto quidquid ante pedes erat purgandi, et omnia complanandi: quod quidem opus propter ingentem operarum numerum celeritate magna confiebat. Atque ita quum funditores,

Digitized by Google

Ol. 142. 3. Labum montem transit Antiochus.

ἀλλὰ τούτῳ τῷ τρόπῳ τῶν μὲν σφενδονητῶν, καὶ τοξοτῶν, ἔτι δ' ἀκοντιστῶν, κατὰ τοὺς ὑπερδεξίους τόπους πορευομένων σποράδην, ποτὲ δὲ συναθροιζομένων καὶ καταλαμβανομένων τοὺς εὐκαίρους τόπους, τῶν δ' ἀσπιδιωτῶν ἐφεδρευόντων, καὶ παρ' αὐτὴν τὴν χαράδραν παραπορευομένων ἐν τάξει καὶ βάδην· οὐκ ἔμενον οἱ βάρβαροι, πάντες δὲ, λιπόντες τοὺς τόπους, ἠθροίσθησαν ἐπὶ τὴν ὑπερβολήν.

XXXI. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀντίοχον ἀσφαλῶς διέβησαν τὰς δυσχωρίας τῷ προειρημένῳ τρόπῳ, βραδέως δὲ καὶ δυσχερῶς· μόλις γὰρ ὀγδοαῖοι πρὸς τὰς κατὰ τὸν [i]Λάβον ὑπεροχὰς ἀφίκοντο. τῶν δὲ βαρβάρων συνηθροισμένων ἐκεῖ, καὶ πεπεισμένων, κωλύειν τῆς ὑπερβολῆς τοὺς πολεμίους, ἀγὼν συνέστη νεανικός. ἐξεώσθησαν δ' οἱ βάρβαροι διὰ τοιαύτας αἰτίας. συστραφέντες γὰρ ἐμάχοντο πρὸς τοὺς φαλαγγίτας κατὰ πρόσωπον ἐνθύμως· τῆς δὲ νυκτὸς ἔτι τῶν εὐζώνων ἐκπεριελθόντων ἐκ πολλοῦ, καὶ καταλαβομένων [k]τοὺς ὑπερδεξίους καὶ κατὰ νώτου τόπους, ἅμα τῷ συνιδεῖν οἱ βάρβαροι τὸ γεγονὸς, εὐθέως πτοηθέντες ὥρμησαν πρὸς φυγήν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν μὲν ἐπὶ πλεῖον ὁρμὴν τῶν διωκόντων παρακατέσχε μετὰ πολλῆς σπουδῆς, ἀναπαλεσάμενος ταῖς σάλπιγξι, διὰ τὸ βούλεσθαι καταβαίνειν ἅθρους

2

3

In Hyrcaniam descendit Antiochus.

4

[i] Sic Aug. Regii, Vesont. τὸν λάφυ edd. [k] καταλαμβανομένων ὑπερδεξίους καὶ κατὰ νώτου τοὺς τόπους Herv. cum MStis.

sagittarii et jaculatores modo imminentia hostibus juga vage persultarent, modo in unum coirent, et opportuna quæque loca occuparent, clypeati vero in subsidiis essent, qui secundum ipsam convallem ordinibus servatis et militari gradu procedebant; non steterunt barbari, sed, relictis illis locis, ad summum montium jugum, quod superandum erat, cuncti se undique receperunt.

XXXI. *Antiochus* eo, quem diximus, modo cum copiis tuto locorum angustias pertransiit, non sane absque difficultate, et multo tempore: vix namque octavo die ad summum *Labi* jugum evaserunt. Quo quum barbari convenissent conferti, atque ibi sibi persuasissent transitu hostem prohibere se posse; acre prælium est ortum. Pulsi sunt ad extremum barbari, idque hoc pacto evenit. Pugnabant illi cuneatim stipati in faciem cum phalangitis miro ardore: interim milites expediti, qui ante lucem longo circuitu erant profecti, loca superiora hostibus a tergo imminentia occupant; quibus conspectis territi barbari, in fugam protinus sunt effusi. Rex, qui conferto agmine et composito descendere in *Hyrcaniam* volebat, receptui canere jussis tubicinibus, impetum suo-

Digitized by Google

5 καὶ [l]συντεταγμένους εἰς τὴν Ὑρκανίαν. συστησάμενος A. U. 845.
δὲ τὴν πορείαν, ὡς ἐβούλετο, καὶ παραγενόμενος ἐπὶ
[m]Τάμβρακα, πόλιν ἀτείχιστον, ἔχουσαν δὲ βασίλεια Tambrax opp.
6 καὶ μέγεθος, αὐτοῦ κατεσκήνωσε. Τῶν δὲ πλείστων
πεποιημένων τὴν ἀποχώρησιν ἔκ τε τῆς μάχης καὶ τῆς
περικειμένης χώρας εἰς τὴν προσαγορευομένην [n]Σύριγγα Syrinx caput Hyr-
πόλιν, ἣν συνέβαινε κεῖσθαι οὐ μακρὰν τῆς Τάμ- canie.
βρακος, εἶναι δὲ τῆς Ὑρκανίας ὡσανεὶ βασίλειον, διά
τε τὴν ὀχυρότητα καὶ τὴν ἄλλην [o]εὐημερίαν· ἔκρινε
7 ταύτην ἐξελεῖν μετὰ βίας. Ἀναλαβὼν οὖν τὴν δύναμιν
προῆγε, καὶ περιστρατοπεδεύσας ἤρχετο τῆς πολιορκίας.
8 ἦν δὲ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἐπιβολῆς ἐν ταῖς χωστρίσι
χελώναις. τάφροι γὰρ ἦσαν τρισσαὶ, πλάτος μὲν οὐκ
ἔλαττον ἔχουσαι τριάκοντα πηχῶν, βάθος δὲ πεντεκαί-
δεκα· ἐπὶ δὲ τοῖς χείλεσιν ἑκάστης χαρακώματα διπλᾶ
9 ἐπέκειτο, καὶ τελευταῖον προτείχισμα δυνατόν. συμ-
πλοκαὶ μὲν οὖν ἐγίγνοντο συνεχεῖς ἐπὶ τῶν ἔργων, ἐν
αἷς οὐκ ἦνυον ἑκάτεροι φέροντες τοὺς νεκροὺς καὶ τραυ-
ματίας, διὰ τὸ μὴ μόνον ὑπὲρ γῆς, ἀλλὰ καὶ [p]κατὰ
γῆς διὰ τῶν ὀρυγμάτων ἐκ χειρὸς γίγνεσθαι τοὺς
10 κινδύνους. Οὐ μὴν, ἀλλὰ τῷ πλήθει καὶ τῇ τοῦ Syringem capit
βασιλέως ἐνεργείᾳ ταχέως συνέβη, καὶ τὰς τάφρους Antiochus.

[l] *συντεταγμένους* Ursin. Aug. Regii, Vesont. [m] *Ταλαβρίκην* Strabo. [n] *Σύριγκα* Urb. [o] *εὐκαιρίαν* Cassaub. cum Ursino, invitis omnibus nostris codd. [p] *κάτω γῆς* Cassaub. invitis MStis.

rum, fugientes longius persequentium, magna cura compescuit. Deinde agmine ita, uti volebat, composito, postquam *Tambracem* est ventum, quæ urbs muros quidem nullos habet, ampla tamen est, et regium habet palatium, eo loci paulisper est commoratus. Quoniam vero plerique omnes, sive qui e pugna evaserant, sive qui ex omni circa regione aufugerant, in oppidum se receperant, quod *Syringem* vocant: (nam et firmitate et rerum omnium commoditate præstat is locus, a Tambrace non longe distans, estque id Hyrcaniæ quasi caput:) vi illud expugnare statuit. Receptis igitur copiis progreditur, et, positis circa urbem castris, obsidionem instituit. Ceterum totius incepti pars maxima in testudinibus aggestitiis erat posita. Quum enim tres essent fossæ, latæ cubitos non minus triginta, altæ quindecim; cujusque illarum labris vallum duplex fuerat impositum, et postremo murus bene firmus. Itaque inter ipsa opera dimicationes continuæ edebantur: neque sufficiebant, qui utraque ex parte occisos aut vulneratos auferebant, loco purgando; quod non solum supra terram, verum etiam sub terra intra cuniculos comminus certabatur. Et sic tamen cito perfecit rex, qua multitudine operarum, qua instantia sua et gravitate, ut et

Digitized by Google

Ol. 142. 3. χωσθῆναι, καὶ τὸ τεῖχος πεσεῖν διὰ τῶν ὀρυγμάτων. οὗ συμβάντος, διατραπέντες οἱ βάρβαροι τοῖς ὅλοις, 11 καὶ τοὺς μὲν Ἕλληνας κατασφάξαντες τοὺς ἐν τῇ πόλει, τὰ δ' ἐπιφανέστατα τῶν σκευῶν διαρπάσαντες, νυκτὸς ἀπεχώρησαν. [q]ὁ δὲ βασιλεὺς συνθεασάμενος[r] * 12 ἀπέστειλε μετὰ τῶν μισθοφόρων· [s]ᾧ συμμίξαντες οἱ βάρβαροι, ῥίψαντες τὰς ἀποσκευὰς, αὖθις εἰς τὴν πόλιν ἔφυγον. τῶν δὲ πελταστῶν ἐνεργῶς βιαζομένων διὰ 13 πτώματος, ἀπελπίσαντες σφᾶς αὐτοὺς παρέδοσαν.

* * *

Ἀχριάνη, πόλις Ὑρκανίας. Πολύβιος δεκάτῃ. 14

* * *

Καλλιόπη, πόλις Παρθυαίων. Πολύβιος δεκάτῃ. 15

V.

BELLUM HANNIBALICUM.

Occiditur Marcellus Consul.

* * *

Ol. 142. 4. A. U. 546. Consules in insidias incidunt.

[t]XXXII. ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙ δὲ οἱ ὕπατοι κατοπτεῦσαι σαφῶς τὰ πρὸς τὴν τῶν ὑπεναντίων στρατοπεδείαν κεκλι-

[q] Sic Herv. consentientibus libris. ὁ δὴ Casaub. [r] Ubi *asteriscum* posui, ibi et corrupti sunt et defecti, ut videtur, libri omnes. συνθεασάμενος ὑπερβάσαν, ἀπέστειλε dant Aug. et Urb. συνθεασάμενος ὑπερβάσιν, ἀπέστ. Regii et Vesont. συνθεασάμενος ὑπέρβασιν, ἀπέστ. Herv. cum Med. et Tubing. Inde Casaubonus effecit ὁ δὴ βασιλεὺς συνθεασάμενος. Ὑπέρβασιν ἀπέστ. HYPERBASIM *cum mercenario milite mittit.* [s] οὗ συμμίξαντες Aug. Regii, Vesont. Malim utique οὗ συμμίξαντος. [t] In Cod. Reg. E. Fragmento huic præfixus est *Titulus:* Περὶ τοῦ οὐ δεῖν στρατηγὸν στρατιώτου τάξιν ἔχειν.

fossæ replerentur, et muri per cuniculos subruerentur. Quod ut factum, barbari de summa re in desperationem adducti, Græcos, qui in urbe erant, obtruncant, supellectilis quod erat pretiosissimum rapiunt, et fuga sibi noctu consulunt. Rex, animadvertens * * mittit cum mercenario milite: in quem barbari quum incidissent, projectis impedimentis, in oppidum denuo refugerunt. Cetratis deinde per ruinas muri magna vi irrumpentibus, omni plane jam spe depulsi in deditionem venerunt.

* * *

Achriane, oppidum Hyrcaniæ. Polybius X. (*Steph. Byz.*)

* * *

Calliope, urbs Parthorum. Polybius X. (*Idem.*)

V.

Excerpt. Antiq. ex Lib. X. *cap.* 29 *seq.*

* * *

XXXII. QUUM vellent Consules, [*M. Claudius Marcellus et T. Quintius Crispinus,*] qualis esset tumulus, qua parte in hostium vergebat castra, li-

Digitized by Google

μένα μέρη τοῦ λόφου, τοῖς μὲν ἐν τῷ χάρακι μένειν A. U. 546.
2 κατὰ χώραν ἐπήγγειλαν· αὐτοὶ δὲ, τῶν ἱππέων ἀναλα-
βόντες ἴλας δύο, καὶ γροσφομάχους μετὰ τῶν ῥαβδο-
φόρων εἰς τριάκοντα, προῆγον, κατασκεψόμενοι τοὺς
3 τόπους. τῶν δὲ Νομάδων εἰθισμένοι τινὲς τοῖς ἀκροβο-
λιζομένοις καὶ καθόλου προπορευομένοις ἐκ τοῦ τῶν
ὑπεναντίων χάραπος ἐνέδρας ποιεῖν, ὑπεστάλκεισαν κατά
4 τινα συντυχίαν ὑπὸ τὸν λόφον. οἷς τοῦ σκοποῦ σημή-
ναντος, ὅτι παραγίγονταί τινες κατ' ἄκρον τὸν βουνὸν
ὑπερδέξιοι ἐκείνων, ἐξαναστάντες, καὶ παρὰ τὰ πλάγια
ποιησάμενοι τὴν πορείαν, ἀποτέμνονται τοὺς στρατηγοὺς,
5 καὶ διαπλείουσιν ἀπὸ τῆς ἰδίας παρεμβολῆς. Καὶ τὸν Cadit
μὲν Κλαύδιον εὐθέως ἐν τῇ πρώτῃ συμπλοκῇ, καί τινας Marcellus,
ἑτέρους ἅμα τούτῳ, [u]κατέβαλον· τοὺς δὲ λοιποὺς κα-
τατραυματίσαντες, διὰ τῶν κρημνῶν ἠνάγκασαν ἄλλον
ἄλλῃ φεύγειν, [x]καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Κλαυδίου, τραυματίαν,
6 μόλις καὶ παραδόξως τὸν κίνδυνον διαπεφευγότα. Οἱ
δ' ἐν τῷ στρατοπέδῳ, θεωροῦντες τὸ γιγνόμενον, οὐδαμῶς
ἠδυνήθησαν ἐπικουρῆσαι τοῖς κινδυνεύουσιν. ἔτι γὰρ ἀνα-
βοώντων, καὶ πρὸς τὸ συμβαῖνον ἐκπεπληγμένων, καὶ τῶν
μὲν χαλινούντων τοὺς ἵππους, τῶν δὲ καθοπλιζομένων,
7 πέρας εἶχε τὸ πρᾶγμα. Μάρκος μὲν οὖν, ἀκακώτερον sua impru-
ἢ στρατηγικώτερον [y]αὐτῷ χρησάμενος, τοῖς δεδηλωμέ- dentia.

[u] *κατέβαλον* Herv. Reg. F. G. Vesont. [x] Verba *καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Κλαυδίου* usque *διαπεφευγότα*, quum in MStis et apud Hervag. in fine vers. 6. post *τὸ πρᾶγμα* legerentur, in hunc locum cum Ursino transtulit Casaub. [y] *αὐτῷ χρησ. αὐτῷ* Casaub. invitis MStis.

quido explorare; ceteris intra vallum suo quemque loco manere jussis, ipsi cum turmis duabus equitum, et velitibus lictoribusque circiter xxx. ad loca inspicienda ire pergunt. Forte Numidæ quidam, soliti iis struere insidias, qui aut velitationibus hostem lacesserent, aut omnino qui extra vallum hostium progrederentur, colli sese adplicuerant. His quum dato signo speculator significasset, pervenisse nonnullos ex hostibus in summum collem super ipsorum capita; statione relicta, transverso itinere adscendunt, Consulesque intercludunt, et a castris suis separant. Tum in primo statim congressu *Marcellum* cum aliquot aliis prostraverunt: ceteros, vulneribus illatis, fugere per præcipitia et abrupta alium alio coegerunt; in his *Marcelli filium* sauciatum, qui ægre et præter spem e periculo evaserat. Atque hæc quum cernerent qui in castris remanserant, opem tamen ferre nequaquam potuerunt: dum enim clamores tollunt, et casu tam inopinato perculsi stupent, dum equos alii frenant, alii arma sumunt, confecta res erat. Et *Marcellus* quidem, quum simplicius se atque incautius, quam prudentius et impera-

Digitized by Google

Ol. 142. 4. νοις περιέπτεσε συμπτώμασιν. Ἐγὼ δὲ παρ' ὅλην τὴν 8
πραγματείαν πολλάκις ἀναγκάζομαι περὶ τῶν τοιούτων
ὑπομιμνήσκειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, θεωρῶν, εἰ καὶ [a]περί
τι τῶν τῆς στρατηγίας [a]μερῶν ἄλλο, καὶ περὶ τοῦτο
διαμαρτάνοντας τοὺς ἡγεμόνας· καί τοι προδήλου τῆς
ἀγνοίας ὑπαρχούσης. Τί γὰρ ὄφελος ἡγεμόνος ἢ στρα- 9
τηγοῦ, μὴ δυσληφότος, διότι τῶν κατὰ μέρος κινδύνων,
οἷς μὴ συμπάσχει τὰ ὅλα, πλεῖστον ἀπέχειν δεῖ τὸν
ἡγούμενον; τί δ' ἀγνοοῦντος, ὅτι, κἂν ποτε ἀναγκά- 10
ζωσιν οἱ καιροὶ πράττειν τι τῶν κατὰ μέρος, πολλοὺς
δεῖ πρότερον ἀποθανεῖν τῶν συνόντων, πρὶν ἢ τὸ δεινὸν
In Care faciendum periculum. ἐγγίσαι τοῖς προεστῶσι τῶν ὅλων; Δεῖ γὰρ ἐν Καρὶ 11
τὴν πεῖραν, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, οὐκ ἐν τῷ στρατηγῷ,
γίγνεσθαι. τὸ μὲν γὰρ λέγειν, ὡς οὐκ ἂν ᾠόμην· τίς 12
γὰρ ἂν ἤλπισε τοῦτο γενέσθαι; μέγιστον εἶναί μοι
δοκεῖ σημεῖον ἀπειρίας στρατηγικῆς καὶ βραδύτητος.

Hannibalis prudentia. XXXIII. Διὸ καὶ τὸν Ἀννίβαν κατὰ πολλοὺς τρό- 1
πους ἀγαθὸν ἡγεμόνα κρίνω· κατὰ [b]τοῦτο δὲ μάλιστά 2
τις ἂν ἐπισημήναιτο, διότι πολλοὺς μὲν χρόνους ἐν τῇ
πολεμίᾳ διατρίψας, πολλοῖς δὲ καιροῖς καὶ ποικίλοις
χρησάμενος, ἔσφηλε μὲν τοὺς ὑπεναντίους πολλάκις ἐν
ταῖς κατὰ μέρος χρείαις διὰ τὴν ἰδίαν ἀγχίνοιαν,
ἐσφάλη δ' οὐδέποτε, τοσούτους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας

[a] Verba τι τῶν ex conject. inseruit Casaub. [a] μερῶν ἄλλο correxi cum Reisk. Perperam vulgo omnes μερῶν, ἀλλὰ καὶ. [b] Particulam δὲ ignorat Herv. cum omnibus codd. Unde κρίνων videtur legendum pro præced. κρίνω.

tori convenientius, gessisset, in prædictam incidit calamitatem. Ego vero per universum opus meum de hujusmodi rebus lectores admonere sæpius cogor, qui videam, exercituum duces, si ulla in parte alia muneris imperatorii, in hac vel maxime labi. Atqui error hic quantus sit, nemo non intelligit. Nam quid boni speres ab eo duce vel imperatore, qui non cogitat, ab iis periculis, in quibus fortuna totius rei non vertitur, abesse quam longissime exercitus ductorem debere? aut qui ignoret, quoties rerum necessitas imperatorem adigit, ut aliquam prælii partem ipse adeat, oportere, ut multi circumstantium prius cadant, quam ad eos periculum veniat, qui summæ rerum præsunt. Si quid enim cum periculo experiri velis, *in Care* potissimum, ut verbum est vetus, non in imperatore, *periculum est faciendum*. Dicere enim, *non putaram*; aut, *quis hoc futurum existimasset?* id vero inprimis artis imperatoriæ inscitiam et tarditatem ingenii mihi videtur arguere.

XXXIII. Itaque *Hannibal*, quum multis de caussis eximius imperator sit habendus, tum vero hoc potissimum nomine admirabilis videri debet; quod, quum in hostico tot annos egerit, fortunæque tot tamque varios casus sit expertus, sæpe ille quidem adversariorum duces minoribus prœliis in fraudem, quæ fuit ejus solertia, illexit;

Digitized by Google

3 χειρίσας. τοιαύτην ἐποιεῖτο τὴν πρόνοιαν, ὡς ἔοικε, περὶ A. U. 546. Hannibalis
4 τῆς ἀσφαλείας αὐτοῦ, καὶ μάλα εἰκότως. ἀπειραίου prudentia.
μὲν γὰρ καὶ σωζομένου τοῦ προεστῶτος, κἂν ποτε [c]πέσῃ τὰ ὅλα, πολλὰς ἀφορμὰς ἡ τύχη δίδωσι πρὸς τὸ πάλιν ἀνακτήσασθαι τὰς ἐκ τῶν περιπετειῶν ἐλαττώσεις·
5 πταίσαντος δὲ, καθάπερ ἐν νηΐ, τοῦ κυβερνήτου, κἂν τῷ νικᾶν ἡ τύχη τοῖς πολλοῖς παραδιδῷ κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν, οὐδὲν ὄφελος γίγνεται, διὰ τὸ πάσας ἐξηρτῆ-
6 σθαι τὰς ἐλπίδας ἑκάστοις ἐκ τῶν ἡγουμένων. Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι πρὸς τοὺς ἢ διὰ κενοδοξίαν ἢ μειρακιώδη [d]στάσιν περιπίπτοντας τοῖς τοιούτοις ἀλο-
7 γήμασιν, ἢ δι' ἀπειρίαν, ἢ διὰ καταφρόνησιν· ἓν γὰρ δή τι τῶν προειρημένων αἴτιον [e]γίγνεται τῶν τοιούτων περιπετειῶν.

VI.

SCIPIO IN HISPANIA

vincit Asdrubalem, Hamilcaris filium.

* * *

[e]XXXIV. ΚΑΤΑ δὲ τὴν Ἰβηρίαν Πόπλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, ποιούμενος τὴν παραχειμασίαν ἐν

[c] *πταίσῃ* videtur cum Reisk. reponendum. [d] Vicissim *vers. 5. πταίσαντος* malim pro *πταίσαντος*. [d] *παράστασιν* suspicatus est Reisk. [e] *γίγνεσθαι* Herv. Aug. Regii tres, Vesont. Tubing. Nescio, an et Urb. et Med. Hinc cum Reg. E. paulo superius *δῶ τι* pro *δή τι* fuerit legendum. Malim tamen *δοί τι γίγνεται*. [f] *Titulus* in cod. Reg. E. *Περὶ Πουπλίου Σκιπίωνος καὶ τῶν πραχθέντων ἐν Ἰβηρίᾳ.*

ipse tamen deceptus est numquam, qui tot numero tantasque pugnas pugnavit. Adeo videlicet magna providentia securitati suæ solitus fuit prospicere. Et merito ille quidem. Nam etsi universus fuerit casus exercitus, incolumis modo sit salvusque imperator, multas interdum fortuna occasiones largitur, damna casibus ejusmodi accepta resarciendi ac vires reparandi: ubi vero fuerit de medio sublatus, velut in navi gubernator, quamvis fortunæ beneficio victoriam exercitus devictis hostibus reportarit, nihil tamen ea res juvat; eo, quod singuli spes suas omnes in ducibus habent repositas. Atque hæc eorum gratia dicta mihi sunto, qui hoc genere peccati errant, vel propter inanem gloriam, vel propter animi levitatem juvenilem, vel propter imperitiam rerum, aut hostis contemtum. Plane enim eorum, quæ diximus, unum aliquod profecto solet causa esse ejusmodi adversorum.

VI.

Excerpt. Antiq. ex Lib. X. Cap. 31—37.

* * *

XXXIV. IN Hispania *Publius Scipio*, imperator Romanorum, *Tarracone*, sicut antea ostendimus, hibernans, ante omnia Hispaniæ populos remissione

Digitized by Google

Ol. 142. 4. Ταρακῶνι, καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων δεδηλώκαμεν, πρῶτον μὲν τοὺς Ἰβηρας εἰς τὴν αὐτῶν φιλίαν καὶ πίστιν ἐνεδήσατο διὰ τῆς τῶν ὁμήρων [f]ἑκάστοις ἀποδόσεως· λαβὼν συναγωνιστὴν ἐκ ταὐτομάτου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος Ἐδεκῶνα, τὸν [g]* δυνάστην, ὅς, [h]ἅμ' αὐτῷ προσπεσεῖν τὴν τῆς Καρχηδόνος ἄλωσιν, καὶ γενέσθαι κύριον τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τῶν υἱῶν τὸν Πόπλιον, εὐθέως συλλογισάμενος τὴν ἐσομένην τῶν Ἰβήρων μεταβολὴν, ἀρχηγὸς [i]εἶναι ἐβουλήθη τῆς τοιαύτης ὁρμῆς· μάλιστα πεπεισμένος οὕτως τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα κομιεῖσθαι, καὶ δόξαι οὐ κατ' ἀνάγκην, ἀλλὰ κατὰ πρόθεσιν αἱρεῖσθαι τὰ Ῥωμαίων· ἃ καὶ συνέβη γενέσθαι. Τῶν γὰρ δυνάμεων ἄρτι διαφειμένων εἰς τὴν παραχειμασίαν, παρῆν εἰς τὴν Ταρακῶνα μετὰ τῶν οἰκείων [k]καὶ φίλων. ἐλθὼν δ' εἰς λόγους τῷ Ποπλίῳ, ταύτην ἔφη τοῖς θεοῖς μεγίστην χάριν ἔχειν, ὅτι πρῶτος τῶν κατὰ τὴν χώραν δυναστῶν ἥκει πρὸς αὐτόν. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἀκμὴν διαπέμπεσθαι καὶ [l]βλέπειν πρὸς Καρχηδονίους· τὰς δὲ χεῖρας ἐκτείνων Ῥωμαίοις αὐτὸς παραγεγονέναι, διδοὺς οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν.

Edeco Romanis se tradit.

[f] Vulgo omnes ἐν ἑκάστοις. Delevi præpos. cum Reisk. [g] Ubi *asteriscum* posui, habent omnes vocab. δυνατὸν, quod, nisi plane delendum, ex nomine gentili (forsan Ἐδηταιῶν) corruptum videtur. [h] ἅμ' αὐτῷ ex conject. Vulgo omnes ἅμα τῷ. [i] εἶναι post ἀρχηγὸς Casaubono debetur. Ignorant libri omnes. Et mox τῆς τοιαύτης idem Cas. cum Ursino correxit, cum esset τῆς αὐτῆς. [k] καὶ φίλων. Abest vulgo conjunctio, quam ex Med. recepi. [l] Vulgo omnes βλέπειν πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, τὰς δὲ χεῖρας ἐκτείνων Ῥωμαίοις. αὐτὸς δὲ παραγεγον. Quæ omnino mendosa atque corrigenda putavi.

obsidum ad amicitiam et fidem suam illiciebat. Quam ad rem forte fortuna adjutor ei est oblatus *Edeco*, notæ inter suos potentiæ regulus. Hic statim ut captam esse Carthaginem accepit, et uxorem liberosque suos in Scipionis potestatem devenisse, futurum omnino conjectans, ut Hispanorum defectio ad Romanos sequeretur, ejus inclinationis animorum auctor esse viderique voluit: nihil dubitans, hoc maxime pacto et uxorem liberosque suos sibi fore Scipionem redditurum, et se quoque existimatum iri non necessitate, verum sponte et certo proposito ad Romanos defecisse. Neque aliter sane contigit. Nam postquam exercitus in hiberna fuit dimissus, Tarraconem cum amicis et necessariis suis advenit. Ibi cum *Scipione* inito colloquio, *eo se nomine maximas diis agere gratias*, dixit, *quod ex Hispaniæ regulis omnium primus ad eum accessisset. Ceteros enim adhuc ad Carthaginienses legatos missitare, et spes eorum respicere. Se vero, manum porrigentem Romanis, venisse ad eum, ut non se tantum, sed etiam amicos se co-*

Digitized by Google

ne eorum quidem, quæ baculo sunt inscripta, satis definitum quidquam est: nam *quot venerint equites*, aut *quot pedites, in quamve regionis partem*, vel *quot naves, quis annonæ modus*, declarari nequit. Quæ enim cognosci, antequam fiant, non queunt, de iis in antecessum nulla potest iniri conventio. Atqui in hoc rei totius vertitur cardo. Qui enim de ferenda ope aliquis deliberabit, qui non prius norit, quot numero hostes adsint, et ubi? Quomodo recipiat aliquis animos, vel contra, aut omnino commodi aliquid cogitet, qui numerum navium, aut frumenti a sociis missi non cognoverit? Postrema ratio, cujus auctores sunt *Cleoxenus et Democlitus*, sed quam nos correximus, certa definitaque est, adeo, ut quidquid exortum fuerit negotii, id possis certo facere notum: verum ea qui utentur, majorem curam et studium intentius adhibere eos oportet. Est autem hujusmodi. *Literarum Græcarum numerum* ordine universum accipe, et in quinque partes per quina elementa tribue. Parti ultimæ una deerit litera: verum id ad ea, quæ paras, nihil faciet momenti. Deinde eos, qui per faces sibi invicem dare signa volent, tabellas quinque sibi parare oportet, et in quaque illarum tabellarum partem elementorum describere. Tum

Digitized by Google

Ol. 142. 4. Ratio a Polybio correcta.

πλατεῖον· κἄπειτα συνθέσθαι πρὸς αὐτοὺς, διότι τοὺς 9
μὲν πρώτους αἴρει πυρσοὺς ὁ μέλλων σημαίνειν [l] ἅμα
καὶ δύο, καὶ [m] μένει μέχρι ἂν ὁ ἕτερος ἀνταίρῃ. τοῦτο 10
δ' ἔσται χάριν τοῦ διὰ ταύτης τῆς πυρσείας ἑαυτοῖς
ἀνθομολογήσασθαι, διότι προσέχουσι. καθαιρεθέντων δὲ 11
τούτων, [n] λοιπὸν πρὸς τὸ σημαίνειν αἴρει μὲν τοὺς
πρώτους ἐκ τῶν εὐωνύμων, διασαφῶν [o] τῶν πλατείων
ποῖον δεήσει σκοπεῖν. οἷον, ἐὰν μὲν τὸ πρῶτον, [p] ἕνα· ἐὰν δὲ 12
τὸ δεύτερον, δύο· καὶ κατὰ λόγον οὕτω. τοὺς δὲ δευ-
τέρους ἐκ τῶν δεξιῶν, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ποῖον
δεήσει γράμμα τῶν ἐκ τοῦ πλατείου γράφειν [q] αὐτὸν
τὸν ἀποδεχόμενον τὴν πυρσείαν.

XLVI. Ὅταν δὲ ταῦτα συνθέμενοι χωρισθῶσιν ἑκά-
τεροι ἐπὶ τοῦ τόπου, δεήσει πρῶτον μὲν διόπτραν ἔχειν,
δύο αὐλίσκους ἔχουσαν, ὥστε τοῦ μέλλοντος ἀντιπυρ-
σεύειν τῷ μὲν τὸν δεξιὸν τόπον, τῷ δὲ τὸν εὐώνυμον
δύνασθαι θεωρεῖν. περὶ δὲ τὴν διόπτραν ἐξῆς ὀρθὰ δεῖ 2
τὰ πλατεῖα πεπηγέναι. παραπεφάχθαι δὲ καὶ τὸν 3
δεξιὸν καὶ τὸν εὐώνυμον τόπον ἐπὶ δέκα πόδας, τὸ δὲ
βάθος ὡς ἀνδρόμηκες· ἐς τὸ τοὺς πυρσοὺς, αἰρομένους

[l] Ἕνα ἢ δύο habet MS. Gronovii intra lineas. [m] *μένει* correxi cum Reiskio. Vulgo *μένειν*. [n] *λοιπὸν πρὸς τὸ σημαίνειν.* Sic commode correxit Casaub. Verba *πρὸς τὸ* ignorat Herv. cum omnibus codd. In MSto Gronovii est *λοιπὸν ὁ σημαίνειν.* unde suspicari possis *ὁ σημαίνων*, quod voluerat Ursinus. [o] *τῶν πλατείων ποῖον* cum Urs. et MSto Gronovii scripsi. *τὸ πλατεῖον ποῖον* Herv. cum ceteris MStis: hinc *τὸ πλατεῖον ποῖον* edidit Casaub. [p] Sic correxi monente Reiskio. Vulgo *ἓν*. [q] Articulum *τὸν*, qui abest vulgo, adjeci ex conjectura. *αὖ τὸν ἀποδεχ.* voluerat Reisk.

vero convenire inter illos debet, eum, qui daturus erit signum, primas duas faces simul sublaturum, et exspecta-turum, donec alter ex adverso suas tollat. Id autem eapropter facient, ut ex ejusmodi facum elevatione li-quido constet inter ipsos, animum advertere utrumque. Tum autem, prioribus demissis facibus, de cetero jam ad significandum a parte læva primo faces attollet, notum faciens, *quænam tabella sit adspicienda.* Nam si in primam oculi fuerint conjiciendi, unam elevabit: duas, si in secundam; et ita de ceteris. Secundas deinde faces a dextra tollet in altum, pari ratione docens, *quota litera e tabella* designata sit ei scribenda, qui datum signum excipit.

XLVI. Quando, hisce ita communi consensu firmatis, ad obeundum hoc ministerium in suas speculas ambo concesserint; *dioptram* habere illos oportet, duabus sistulis instructam, quarum altera dextram partem, altera sinistram ejus, qui per faces est re-sponsurus, valeat dignoscere. Juxta dioptram dictæ tabellæ debent adfigi rectæ. Præterea vero dextrum sini-strumque locum lorica præcingere oportet, decem pedes lata, alta ad hu-manæ staturæ modum, ea fine, ut

Digitized by Google

μὲν [q]παρὰ ταῦτα, [r]τὴν φάσιν ἀκριβῆ ποιεῖν, καθαιρου- A. U. 546.
4μένους δὲ τὴν κρύψιν. Τούτων δ' ἑτοιμασθέντων παρ' Ratio a Polybio correcta.
ἀμφοτέροις, ὅταν βούλῃ δηλῶσαι, λόγου χάριν, διότι
τῶν στρατιωτῶν τινες εἰς ἑκατὸν ἀποκεχωρήκασι πρὸς
τοὺς ὑπεναντίους· πρῶτον δεῖ διαλέξαι τῶν λέξεων, ὅσαι
δι' ἐλαχίστων γραμμάτων δύνανται ταὐτὸ δηλοῦν. οἷον,
5ἀντὶ τοῦ προειρημένου· Κρῆτες ἑκατὸν ἀφ' ἡμῶν ἠυτο-
μόλησαν. νῦν γὰρ τὰ μὲν γράμματά ἐστιν ἐλάττω
6τῶν ἡμίσεων, διασαφεῖται δὲ ταὐτόν. τούτου δὲ γρα-
φέντος εἰς πινάκιον, οὕτω δηλωθήσεται τοῖς πυρσοῖς.
7Πρῶτον δ' ἐστὶ γράμμα τὸ κάππα· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν
τῇ δευτέρᾳ μερίδι καὶ τῷ δευτέρῳ πλατείῳ. δεήσει δὲ
καὶ πυρσοὺς ἐκ τῶν εὐωνύμων δύο αἴρειν, ὥστε τὸν ἀπο-
δεχόμενον γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸ δεύτερον πλατεῖον ἐπι-
8σκοπεῖν. εἶτ' ἐκ τῶν δεξιῶν αἴρειν πέντε, διασαφῶν ὅτι
κάππα· τοῦτο γὰρ πέμπτον ἐστὶ τῆς δευτέρας μερίδος,
ὃ δεήσει γράφειν εἰς τὸ πινάκιον τὸν ἀποδεχόμενον τοὺς
9πυρσούς. εἶτα [s]τέσσαρας ἐκ τῶν εὐωνύμων· τὸ ῥῶ γὰρ
τῆς τετάρτης ἐστὶ μερίδος. εἶτα δύο πάλιν ἐκ τῶν
δεξιῶν· δεύτερον γάρ ἐστι τῆς τετάρτης. ἐξ οὗ τὸ ῥῶ
γράφει ὁ δεχόμενος τοὺς πυρσούς. καὶ τὰ λοιπὰ τὸν

[q] περὶ ταῦτα Herv. cum MStis, quod in παρὰ ταῦτα mutavit Casaub. [r] Sic libri nostri omnes. τὴν φαῦσιν Casaub. cum Ursino. [s] Verba τέσσαρας ἐκ τῶν εὐωνύμων, cum abessent a libris, ex Ursini conjectura adjecit Casaub.

faces supra hanc loricam elatæ clare lucentes signum indubitatum exhibeant, demissæ penitus occulantur. Posteaquam ab utroque hæc cuncta rite fuerint curata, ubi indicare aliquid volueris; puta, *auxiliarium nonnulli, circiter centum, ad hostes transitionem fecerunt;* voces primo ejusmodi sunt eligendæ, quæ literis quam paucissimis hoc ipsum queant significare. Veluti, pro eo, quod modo dicebamus, *Kretes centum a nobis defecere:* nunc enim literarum dimidio minor est numerus, et res tamen eadem significatur. Hoc igitur descriptum prius in pittacio, per incensas faces ita deinde indicabitur. Litera prima est *K*. Hæc in secunda parte et tabella secunda locum habet: duæ itaque faces a læva parte erunt tollendæ in altum, ut cognoscat qui signum excipit, secundam tabellam sibi esse inspiciendam. Secundum hæc a dextris quinque faces attollendæ, ad designandam literam *K:* ea enim quinta est in secunda tabella. Literam igitur *K* in pittacio sibi adnotabit is, qui faces observat. Quatuor deinde faces a sinistra parte attollentur, quia *R* litera in quarta invenitur tabella: dein rursus a dextris duæ faces tollet, quia *R* in quarta secundum locum obtinet. Igitur qui signa excipit, *R* in pittacio scribet. Eadem-

Digitized by Google

Ol. 142. 4. αὐτὸν τρόπον. Προδηλοῦται μὲν οὖν πᾶν τὸ προσπίπτον 10
ὡρισμένως κατὰ ταύτην τὴν ἐπίνοιαν.

XLVII. Πολλοὶ δὲ γίγνονθ' οἱ πυρσοί, διὰ τὸ δεῖν
ὑπὲρ ἑκάστου γράμματος διττὰς ποιεῖσθαι τὰς πυρ-
σείας. οὐ μὴν, ἀλλ' ἐάν τις εὐτρεπῆ ποιήσῃ τὰ πρὸς τὸ 2
Usus magister optimus. πρᾶγμα, [t]δύναται γίγνεσθαι τὸ δέον. [u]Καθ' ἑκατέραν 3
δὲ τὴν ἐπίνοιαν προμελετᾶν δεῖ τοὺς χειρίζοντας, ἵνα,
τῆς χρείας γιγνομένης, ἀδιαπτώτως δύνωνται διασαφεῖν
ἀλλήλοις. Πηλίκην δὲ συμβαίνει φαίνεσθαι τὴν δια- 4
φορὰν ἐπὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων, [x]πρώτων [y]λεγομένων,
καὶ πάλιν κατὰ συνήθειαν γιγνομένων, ἐκ πολλῶν
εὐχερὲς τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν. Πολλὰ γὰρ οὐ 5
μόνον τῶν δυσχερῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδυνάτων εἶναι
δοκούντων κατὰ τὰς ἀρχὰς, μετὰ ταῦτα χρόνου καὶ
συνηθείας τυχόντα, ῥᾷστα πάντων ἐπιτελεῖται. τοῦ δὲ 6
τοιούτου λόγου παραδείγματα μὲν πολλὰ καὶ ἕτερα
In legendo miram vim habet usus. πρὸς πίστιν, ἐναργέστατον δὲ τὸ γενόμενον ἐπὶ τῆς
ἀναγνώσεως. ἐπὶ γὰρ ἐκείνης, εἴ τις παραστησάμενος 7
ἄνθρωπον, ἄπειρον μὲν καὶ ἀσυνήθη γραμματικῆς,
τἄλλα δ' ἀγχίνουν, [z]ἔπειτα παιδάριον ἕξιν ἔχον παρα-
στήσας, καὶ δοὺς βιβλίον, κελεύοι λέγειν τὰ γεγραμ-
μένα· δῆλον, ὡς οὐκ ἂν δύναιτο πιστεῦσαι, διότι δεῖ 8

[t] δύναται γὰρ γίγνεσθαι Herv. cum MStis. [u] Καθ' ἑκάτερον iidem. Utrumque correxit Casaub. [x] πρώτων recepi Aug. Urs. Regii, Vesont. [y] γενομένων scripsisse Polybium puto. [z] ἔπειτα MS. Gronov.

que ratio in ceteris literis. Hoc ergo invento omnia certo et definite indicantur, quæ inciderint.

XLVII. Sunt vero plures hic faces, quia singulæ literæ bis sublatis facibus sunt designandæ. Potest tamen rite et ex usu res confici, modo aliquis operam dederit, ut omnia, quæ necessario desiderantur, probe sint parata. Qui vero negotium hoc administraturi sunt, utra ratione utantur, eos oportet diu *exercitatos* accedere; ut, cum res postulaverit, dare sibi invicem signa nullo errore interveniente queant. Quid enim et quantum sit discriminis in rebus iisdem, quando primum in medium adferuntur, et quando homines illis sunt usu adsuefacti, multis documentis intelliget qui scire cupit. Sæpe enim *ea, quæ initio non difficilia tantum esse, verum omnino fieri non posse videbantur, mox, ut accessit tempus et usus, facillima omnium evadunt.* Cujus rei cum alia multa exempla fidei faciendæ caussa possunt adferri, evidentissimum tamen est, quod in *legendo* fieri videmus. Nam ad hanc quod adtinet, si quis præsente viro alioqui sollerti, sed qui grammaticæ plane sit rudis et insolens, puerulum sistat coram ipso, ejus artis peritiam habentem, et tradito libro legere illum, quæ scripta sunt, jubeat: perspicuum est, vix illum iri addu-

Digitized by Google

πρῶτον [a]τὰς ὄψεις ἐπὶ τὰ σχήματα ἑνὸς ἑκάστου τῶν γραμμάτων ἐπιστῆσαι τὸν ἀναγινώσκοντα, δεύτερον ἐπὶ τὰς δυνάμεις, τρίτον ἐπὶ τὰς πρὸς ἄλληλα συμπλοκάς· 9 ὧν ἕκαστον ποσοῦ χρόνου τινὸς δεῖται. διόπερ ὅταν ἀνεπιστάτως θεωρῇ τὸ παιδάριον ὑπὸ τὴν ἀναπνοὴν ἑπτὰ καὶ πέντε στίχους συνεῖρον, οὐκ ἂν εὐχερῶς δύναιτο πιστεῦσαι, διότι πρότερον οὗτος οὐκ ἀνέγνωκε τὸ βι- 10 βλίον· εἰ δὲ καὶ τὴν ὑπόκρισιν, καὶ τὰς διαιρέσεις, ἔτι δὲ δασύτητας καὶ ψιλότητας δύναιτο συσσώζειν, οὐδὲ 11 τελέως. Διόπερ οὐκ ἀποστατέον οὐδενὸς τῶν χρησίμων διὰ τὰς προφαινομένας δυσχερείας· προσακτέον δὲ τὴν ἕξιν, ἧ πάντα τὰ καλὰ γίγνεται θηρατὰ τοῖς ἀνθρώ- ποις, ἄλλως τε καὶ περὶ τῶν τοιούτων, ἐν οἷς πολλάκις 12 κεῖται τὸ συνέχον τῆς σωτηρίας. Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπαγγελίαν προήχθημεν εἰπεῖν. ἔφαμεν γὰρ, πάντα τὰ θεωρήματα καθ' ἡμᾶς ἐπὶ τοσοῦτον εἰληφέναι τὰς προκοπάς, ὥστε τῶν πλείστων τρόπον τινὰ 13 μεθοδικὰς εἶναι τὰς ἐπιστήμας. διὸ καὶ τοῦτο γίγνεται τῆς δεόντως ἱστορίας συντεταγμένης ὠφελιμώτατον.

A. U. 846.

Usu pulcra omnia consequi licet.

[a] Sic Casaub. ex ingenio edidit, nullo suffragante MSto. ἐπὶ τὰς ὄψεις τὰς ἑνὸς ἑκάστου. ed. 1. Aug. Reg. Fr. G. Vesont.

ctum, ut credat, puerum, qui legit, literarum unicuique intendere animum, deinde earum potestatibus, tertio loco conjunctioni unius cum altera; quarum operationum unaquæque certum temporis modum desiderat. Idcirco, videns iste, puerulum sine ulla cogitandi mora uno spiritu septem aut quinque versus continuare, non facile persuaderi sibi patietur, puerum non ante eum librum legisse. Quod si vero pronunciationem gestu etiam adjuvare, tum et distinctionum et spirituum qua asperorum qua lenium rationes observare puer poterit; prorsus id illi viro numquam persuadebitur. Quamobrem propter difficultates, quæ prima fronte adparent, utili re nulla est abstinendum: sed danda opera, ut *assidua meditatione* in habitum res vertat; qua ratione *pulcra omnia mortalibus sunt parabilia.* Idque præsertim in hujusmodi rebus est conandum, quæ persæpe vel præcipuæ salutis sunt caussæ. Hæc igitur nos dicere hoc loco juvit, memores ejus, quod antea promiseramus. Dixeramus enim, *omnes disciplinas nostra ætate tantum cepisse incrementum, ut plerarumque illarum præcepta certa quadam via ac ratione tradantur.* Quare et hac ex parte maximam utilitatem habet Historia legitime conscripta.

Digitized by Google

Ol. 142. 4.

VIII.

RES ASIÆ.

(I.) *Cataracta Oxi amnis.*

* * *

Aspasiacæ Nomades.

XLVIII. Οἱ δ' [a]Ἀσπασιάκαι [b]Νομάδες κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὄξου καὶ Ταναΐδος, ὧν ὁ μὲν εἰς τὴν Ὑρκανίαν ἐμβάλλει θάλατταν, ὁ δὲ Τάναϊς ἐξίησιν εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην· εἰσὶ δ' ἑκάτεροι κατὰ τὸ μέγεθος πλωτοί. Καὶ δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι, πῶς οἱ Νομάδες, 2 περαιούμενοι τὸν Ὄξον, εἰς τὴν Ὑρκανίαν ἔρχονται πεζοὶ μετὰ τῶν ἵππων. Εἰσὶ δὲ δύο λόγοι περὶ τούτου 3 τοῦ πράγματος, ὁ μὲν ἐπιεικής, ὁ δ' ἕτερος παράδοξος, Oxus fluvius. οὐ μὴν ἀδύνατος. Ὁ γὰρ Ὄξος ἔχει μὲν ἐκ τοῦ 4 Καυκάσου τὰς πηγάς· ἐπὶ πολὺ δ' αὐξηθεὶς ἐν τῇ Βακτριανῇ, συρρεόντων εἰς αὐτὸν ὑδάτων, φέρεται διὰ πεδιάδος χώρας, πολλῷ καὶ θολερῷ ῥεύματι. παρα- 5 γενόμενος δ' εἰς τὴν ἔρημον ἐπὶ [c]τινας πέτρας ἀπορρῶγας, ἐξωθεῖ τὸ ῥεῦμα τῇ βίᾳ, διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν καταφορὰν τῶν ὑπερκειμένων τόπων ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε Cataracta. τῆς πέτρας ἐν τοῖς κάτω μέρεσι πλεῖον ἢ στάδιον ἀφάλλεσθαι τὴν καταφορὰν αὐτοῦ. διὰ δὴ τούτου τοῦ τόπου 6

[a] Ἀσπασίοι habent h. l. libri omnes et Herv. [b] Vocabulum Νομάδες ignorant codices Polybiani et deletum malim; ex Stephano cum Ursino adjecit Casaub. [c] τινας καὶ πέτρας Herv. cum omnibus codd. Forsan fuerat τινας λισσοπέτρας.

VIII.

(I.) *Excerptor. Antiquor. Cap. 45.*

* * *

XLVIII. *ASPASIACARUM Nomadum* gens sedes habet inter *Oxum* et *Tanaim*, quorum amnium alter in mare Hyrcanium se exonerat, Tanais in Mæotim paludem ingreditur: et sunt ambo ejus magnitudinis, ut navium sint patientes. Atque hic admiratione digna res occurrit, *qua Nomades ratione, Oxum flumen trajicientes, pedibus cum equis suis in Hyrcaniam veniant.* Ejus rei duplex adferri solet ratio: quarum altera nihil, quod mireris, continet; altera est miraculosa, non tamen ejusmodi, quæ fieri nequeat. Nam *Oxus fluvius*, e monte Caucaso fontium origines ducens, in Bactriana, multis in eum aquis influentibus, vehementer auctus, per plana camporum ingenti se turbido fertur alveo. Deinde ubi ad deserta loca venit, in abrupta quædam et confragosa delatus saxa, fluvius undas suas magna vi propter copiam et propter lapsum præcipitem ex alto, tam procul a superioribus locis ejicit, ut in inferiore solo absiliat a prædictis saxis ruens aqua longius stadio. Aiunt igitur, per hoc spatium juxta ipsam

Digitized by Google

φασὶ τοὺς [d]Ἀσπασιάκας παρ' αὐτὴν τὴν πέτραν ὑπὸ A. U. 546.
τὴν καταφορὰν τοῦ ποταμοῦ πεζεύειν μετὰ τῶν ἵππων
7 εἰς τὴν Ὑρκανίαν. Ὁ δ' ἕτερος λόγος ἐπισκεπτέραν
ἔχει τοῦ πρόσθεν τὴν ἀπόφασιν. τοῦ γὰρ ὑποκειμένου Flumen terram subit.
τόπου μεγάλους ἔχοντος πλαταμῶνας, εἰς οὓς καταρ-
ράττει, τούτους φασὶ τῇ βίᾳ τοῦ ῥεύματος ἐκκοιλαί-
νοντα καὶ διαῤῥηγνῦντα κατὰ βάθος, ὑπὸ γῆν φέρεσθαι
8 τόπον οὐ πολὺν, εἶτ' ἀναφαίνεσθαι πάλιν. τοὺς δὲ βαρ-
βάρους διὰ τὴν ἐμπειρίαν κατὰ τὸν διαλείποντα τόπον
ποιεῖσθαι τὴν ὁδὸν ἐπὶ τῶν ἵππων εἰς τὴν Ὑρκανίαν.

(II.) *Antiochus vincit Euthydemum rebellem.*

* * *

XLIX. Γενομένης δὲ τῆς προσαγγελίας, διότι συμ-
βαίνει, τὸν μὲν Εὐθύδημον μετὰ τῆς δυνάμεως εἶναι
περὶ [e]Ταπουρίαν, μυρίους δ' ἱππεῖς προκαθίζεσθαι [f]φυ- Tapyria.
λάττοντας τὰς περὶ τὸν Ἄριον ποταμὸν διαβάσεις· Arius amnis.
ἔκρινε, τὴν πολιορκίαν ἀπογνοὺς, ἔχεσθαι τῶν προκει-
2 μένων. ἀπέχοντος δὲ τοῦ ποταμοῦ τριῶν ἡμερῶν ὁδόν·
ἐπὶ μὲν ἡμέρας δύο σύμμετρον ἐποιήσατο τὴν πορείαν,
τῇ δὲ τρίτῃ μετὰ τὸ δειπνῆσαι [g]τοῖς μὲν ἄλλοις ἅμα
3 τῷ φωτὶ ποιεῖσθαι παρήγγειλε τὴν ἀναζυγήν· αὐτὸς δ'

[d] Ἀσπασιάκας, ut est apud Steph. Byz. [e] Ταπουρίαν ex Reiskii emendatione. Vulgo Ταγυρίαν. [f] φυλάττοντας τὰς περὶ τ. Ἄ. σ. διαβάσεις. Sic cum Reiskio correxi. φυλάττοντας. περὶ τὸν Ἄριον ποταμὸν διαβὰς ἔκρινε Herv. cum MStis cunctis. Casaubonus ex ingenio edidit φυλάττοντα (puto φυλάττοντας voluit, quod restitutum est in edit. Gron. et Lips.) τὰ περὶ τ. Ἄ. σ. et retinuit διαβὰς. [g] μὲν, quod abest vulgo, adjeci cum eodem Reiskio.

rupem sub aquæ præcipitantis alveo pedestri itinere *Aspasiacas* cum suis equis in Hyrcaniam transire. Ratio altera expositionem veri magis similem habet. Solum illud, in quod e cataractis Oxus cadit, vasta loca saxis obsita aiunt habere, quas impetus atque vis præcipitantis aquæ cavat: deinde, ubi dirupta terra profundum sibi foramen aperuit, subter terram ferri amnem, ac mox, spatio confecto non ita magno, rursum emergere et in conspectum venire. Barbaros igitur, qui locorum naturam probe teneant, qua intermittit fluvius, equis vectos in Hyrcaniam iter facere.

(II.) *Excerptor. Antiquor. Cap.* 46.

* * *

XLIX. Rex *Antiochus*, cognito per nuncios, *Euthydemum* cum exercitu circa *Tapuriam* esse, equitum vero decem millia ad tutandam *Arii amnis* ripam regioni præsidere, damnata expugnationis spe, fluvium trajicere, et pergere in hostem decrevit. Tridui tunc iter a flumine aberat Antiochus, qui ubi per biduum moderato gradu egmen duxisset, tertio die, a cœna dato ceteris præcepto, ut, simul lux

Digitized by Google

Ol. 142. 4. ἀναλαβὼν τοὺς ἱππέας καὶ τοὺς εὐζώνους, ἅμα δὲ πελταστὰς μυρίους, προῆγε νυκτὸς, πορείᾳ χρώμενος ἐνεργῷ. τοὺς γὰρ ἱππεῖς ἐπυνθάνετο τῶν ὑπεναντίων τὰς μὲν ἡμέρας ἐφεδρεύειν παρὰ τὸ χεῖλος τοῦ ποταμοῦ, τὰς δὲ νύκτας ὑποχωρεῖν πρός τινα πόλιν, οὐκ ἔλαττον εἴκοσι σταδίων [h]διέχουσαν. διανύσας δὲ νύκτωρ τὴν καταλειπομένην ὁδὸν, ἅτε τῶν πεδίων ἱππασίμων ὑπαρχόντων· ἔφθασε περαιώσας τὸν ποταμὸν ἅμα τῷ φωτὶ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς μεθ' ἑαυτοῦ δυνάμεως. Οἱ δὲ τῶν Βακτριανῶν ἱππεῖς, σημηνάντων αὐτοῖς τῶν σκοπῶν τὸ γεγονὸς, ἐξεβοήθουν, καὶ κατὰ πορείαν συνέμισγον τοῖς ὑπεναντίοις. Ὁ δὲ βασιλεὺς, θεωρῶν, ὅτι δεῖ δέξασθαι τὴν πρώτην ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων, παρακαλέσας τοὺς περὶ αὐτὸν εἰθισμένους κινδυνεύειν τῶν ἱππέων δισχιλίους, τοῖς μὲν ἄλλοις παρήγγειλε κατὰ [i]σημαίας καὶ κατ' οὐλαμοὺς αὐτοὺς [k]παρεμβαλεῖν, καὶ λαμβάνειν [l]ἑπάστους τὰς εἰθισμένας τάξεις· αὐτὸς δὲ, μετὰ τῶν προειρημένων ἱππέων ἀπαντήσας, συνέβαλλε τοῖς πρώτοις ἐπιφερομένοις τῶν [m]Βάκτρων. Δοκεῖ δὲ κατὰ τοῦτον τὸν κίνδυνον Ἀντίοχος ἀγωνίσασθαι διαπρεπέστατα τῶν μεθ' ἑαυτοῦ. πολλοὶ μὲν οὖν ἀμφοτέρων διεφθάρησαν· ἐπεκράτησαν δὲ τῆς πρώτης ἐπαρχίας οἱ μετὰ τοῦ βασιλέως. τῆς δὲ δευτέρας καὶ τρίτης

Pugna Antiochi ad Arium fluv.

Antiochi virtus.

[h] Verbum διέχουσαν ex conject. adjeci. [i] σημαίας Herv. cum MStis, ut solent. [k] παρεμβάλλειν Casaub. [l] ἑκάστους correxit Casaub. ἑαυτοὺς dabat Herv. cum MSS. [m] Sic Herv. cum MStis. Βακτρίων Casaub.

esset orta, castra moverent, ipse cum equitibus, peditibusque expeditis, et cetratorum decem millibus noctu profectus, citato itinere usus est. Sciscitando namque didicerat, equitatum hostium interdiu quidem stationes in ripa fluminis habere, noctu vero ad quoddam oppidum se recipere, viginti stadia inde distans. Itaque silentio noctis confecto quod supererat itineris, (utpote per patentes campos et equitatui aptos agmen ducens,) priusquam illucesceret, majorem partem copiarum, quas secum habebat, flumen trajecerat. *Bactriani* equites per signa, quæ a speculatoribus edebantur, rem edocti, auxilii ferendi caussa properantes, in ipso itinere in hostes incidunt. Rex faciendum sibi omnino judicans, ut primum illum impetum hostium et procellam equestrem sustineret, duo equitum millia, secum pugnare solita, cohortatus, ceteris imperat, ut per signa ac turmas aciem ipsi per se ordinarent, et stationes consuetas singuli caperent: ipse cum iis, quos diximus, equitibus pergere in hostem, et cum prima acie Bactrianorum pugnam capessere. Eo certamine visus est *Antiochus* egregie præ omnibus suis rem manu gerere. Perierunt utraque ex parte multi. Qui regem comitabantur, alam equitatus hostilis primam superarunt. Secunda vero

Digitized by Google

11 ἐπιφερομένης, ἐπιέζοντο, καὶ κακῶς [n]ἀπήλλαττον. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, τῶν πλείστων ἱππέων ἐκτεταγμένων ἤδη, Παναίτωλος ἐταγαγεῖν παραγγείλας, τὸν μὲν βασιλέα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ κινδυνεύοντας ἐδέξατο, τοὺς δὲ τῶν Βακτριανῶν ἐπιφερομένους ἀτάκτως ἐκ 12 μεταβολῆς τροτροπάδην ἠνάγκασε φυγεῖν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν, τῶν περὶ τὸν Παναίτωλον αὐτοῖς ἐπικειμένων, οὐ πρότερον ἔστησαν, ἕως οὗ συνέμιξαν τοῖς περὶ τὸν Εὐ- 13 θύδημον, τοὺς πλείστους ἀπολωλεκότες αὐτῶν· οἱ δὲ τοῦ βασιλέως ἱππεῖς, πολλοὺς μὲν φονεύσαντες, πολλοὺς δὲ ζωγρείᾳ λαβόντες, ἀνεχώρουν· καὶ τότε μὲν 14 αὐτοῦ παρὰ τὸν ποταμὸν ηὐλίσθησαν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ κινδύνῳ τὸν μὲν ἵππον συμβαίνει [o]Ἀντιόχῳ ἀποθανεῖν τραυματισθέντα, αὐτὸν δὲ πληγέντα διὰ τοῦ στόματος ἀποβαλεῖν τινας τῶν ὀδόντων, καθόλου δὲ φήμην ἐπ' 15 ἀνδρείᾳ περιποιήσασθαι τότε μάλιστα. Γενομένης δὲ τῆς μάχης ταύτης, ὁ μὲν Εὐθύδημος καταπλαγεὶς ἀνεχώρησε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς πόλιν [p]Ζαρίασπα τῆς Βακτριανῆς.

A. U. 546.

Fugantur Bactriani.

Zariaspa oppidum.

[n] Mendose vulgo omnes h. l. ἀπηλλάττοντο. [o] Nomen Ἀντιόχῳ, quod desideratur vulgo, ex conject. adjeci. [p] Ζαρίασπα penacute Herv. cum MSstis; unde Ζαρίασπαν voluit Ursinus.

mox et tertia ingruente, premi regia cohors cœpit: jamque adeo malo loco res erat, cum, maxima jam equitatus parte in aciem structa, *Panætolus* signa hostibus inferre jubens, regem et eos, qui simul periclitabantur, sustinuit, Bactrianos vero, qui non servatis ordinibus invehebantur, terga dare et effusa fuga salutem petere compulit. Et illi quidem, quum Panætolus fugientibus infestus incumberet, multis suorum desideratis, non prius loco steterunt, quam *Euthydemo* fuerunt conjuncti. Regii equites postquam multos occidissent, multos cepissent vivos, receptui cecinerunt, et nocte illa ad ripam fluminis tetenderunt. In hoc prælio accidit, ut regis equus accepto vulnere moreretur, ipse sauciatus in ore dentes quosdam amitteret, omnino vero fortitudinis famam ex ea maxime pugna sibi pareret. Secundum dimicationem hanc Euthydemus, metu perculsus, *Zariaspa*, quod est Bactrianæ oppidum, se recepit.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΤΗΣ ΕΝΔΕΚΑΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

BELLUM HANNIBALICUM.

Ol. 143. 1. A. U. 547.

Asdrubal, in Italiam transgressus, prœlio victus perit.

* * *

ΑΛΛΑ πολὺ ῥᾳδιεστέραν καὶ συντομωτέραν συνέβη γενέσθαι τὴν Ἀσδρούβου παρουσίαν εἰς Ἰταλίαν[a]. Asdrubal intrat Italiam.

* * *

2 Ἀσδρούβᾳ δὲ τούτων μὲν ἤρεσκεν οὐδέν. τῶν δὲ πραγμάτων οὐκέτι δόντων ἀναστροφὴν, διὰ τὸ θεωρεῖν τοὺς πολεμίους ἐκτεταγμένους καὶ προάγοντας, ἠναγκάζετο παρατάττειν τοὺς Ἴβηρας καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ 3 γεγονότας Γαλάτας. προθέμενος δὲ τὰ θηρία τὸν ἀριθμὸν ὄντα δέκα, καὶ τὸ βάθος αὐξήσας τῶν τάξεων, καὶ ποιήσας ἐν βραχεῖ χώρῳ τὴν ὅλην δύναμιν, πρὸς δὲ Ejusdem pugna cum Livio et Nerone Coss.

[a] Primum versum ex Suida adscivi.

I.

Excerptor. Antiquor. ex Lib. XI. *Cap.* 1—3.

* * *

MULTO autem celerior et expeditior fuit *Asdrubalis in Italiam adventus.*

* * *

Asdrubali nihil quidem horum placebat. Sed quum res ipsæ nullum ei amplius ad deliberandum tempus concederent, quod eductos jam in aciem hostes instructosque videret; coactus est, Hispanos et quos secum habebat Gallos ad dimicandum ordinare. Elephantos, qui numero decem erant, ante signa collocavit, aciem profundiorem quam porrectiorem instituit, eaque in modico loci spatio rite ordinata,

Digitized by Google

Ol. 143. 1. Asdrubalis pugna cum Livio et Nerone Coss.

τούτοις μέσον [b]αὐτὸν θεὶς τῆς παρατάξεως κατὰ τὴν τῶν θηρίων προστασίαν, ἐποιεῖτο τὴν ἔφοδον ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν πολεμίων· προδιειληφὼς, ὅτι δεῖ κατὰ τὸν παρόντα κίνδυνον νικᾶν ἢ θνήσκειν. Ὁ μὲν οὖν Λίβιος ἀντεπῆσι τοῖς πολεμίοις σοβαρῶς, καὶ συμβαλὼν ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσιν ἐμάχετο γενναίως. ὁ δὲ Κλαύδιος ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος τεταγμένος, προάγειν μὲν εἰς τοὔμπροσθεν καὶ [c]περικερᾶν τοὺς ὑπεναντίους οὐκ ἐδύνατο, διὰ τὰς προκειμένας δυσχωρίας, αἷς πεπιστευκὼς Ἀσδρούβας ἐποιήσατο τὴν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν πολεμίων ἔφοδον. ἀπόρως δὲ διακείμενος ἐπὶ τῷ μηδὲν πράττειν, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ συμβαίνοντος ἔμαθεν, ὃ δέον ἦν πράττειν. διὸ καὶ παραδεξάμενος ἀπὸ τῶν δεξιῶν τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας κατὰ τὸν ὄπισθεν τόπον τῆς μάχης, καὶ τὸ λαιὸν ὑπεράρας τῆς ἰδίας παρεμβολῆς, προσέβαλε κατὰ κέρας τοῖς Καρχηδονίοις ἐπὶ τὰ θηρία. Καὶ μέχρι μὲν οὖν τούτων ἀμφίδοξος ἦν ἡ νίκη. οἵ τε γὰρ ἄνδρες ἐφαμίλλως ἐκινδύνευον ἀμφότεροι, διὰ τὸ μήτε τοῖς Ῥωμαίοις ἐλπίδα καταλείπεσθαι σωτηρίας εἰ σφαλεῖεν, μήτε τοῖς Ἰβηρσι καὶ Καρχηδονίοις. τά τε θηρία κοινὴν ἀμφοῖν παρείχοντο τὴν χρείαν ἐν τῇ μάχῃ· μέσα γὰρ ἀπειλημμένα καὶ συναποντιζόμενα διετάρασσε καὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων καὶ τὰς τῶν Ἰβήρων τάξεις. Ἅμα δὲ τῷ τοὺς περὶ τὸν Κλαύδιον προσπεσεῖν κατ' οὐρὰν τοῖς

Vincitur Asdrubal.

[b] αὐτὸν Casaub. invitis MStis, ut sæpe alias. [c] ὑπερικερᾶν Casaub. cum Ursino, invitis libris.

mediam ipse frontem curans, qua parte oppositæ erant bestiæ, lævum Romanorum cornu adgredi instituit; eo prælio aut vincere aut mori constitutum apud se habens. *Livius* contra superbo incessu pergere in hostem, et cum suo exercitu pugnam capessens, forti animo rem gerere. *Claudius*, qui in dextro cornu stabat, neque promovere gradum, neque Pœnos circumdare poterat, obstante ejus conatibus locorum difficultate, qua Asdrubal refretus impetum in lævum Romanorum cornu fecerat. His anxio curis Claudio, et inopi consilii, quod maneret otiosus, ipse rerum eventus, quid opus esset facto, suggessit. Sumtis e dextra cornu suis militibus, qui in extrema acie stabant circumductisque circum lævum Romana aciei, a latere aggressus est Pœnos qui ex elephantis pugnabant. Et hactenus quidem anceps victoria erat: etenim utrimque viri ex æquo periclitabantur; quum neque Romanis, si vincerentur, neque Hispanis aut Carthaginiensibus spes salutis ulla superesset: et bestiæ communis pars prælii erant; inter dimicantes namque acies interceptæ atque telis confossæ, et Romanorum et Hispanorum ordines ex æquo conturbabant. Simul vero ac *Claudius* in Pœnorum aciem postremam incumbere cœpit, aliis a fronte,

Digitized by Google

πολεμίοις, ἄνισος ἦν ἡ μάχη, τῶν μὲν κατὰ πρόσωπον, A. U. 547.
11 τῶν δὲ κατὰ νώτου τοῖς Ἰβηρσι προσπεσόντων. ἐξ οὗ καὶ συνέβη, τοὺς πλείστους τῶν Ἰβήρων ἐν αὐτῷ τῷ τῆς
12 μάχης καιρῷ καταποτῆναι. τῶν δὲ θηρίων τὰ μὲν ἅμα τοῖς ἀνδράσιν ἔπεσε, τὰ δὲ τέσσαρα, διωσάμενα τὰς τάξεις, ὕστερον ἐάλω μεμεθυσμένα καὶ ψιλὰ τῶν Ἰνδῶν.

II. Ἀσδρούβας δὲ, [d]καὶ τὸν πρὸ τούτου χρόνον καὶ κατὰ τὸν ἔσχατον καιρὸν ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, ἐν χειρῶν νόμῳ κατέστρεψε τὸν βίον. [e]οὐ οὐκ ἄξιον ἀνεκ-
2 σήμαντον παραλιπεῖν. Ὅτι μὲν ἀδελφὸς ἦν Ἀννίβου κατὰ φύσιν, καὶ διότι, χωριζόμενος εἰς τὴν Ἰταλίαν, τούτῳ τὰς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράξεις ἐνεχείρισε, ταῦτα
3 μὲν οὖν ἡμῖν [f]πρότερον δεδήλωται. παραπλησίως δὲ καὶ διότι πολλοῖς μὲν χρησάμενος ἀγῶσι πρὸς Ῥωμαίους, πολλαῖς δὲ καὶ ποικίλαις περιστάσεσι παλαίσας [g]διὰ τοὺς ἐπαποστελλομένους ἐκ Καρχηδόνος εἰς Ἰβηρίαν στρατηγοὺς, ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις καιροῖς ἀξίως μὲν τοῦ πατρὸς Βάρκα, καλῶς δὲ καὶ γενναίως τὰς περιπε-
τείας καὶ τὰς ἐλαττώσεις διεστέλει φέρων· καὶ ταῦτα
4 διὰ τῶν πρὸ τοῦ συντάξεων δεδηλώκαμεν. περὶ δὲ τῶν τελευταίων ἀγώνων νῦν ἐροῦμεν, καθὸ μάλιστα πέφηνεν

Mors et laus Asdrubalis.

Laus Asdrubalis.

[d] Sic cum Reiskio correxi. Vulgo omnes *κατὰ τὸν πρὸ*. [e] *οὐ* ignorant MSti: ex conj. adjecit Casaub. [f] Eidem Casaubono debentur verba *πρότερον δεδήλωται* quæ desiderantur apud Herv. et in scriptis codd. Ad *χωριζόμενος* autem utique cum Reiskio adjectum *ἐκεῖσε* malim. [g] *διὰ τὸ τοὺς ἐπαποστ.* dat Herv. cum MStis. Et *ἐπαποστελλομένους* Reg. E.

aliis a tergo Hispanos prementibus, non amplius æqualis pugna fuit. Quo factum, ut pars Hispanorum multo maxima in ipso certamine perimeretur. Belluarum sex cum ipsis viris cecidêrunt: quatuor, quæ ordines perruperant, postea sunt captæ, sed solæ atque Indis suis nudatæ.

II. *Asdrubal* et semper ante eum diem, et eo maxime tempore, quod ultimum ei fuit, virum se præbuit, et in ipso conflictu vitam finivit. Quem virum ut silentio prætermittamus indictum, haudquaquam fuerit æquum. Et fuisse quidem illum natura Hannibalis fratrem, eique Hannibalem, cum in Italiam proficisceretur, belli in Hispania gerendi curam mandasse, antea ostendimus. Pariterque superioribus libris declaravimus, quas ipse pugnas cum Romanis pugnaverit, quam multas, quam varias rerum difficultates habuerit eluctandas propter duces, qui subinde in Hispaniam Carthagine mittebantur: postremo quum tot tantasque fortunæ vices experiretur, quam semper patre Barca dignum se filium præbuerit, et forti ac generoso animo omnes casus adversaque omnia tulerit. Nunc de novissimis ejus certaminibus dicemus, propter quæ vel maxime dignum judicavimus,

Digitized by Google

Ol. 143. 1. Laus Asdrubalis.

ἡμῖν ἄξιος ἐπιστάσεως εἶναι καὶ ζήλου. Τοὺς γὰρ 5
πλείστους ἰδεῖν ἐστι τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν βασιλέων,
ἐπειδὰν συνιστῶνται τοὺς ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγῶνας, τὰ
μὲν ἐκ τῶν κατορθωμάτων ἔνδοξα καὶ λυσιτελῆ συνεχῶς
λαμβάνοντας ὑπὸ τὴν ὄψιν, καὶ πολλάκις ἐφιστάνοντας
καὶ διαλογιζομένους, τῶς ἑκάστοις χρήσονται, [h]κατὰ
λόγον σφίσι χωρησάντων τῶν πραγμάτων· τὰ δ' ἐκ τῶν 6
ἀποτυμάτων οὐκέτι πρὸ ὀφθαλμῶν τιθεμένους, οὐδ'
ἐν νῷ λαμβάνοντας, πῆ καὶ τί πραπτέον ἑκάστοις ἐστὶ
κατὰ τὰς περιστάσεις. καίτοι τὸ μὲν ἕτοιμόν ἐστι, τὸ
δὲ πολλῆς δεῖται προνοίας. Τοιγαροῦν οἱ πλεῖστοι διὰ 7
τὴν αὐτῶν [i]ἀγεννίαν καὶ τὴν ἐν τούτοις ἀβουλίαν [k]αἰ-
σχρὰς μὲν ἐποίησαν τὰς ἥττας, εὐγενῶς πολλάκις ἡγω-
νισμένων τῶν στρατιωτῶν, κατήσχυναν δὲ [l]τὰς πρὸ
τούτου πράξεις, ἐπονείδιστον δέ σφισι τὸν καταλειπό-
μενον ἐποίησαν βίον. Διότι δὲ πολλοὶ τῶν ἡγουμένων 8
περὶ τοῦτο τὸ μέρος σφάλλονται, καὶ διότι μεγίστην ἐν
τούτοις ἔχει διαφορὰν ἀνὴρ ἀνδρὸς, εὐχερὲς τῷ βου-
λομένῳ καταμαθεῖν· πολλὰ γὰρ ὑποδείγματα τῶν
τοιούτων πεποίηκεν ὁ προγεγονὼς χρόνος. Ἀσδρούβας 9
δὲ, ἕως μὲν ἦν ἐλπὶς ἐκ τῶν κατὰ λόγον τοῦ δύνασθαι

[h] Pro *σφίσι*, mendose *τοῖς φησὶ* dant MSti. An *δὴ σφίσι* debuerunt? [i] *ἀγγιλίαν* Herv. in contextu. cum MStis: sed *ἀγεννίαν* ora Herv. et ora cod. Med. Nescio an et Urb. *ἀμίλιαν* ex Ursini conject. edidit Casaub. [k] *αἰσχρὰς* restitui ex Aug. Regiis tribus, Vesont. Tubing. *αἰσχρῶς* edd. [l] *τὰς πρὸ τούτου* Herv. cum MStis omnibus *τὰς περὶ τοῦ* Casaub.

ad quem cognoscendum et æmulandum lectoris attentionem excitaremus. Enimvero plerosque omnes imperatores aut reges videas, quoties ad universæ rei dimicationem accedunt, gloriam et commoda, quæ re bene gesta sint consecuturi, assidue sibi ob oculos ponere, sæpeque cum animo suo reputare, aut cum aliis disserere, quo pacto cuncta sint administraturi, postquam ex animi sententia res ipsis successerit: clades vero neque oculis unquam suis subjicere, neque eam cogitationem mente complecti, quomodo se gerere aliquis aut quid facere in adversis casibus debeat; quum tamen proclive sit illud prius, hoc vero magna indigeat providentia. Idcirco multi, propter suam ignaviam et hoc in genere imprudentiam, detrimenta cum sua ignominia acceperunt, etsi milites sæpe forti animo dimicarunt; et cum res antea præclare gestas deturparunt, tum etiam, quidquid ipsis supererat vitæ, probrosum et ignominiosum sibi reddiderunt. Partem autem magnam ducum hoc erroris genere decipi, longeque plurimum re ista præstare virum viro, facile est cuivis intelligere: id enim exemplis quam plurimis, quæ ad hoc ævi sunt edita, liquido constat. *Asdrubal* vero, dum quidem probabilis ei spes aliqua supererat, posse aliquid se rebus ante

Digitized by Google

πράττειν ἄξιόν τι τῶν προβεβιωμένων, [m]οὐδενὸς μᾶλλον A. U. 547. Laus Asdrubalis.
προενοεῖτο κατὰ τοὺς κινδύνους, ὡς τῆς αὐτοῦ σωτηρίας.
10 ἐπεὶ δὲ πάσας ἀφελομένη τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας
ἡ τύχη συνέπλεισε πρὸς τὸν ἔσχατον καιρὸν, οὐδὲν
παραλιπὼν οὔτε περὶ τὴν παρασκευὴν, οὔτε κατὰ τὸν
κίνδυνον, [n]πρὸς τὸ νικᾶν, οὐχ ἧττον πρόνοιαν [o]εἶχε καὶ
τοῦ, σφαλεὶς τοῖς ὅλοις, ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς παροῦσι,
11 καὶ μηδὲν ὑπομεῖναι τῶν προβεβιωμένων ἀνάξιον. Ταῦτα
μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω περὶ τῶν ἐν πράγμασιν ἀναστρε-
φομένων, ἵνα μήτε προπετῶς κινδυνεύοντες σφάλωσι τὰς
τῶν πιστευσάντων ἐλπίδας, μήτε, φιλοζωοῦντες παρὰ τὸ
δέον, αἰσχρὰς καὶ ἐπονειδίστους ποιῶσι τὰς αὐτῶν περι-
πετείας.

III. Ῥωμαῖοι δὲ, τῇ μάχῃ κατορθώσαντες, παραυ- Victoria Romanorum.
τίκα μὲν τὸν χάρακα διήρπαζον τῶν ὑπεναντίων, καὶ
πολλοὺς μὲν τῶν Κελτῶν, ἐν ταῖς [p]στιβάσι κοιμωμένους
2 διὰ τὴν μέθην, κατέκοπτον ἱερείων τρόπον· συνῆγον δὲ
καὶ τὴν λοιπὴν τῶν αἰχμαλώτων λείαν, ἀφ' ἧς εἰς τὸ
3 δημόσιον ἀνήχθη πλείω τῶν τριακοσίων ταλάντων. Ἀπ-
έθανον δὲ τῶν μὲν Καρχηδονίων κατὰ τὴν μάχην σὺν
τοῖς Κελτοῖς οὐκ ἐλάττους [q]μυρίων, τῶν δὲ Ῥωμαίων

[m] *οὐδενὸς μᾶλλον . . . ὡς.* Aut *οὔτω* pro *μᾶλλον* scribendum aut delendam particulam *ὡς* censuit Reisk. [n] *τὸ πρὸς τὸ* Reg. E. *τῶν πρὸς τὸ νικᾶν* malim. [o] *εἶχε. καὶ του σφαλεὶς* Herv. cum libris nostris omnibus; et deinde *ὅμως ἐχώρησε.* Correxit Casaub. cum Ursino: sed pro *καί του* nonnisi *τοῦ* posuerunt; *καὶ* ex MStis adjeci. [p] *στιβάσι* correxit Casaub. *στιβαῖς* Herv. cum MStis. [q] Si fides Livio, legendum *οὐκ ἐλάττους ι'* (i. e. *πέντε*) *μυριάδων*, vel *πεντακισμυρίων.*

gestis dignum efficere, nihil antiquius in obeundis præliis habuit, propriæ salutis conservatione. Postquam vero nudatum omni spe in posterum fortuna ad hujus postremi certaminis necessitatem adegit, etsi nihil est ab eo prætermissum, neque in adparatibus, neque in ipso conflictu, quod ad victoriam consequendam faceret, non minus tamen meditatus fuerat, si forte in universæ rei fraudem laberetur, quo pacto cum adversa fortuna ita congrederetur, ut anteactam vitam nullo facinore se indigno dehonestaret. Atque hæc eorum gratia dicta mihi sunto, qui in rebus agendis versantur; ne aut præliorum aleam temere subeuntes, eorum, qui suam salutem fidei ipsorum commiserunt, spem fallant; aut immodica vitæ conservandæ cupiditate turpitudinis atque ignominiæ notam adversæ fortunæ suæ imurant.

III. Romani, post victoriam partam, protinus castra hostium diripuerunt, multosque ibi Gallos, in toris strameneis præ temulentia jacentes, in modum victimarum jugularunt: tum vero reliquam prædam captivorum collegerunt, ex qua in ærarium talenta amplius trecenta sunt relata. Cecidere in pugna, Carthaginiensium et Gallorum non pauciores decem millibus: Romanorum circiter duo millia.

Digitized by Google

Ol. 143. 1. Oratio legati Rhodii.

τούτου προαιρέσει γίγνεται τὸ συμβαῖνον, ἀλλ' ἤ ποτ' ἂν τύχῃ λαμβάνει τὴν νομὴν, τὸ πλεῖον τοῖς ἀνέμοις κυβερνώμενον, καὶ τῇ τῆς ὑποκειμένης [z]ὕλης διαφθορᾷ, καὶ πολλάκις ἐπ' αὐτὸν τὸν ἐμπρήσαντα πρῶτον ὥρμησε παραλόγως· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πόλεμος, ὑπό τινων ὅταν ἅπαξ ἐκκαυθῇ, [a]ποτὲ μὲν αὐτοὺς τούτους πρώτους ἀπόλλυσι, ποτὲ δὲ φέρεται φθείρων ἀδίκως πᾶν τὸ [b]παρατεσόν οἱ, καινοποιούμενος καὶ προσφυσώμενος, ὥσπερ ὑπ' ἀνέμων, ὑπὸ τῆς τῶν πλησιαζόντων ἀγνοίας. Διόπερ, ὦ ἄνδρες Αἰτωλοὶ, νομίσαντες καὶ τοὺς νησιώτας παυδημεὶ, καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας [c]Ἕλληνας παρόντας ὑμῶν δεῖσθαι, τὸν μὲν πόλεμον [c]ἆραι, τὴν δ' εἰρήνην ἑλέσθαι, διὰ τὸ καὶ πρὸς σφᾶς ἀνήκειν τὰ γιγνόμενα, σωφρονήσαντες ἐντράπητε, καὶ πείσθητε τοῖς παρακαλουμένοις. Καὶ γὰρ εἰ κατά τινα τύχην [d]ἐπολεμεῖτε πόλεμον ἀλυσιτελῆ μὲν, ἐπειδὴ παντὶ πολέμῳ τοῦτο παρέπεται κατὰ τὸ πλεῖστον, ἔνδοξον δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν, καὶ κατὰ τὴν τῶν ἀποβαινόντων ἐπιγραφήν· ἴσως ἄν τις ὑμῖν ἔσχε συγγνώμην,

[z] διαφορᾷ suspicari licet cum Gronovio. [a] ποτὲ μὲν correxi cum Ursino et Reisk. Vulgo omnes τότε μὲν. [b] παρατεσὸν οἱ, καινοπ. Sic Aug. Regii, Vesont. Tubing. nisi quod careant distinctione. παρατεσὸν ὡς καινοπ. Herv. cum Med. Hinc ἀὶ pro ὡς voluit Ursinus: et ὡς ἀὶ posuit Casaub. [c] ἆραι ex vestigiis scripturæ librorum restitui, in quibus (ut apud Hervag.) est ἀφεῖναι τὴν δ' εἰρ. καταδέσθαι ex Ursini conj. edidit Casaub. [d] ἐπολεμεῖτε ex conject. scripsi cum Reisk. Vulgo omnes πολεμεῖτε.

derit, de cetero non amplius in ejus arbitrio rei eventus sit positus; sed, quo tulerit casus, late grassetur incendium, prout ventorum, qui in tali re plurimum valent, flatus impulerint, et subjectæ materiæ conflagratio induxerit, sæpe ut præter omnium opinionem *ipsum auctorem incendii primum flamma invadat:* sic etiam *Bellum*, ubi semel a quibusdam est accensum, ipsos interdum, qui excitarunt, primos omnium perdit; interdum vero per quidquid est obvium, immerito devastans omnia, late fertur, velut novas subinde vires adquirens, et stultitia proximorum populorum non secus ac flatu ventorum irritatum. Quamobrem, *viri Ætoli*, quasi præsens natio universa Græcorum, sive qui insulas, sive qui Asiam incolunt, vos nunc rogaret, ut bellum hoc pace velitis commutare, quoniam et ad ipsos quoque ea res pertinet, mentem meliorem induite, reveremini eos, qui vos orant, et precibus nostris exorari vos finite. Enimvero si ita vobiscum fortuna ageret, ut bellum gereretis, damnosum illud quidem vobis, (neque enim ullum fere est bellum, cui hæc non adhæreat conditio;) sed cum gloria tamen vestra conjunctum, et propter caussam, quæ illud conflasset, et propter egregium laudis titulum, qui bello confecto vos maneret; posset fortasse aliquis hanccé animorum obstinationem tantam vobis con-

Digitized by Google

A. U. 547, Oratio legati Rhodii.

8 φιλοτίμως διακειμένους. εἰ δὲ πάντων αἴσχιστον, καὶ πολλῆς ἀδοξίας πλήρη καὶ βλασφημίας· ἆρ' οὐ με-
9 γάλης προσδεῖται τὰ πράγματα ἐπισκέψεως; Ῥηθήσεται γὰρ τὸ δοκοῦν μετὰ παῤῥησίας· ὑμεῖς δ', ἂν εὖ
10 φρονῆτε, μεθ' ἡσυχίας ἀνέξεσθε. πολλῷ γάρ ἐστιν ἄμεινον, ὀνειδισθέντας ἐν καιρῷ σωθῆναι μᾶλλον, ἢ πρὸς χάριν ἀκούσαντας μετ' ὀλίγον [e]ἀπολέσθαι μὲν αὐτούς, ἀπολέσαι δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς Ἕλληνας.

VI. "Λάβετε τοίνυν πρὸ ὀφθαλμῶν τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν. Φατὲ μὲν γὰρ, πολεμεῖν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων πρὸς Φίλιππον, ἵνα σωζόμενοι μὴ ποιῶσι τούτῳ τὸ
2 προσταττόμενον· πολεμεῖτε δὲ ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ καὶ καταφθορᾷ τῆς Ἑλλάδος. Ταῦτα γὰρ αἱ συνθῆκαι λέγουσιν ὑμῶν αἱ πρὸς Ῥωμαίους, αἳ πρότερον μὲν ἐν τοῖς γράμμασιν ὑπῆρχον, νῦν δ' ἐν τοῖς πράγμασι
3 θεωροῦνται γιγνόμεναι. καὶ τότε μὲν αὐτὰ τὰ [f]γράμματα τὴν αἰσχύνην ὑμῖν ἐπέφερε, νῦν δὲ διὰ τῶν ἔργων
4 ὑπὸ τὴν ὄψιν τοῦτο γίγνεται πᾶσι καταφανές. λοιπὸν, ὁ μὲν Φίλιππος ὄνομα γίγνεται καὶ πρόσχημα τοῦ πολέμου· πάσχει γὰρ οὐδὲν δεινόν· τούτῳ δὲ συμμάχων ὑπαρχόντων Πελοποννησίων τῶν πλείστων, Βοιωτῶν, Εὐβοέων, Φωκέων, Λοκρῶν, Θετταλῶν, Ἠπειρωτῶν,

[e] ἀπολέσαι Ν ab Ursino adscivit Casaub. ἀπολέσθαι Herv. cum MStis.
[f] γράμματα et ἰσχύειν correxit Casaub. πράγματα et ἰσχύει Herv. cum MStis.

donare. Sin est istud bellum omnium turpissimum, et quod infamia vos opplebit, et maledictis omnium objiciet; nonne etiam atque etiam diligenter, quid agatis, vobis est attendendum? Dicam enim libere, quod sentio: vos, si sapitis, orationem meam æquis animis accipietis. Præstat enim longe, *viri Ætoli*, ut opportune objurgati salutem consequamini potius, quam ut, iis nunc auditis, quæ grata vobis futura sint, postmodum et ipsi pereatis, et reliquum omne Græcum nomen in eamdem vobiscum perniciem trahatis.

VI. "Agite igitur, quanto in errore versemini, ob oculos vobis ponite. Nempe dicitis, *pro Græcis hoc cum Philippo bellum vos gerere, ut ab illius imperio ac dominatione eos liberetis*: cum his vero dictis Græciam ea lege bello premitis, ut servituti eam mancipetis, et funditus deleatis. Ita namque *fœderis vestri cum Romanis conditiones* ferunt, quæ antea quum scriptis essent comprehensæ, nunc in effectum adductæ cernuntur. Et tunc quidem vel nuda scripta magnam infamiæ notam vestro nomini inurebant: nunc rerum ipsarum argumentis vestra omnia consilia patent. Quid multa? *Philippi* nomen non jam ob aliud adsumitur, nisi ad speciem et prætextum belli: nam ipse quidem damnum accipit nullum: sed quum socios habeat majorem Peloponnesiorum partem, item Bœotos, Eubœenses, Phocenses, Locros, Thessalos, Epirotas;

Digitized by Google

Ol. 143. 1. Oratio legati Rhodii.

[5] κατὰ τούτων πεποίησθε τὰς συνθήκας· Ἐφ' ᾧ τὰ μὲν σώματα καὶ τὰ ἔπιπλα Ῥωμαίων ὑπάρχειν· τὰς δὲ πόλεις καὶ τὴν χώραν Αἰτωλῶν. Καὶ κυριεύσαντες [6] μὲν αὐτοὶ πόλεως, οὔτ' ἂν ὑβρίζειν ὑπομείνητε τοὺς ἐλευθέρους, οὔτ' ἐμπιμπράναι τὰς πόλεις, νομίζοντες ὠμὸν εἶναι τὸ τοιοῦτον καὶ βαρβαρικόν· συνθήκας δὲ [7] πεποίησθε τοιαύτας, δι' ὧν ἅπαντας τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐκδότους δεδώκατε τοῖς βαρβάροις εἰς τὰς αἰσχίστας ὕβρεις καὶ παρανομίας. Καὶ ταῦτα πρότερον [8] μὲν [h] ἠγνοεῖτο· νυνὶ δὲ διὰ τῆς Ὠρειτῶν καὶ τῶν ταλαιπώρων Αἰγινητῶν ἅπασι [i] γεγόνατε καταφανεῖς, τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἐπὶ τὴν ἐξώστραν ἀναβιβαζούσης τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν. Ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τοῦ [9] πολέμου καὶ τὰ νῦν ἤδη συμβαίνοντα τοιαῦτ' ἐστί· τὸ δὲ τέλος, ἂν ὅλως πάντα κατὰ νοῦν ὑμῖν χωρήσῃ, ποῖόν τι δεῖ προσδοκᾶν; Ἆρ' οὐ κακῶν ἀρχὴν μεγάλων ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν;

VII. " [k] Ὅτι γὰρ, ἂν Ῥωμαῖοι τὸν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεμον ἀποτερίψωνται, (τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν ὀλίγῳ, συγκεκλεισμένου τῆς Βρεττίας εἰς πάνυ βραχεῖς τόπους Ἀννίβου·) λοιτὸν, ὅτι πάσῃ τῇ δυνάμει τὴν ὁρμὴν ἐπὶ [2] τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους ποιήσονται, λόγῳ μὲν

[5] Post *τούτων* Herv. cum MStis cunctis inserit *γὰρ*. Id si recte factum, excidisse paulo ante nonnihil necesse est. [h] *ἠγνοεῖτο* Herv. cum Aug. Regiis, Vesont. Tubing. Forsan. *καὶ ταῦτα πεπόμενοι πρότερον μὲν ἠγνοεῖσθε.* [i] *γεγόνατε καταφανεῖς* ex MStis restitui. *γέγονε καταφανῆ* Casaub. cum Ursino. [k] Ὅτι *γὰρ* Herv.

isti sunt, in quorum perniciem fœdus est a vobis factum. Cui fœderi hæc dicta lex est: *ut corpora et supellex eorum, qui fuerint capti, in prædam Romanis cedant, urbes atque agri sint Ætolorum.* Et qui, si oppidum aliquod in potestatem vestram redegissetis, liberos homines contumelia adficere numquam sustineretis, neque urbes ipsas incendere, quod crudelis id profecto et barbari animi esse duceretis, ejusmodi tamen fœdus probastis, per cujus conditiones ceteri omnes Græci ad omne injuriæ et fœdissimæ contumeliæ genus a vobis deduntur. Quæ vestra consilia quum nemini ante essent nota; nunc per *Oritorum* et infelicium *Æginetarum* calamitates, qui vester esset animus, patefactum est omnibus: postquam amentiam vestram, velut dedita opera, in *exostram* traduxit fortuna. Et belli quidem principium, quæque jam nunc eveniunt, sunt hujusmodi. Finem vero, si vel omnia vobis omnino ex animi sententia successerint, ecquem par est exspectare? Quis vero dubitat, futurum id Græcis magnorum principium malorum.

VII. " Etenim manifesta utique res est, *Romanos*, ubi primum, quod nunc in Italia bellum geritur, a cervicibus suis fuerint amoliti, (quod quidem brevi futurum est, coacto jam Hannibale in angulum quemdam agri Bruttii concedere;) omnibus viribus *Græciam*

Digitized by Google

Αἰτωλῶς βοηθήσοντες κατὰ Φιλίππου, τῇ δ' ἀληθείᾳ A. U. 547.
πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησόμενοι, καὶ λίαν τοῦτ' [l]ἐστὶ Oratio legati Rhodii.
καταφανές. ἐάν τε καλῶς προθῶνται τοῖς Ῥωμαίοις κυριεύσαντες, ἐκείνων ἔσεσθαι καὶ τὴν χάριν καὶ τὴν ἐπιγραφήν· ἐάν τε κακῶς, τῶν αὐτῶν ὑπάρξειν καὶ τὰς ὠφελείας ἐκ τῶν ἀπολλυμένων, καὶ τὴν ἐξουσίαν τῶν σωζομένων. Ὑμεῖς δὲ τότε τοὺς θεοὺς ἐπικαλέσεσθε μάρτυρας, ὅταν μήτε τῶν θεῶν βούληται, μήτε τῶν ἀνθρώπων ἔτι δύνηται βοηθεῖν ὑμῖν μηδείς. Ἴσως μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἔδει πάντα προορᾶσθαι· τοῦτο γὰρ ἦν ὑμῖν πρέπον. Ἐπειδὴ δὲ πολλὰ [m]διαφεύγει τῶν μελλόντων τὴν ἀνθρωπίνην πρόνοιαν, νῦν γε δέον ἂν εἴη, διὰ τούτων τῶν πραγμάτων συνεωρακότας τὸ συμβαῖνον, βέλτιον βουλεύεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος. Οὐ μὴν, ἀλλ' ἡμεῖς γε κατὰ τὸ παρὸν οὐδὲν ἀπολελοίπαμεν τῶν ἁρμοζόντων ἢ λέγειν ἢ πράττειν τοῖς ἀληθινοῖς φίλοις, καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος τὸ δοκοῦν μετὰ παῤῥησίας εἰρήκαμεν· ὑμᾶς δ' ἀξιοῦμεν καὶ παρακαλοῦμεν, μήτ' αὐτοῖς φθονῆσαι, μήτε τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς σωτηρίας." Τούτου δὲ ποιήσαντος Philippi
διατροπήν τινα τοῖς πολλοῖς, ὡς ἐδόκει· μετὰ τοῦτον legati.
εἰσῆλθον οἱ παρὰ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις, οἳ τοὺς μὲν

[l] ἐστὶ *suasp.* cum Ursino correxit Casaub. ἴσως Herv. cum MStis. An ἴσῃ debuerunt? [m] διαφεύγει pariter ex Ursini emend. adscivit Casaub. διαφεύγειν Herv. cum MStis, ut videri possit excidisse πίφυκε vel συμβαίνει.

esse invasuros, verbo quidem, *ut Ætolis contra Philippum ferant opem*; re autem vera, *ut sui juris atque ditionis universam faciant*. Qui si, Græcia omni subacta, benigne agere nobiscum voluerint, soli ex eo gratiam colligent, solis omnia beneficia ferentur accepta: sin autem in nos secius consuluerint, et eorum, qui perierint, spolia, et eorum, qui servati fuerint, dominatio penes eosdem est futura. Tum enimvero vos deûm fidem testabimini, cum neque deorum ullus voluntatem, neque hominum facultatem ferendæ vobis opis habebit. Erant igitur fortasse omnia hæc mala vobis ab initio prospicienda: id enim vos maxime decuisset. Verumtamen, quando pars magna eorum, quæ sunt futura, humanam providentiam effugiunt, nunc saltem æquum fuerit, impendentes calamitates de præsentibus conjectantes, saniora in posterum consilia inire. Quidquid sit, nos quidem in præsentia eorum omnium, quæ veris amicis dicenda erant, aut faciendæ, nihil omnino prætermisimus: sed, quæ videbantur nobis de futuro rerum statu, libere vobis exposuimus. Quod superest, petimus a vobis, atque adeo vos hortamur, ut neque vobis ipsis, neque reliquis Græcis libertatem et salutem invideatis." Hujusmodi oratione quum orator hic audientium multitudinem non mediocriter visus esset commovisse; post eum *Philippi*

Digitized by Google

Ol. 143. 1. κατὰ μέρος λόγους ὑπερέθεντο, δύο δ' ἔφασαν ἥκειν ἔχοντες ἐντολάς· "Αἰρουμένων μὲν τῶν Αἰτωλῶν τὴν εἰρήνην, ἑτοίμως δέχεσθαι· εἰ δὲ μή, τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς προσθευτὰς τοὺς παρόντας ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπιμαρτυραμένους χωρίζεσθαι, διότι τῶν μετὰ ταῦτα συμβησομένων τοῖς Ἕλλησιν Αἰτωλοὺς, ἀλλ' οὐ Φίλιππον αἴτιον, δείσει νομίζειν."

(III.) *Philopœmen vincit Machanidam, Lacedæmoniorum tyrannum.*

* * *

Imperitia ducum Achæorum.

VIII. Τριῶν ὄντων τρόπων, καθ' οὓς ἐφίενται πάντες στρατηγίας οἱ κατὰ λόγον αὐτῇ προσιόντες· πρώτου μὲν, διὰ τῶν ὑπομνημάτων καὶ τῆς ἐκ τούτων κατασκευῆς· ἑτέρου δὲ, τοῦ μεθοδικοῦ, καὶ τῆς παρὰ τῶν ἐμπείρων ἀνδρῶν παραδόσεως· τρίτου δὲ, τοῦ διὰ τῆς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἕξεως καὶ τριβῆς· πάντων ἦσαν τούτων ἀνεννόητοι οἱ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγοὶ ἁπλῶς. 2 3

* * *

Τοῖς γὰρ πλείστοις ὑπεγεγόνει τις ζῆλος ἐκ τῆς τῶν ἄλλων ἀλαζονείας καὶ τῆς ἀκαιρίας. ἐσπούδαζον γὰρ τὰς ἀπολουθίας καὶ τὰς ἐσθῆτας διαφερόντως, καί τις ἦν περὶ τοὺς πλείστους καλλωπισμὸς, ὑπερέχων τὴν ἐκ 4 5

legati sunt ingressi, qui, pluribus verbis in præsens supersedentes, duo se mandata dixerunt adtulisse: *si pacem Ætoli probarent, ad eam accipiendam paratum esse Philippum: sin minus, discessuros se statim, ubi deos atque legatos, qui e variis Græciæ locis adessent, forent testati, omnium malorum, quæ post hæc eventura Græcis essent, Ætolos, non autem Philippum, deberi censeri causam atque auctores.*

(III.) *Ex Suida et ora Codicis Urbinatis.*

* * *

VIII. Cum *tres* sint *modi*, quibus *dignitatem Imperatoriam* appetunt illi, qui ratione et judicio ad eam gerendam accedunt: unus, per lectionem Historiarum et scientiam quam quis inde sibi comparat; alter, methodicus, sive per præcepta virorum artis illius peritorum; tertius, per ipsarum rerum experientiam et usum; horum omnium prorsus imperiti fuerunt duces *Achæorum*. (*Suidas in* Στρατηγία.)

* * *

Plerosque æmulatio quædam, propter reliquorum *fastum* et *intemperantiam*, invaserat. Nam et comitatus et exquisiti vestitus vehementer erant studiosi: et plerisque erat is corporis cultus et ornatus, qui fortunarum

Digitized by Google

6 τοῦ βίου χορηγίαν. ὅπλων δὲ οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον ἐποιοῦντο λόγον. A. U. 547.

* * *

7 Οἱ γὰρ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν εὐτυχούντων οὐδὲ πειρῶνται μιμεῖσθαι· τὰ δὲ πάρεργα ζηλοῦντες, μετὰ βλάβης ἐκθεατρίζουσι τὴν ἑαυτῶν ἀκρισίαν.

* * *

IX. "Μεγάλα μὲν γὰρ, ἔφη, τὴν λαμπρότητα συμβάλλεσθαι πρὸς ἔκπληξιν τῶν ὑπεναντίων, πολλὰ δὲ συνεργεῖν τὴν ἐκ τῆς ἐπισκευῆς ἁρμογὴν τῶν ὅπλων Philopœmen cohortatur Achæos.
2 εἰς τὴν χρείαν. γίγνεσθαι δ' ἂν μάλιστα τὸ δέον, εἰ τὴν μὲν ἐπιμέλειαν, ἣν νῦν ποιοῦνται περὶ τὸν ἱματισμὸν, ταύτην ποιήσαιντο περὶ τῶν ὅπλων· τὴν δὲ πρότερον ὀλιγωρίαν [n]περὶ τῶν ὅπλων παρ' αὐτοῖς ὑπάρχουσαν,
3 ταύτην μετενέγκαιεν ἐπὶ τὰς ἐσθῆτας. οὕτω γὰρ ἅμα τούς τε κατ' ἰδίαν βίους [o]ὠφεληθήσεσθαι, καὶ τὰ κοινὰ πράγματ' ὁμολογουμένως αὐτοὺς δυνήσεσθαι σώ-
4 ζειν. Διόπερ, ἔφη, δεῖν τὸν εἰς ἐξοπλισίαν ἢ στρατείαν ἐκπορευόμενον, ὅτε μὲν τὰς κνημίδας περιτίθεται, σκοπεῖν, ὅπως ἀραρυῖαι καὶ στίλβουσαι τῶν ὑποδεσμῶν καὶ
5 κρηπίδων ὑπάρχωσιν αὗται μᾶλλον· ὅταν δὲ τὴν ἀσπίδα καὶ [p]τὸν θώρακα καὶ τὸ κράνος διαλαμβάνῃ, περι-

[n] περὶ τὴν τῶν ὅπλων dant vulgo omnes. Delevi ex conj. articulum τὴν, qui si teneri debet, supplendum erit nomen σιμότητα aut aliud simile. Possis et suspicari ὑπὲρ τῶν ὅπλων, et simpliciter τῶν ὅπλων absque præpos. [o] Vulgo ὠφελήσεσθαι. [p] Articulum, quo carent vulgo omnes, adjeci.

facultates superaret: armorum vero ne minimam quidem rationem habebant. (*Idem in* Ζῆλος.)

* * *

Plerique *seria* quidem fortunatorum virorum facta imitari non student; sed *ludicra* eorumdem imitantes, suo damno levitatem suam omnium spectaculo exponunt. (*Ora Cod. Urbinatis; et Suidas in* Ἐκθεατρίζουσι.)

Excerpt. Antiq. ex Lib. XI. *Cap.* 7—16.

* * *

IX. Dicebat PHILOPŒMEN: *splendorem armorum ad terrorem hostibus incutiendum vim magnam habere; aptitudinem vero eorumdem ex concinnitate fabricæ, ad usum conferre mirum quantum. Rite autem omnia tum demum iri administratum, si, quam nunc in vestitu curam adhibeant, eam ad arma convertissent; quanta autem nunc sit apud ipsos armorum incuria, eam transtulissent ad vestes. Hoc namque pacto simul rei familiari suæ melius ipsos consulturos, simul reipublicæ tuendæ majorem facultatem habituros. Oportere igitur, ut is, qui vel ad decursionem vel ad expeditionem se accingit, cum ocreas inducit, videat diligenter, ut illæ magis, quam ut calceamenta et crepidæ, sint aptæ atque splendentes. Quando clypeum sumit, et loricam ac*

Digitized by Google

Ol. 142. 4. Philopœmen cohortatur Achæos.

ἐλέσθαι, ἵνα τῆς χλαμύδος καὶ τοῦ χιτῶνος [q]καθαριώτερα ταῦθ' ὑπάρχῃ καὶ πολυτελέστερα. παρ' οἷς γὰρ τὰ πρὸς ἐπιφάνειαν αἱρετώτερά ἐστι τῶν πρὸς τὴν χρείαν, παρὰ τούτοις αὐτόθεν εὐθέως προφανὲς εἶναι τὸ συμβησόμενον ἐν τοῖς κινδύνοις. Καθόλου δ' ἠξίου διαλαμβάνειν, ὡς ὁ μὲν ἐν τοῖς ἱματίοις καλλωπισμὸς γυναικός ἐστι, καὶ ταύτης οὐ λίαν σώφρονος· ἡ δ' ἐν τοῖς ὅπλοις πολυτέλεια καὶ σεμνότης ἀνδρῶν ἀγαθῶν, προαιρουμένων ἑαυτοὺς καὶ τὰς πατρίδας ἐνδόξως σώζειν." 6 7

Disciplinam militarem restituit.

Πάντες δ' οἱ παρόντες οὕτως ἀπεδέξαντο τὰ ῥηθέντα, καὶ τὸν νοῦν τῆς παρακλήσεως ἐθαύμασαν, ὡς καὶ παραχρῆμα μὲν ἐκπορευόμενοι τὸ βουλευτήριον, εὐθέως ἐνεδείκνυντο τοὺς κεκαλλωπισμένους, καὶ διακλίνειν ἐνίους ἠνάγκαζον τῆς ἀγορᾶς. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς ἐξοπλισίαις καὶ στρατείαις παρετήρουν σφᾶς αὐτοὺς ἐν τοῖς προειρημένοις. 8 9

Philopœmenis morum simplicitas.

x. Οὕτως εἷς λόγος, εὐκαίρως ῥηθεὶς ὑπ' ἀνδρὸς ἀξιοπίστου, πολλάκις οὐ μόνον ἀποτρέπει τῶν χειρίστων, ἀλλὰ καὶ παρορμᾷ πρὸς τὰ κάλλιστα τοὺς ἀνθρώπους. ὅταν δὲ καὶ τὸν ἴδιον βίον ἀπόλουθον εἰσφέρηται τοῖς εἰρημένοις ὁ παρακαλῶν, ἀνάγκη λαμβάνειν [r]τὴν πρώτην πίστιν τὴν παραίνεσιν. ὃ δὴ περὶ ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα μάλιστ' ἄν τις ἴδοι γιγνόμενον. Κατά τε 1 2 3

[q] *καθαριώτερα* correxit Casaub. *καθαρειότερα* Herv. cum MStis et Suida; quod ex *καθαρειότερα* depravatum videtur. [r] *τὴν πρώτην παραίνεσιν τὴν πίστιν* suspicatus est Gronov.

galeam; etiam atque etiam videndum, ut mundiora et exquisitiora ista sint, quam chlamys aut tunica. Ubi enim, quæ ad speciem dumtaxat faciunt, majore studio excolantur iis quæ ad usum deserviunt, ibi manifestum esse vel ex eo ipso statim, qualis prœliorum eventus sit futurus. Omnino vero id postulabat PHILOPŒMEN, ut *cuncti sibi persuaderent, cultus nimiam curam mulieri convenire, et ei quidem non nimis modestæ; armorum vero pretiosorum studium et decus viris fortibus, qui et suam et patriæ salutem cum gloria conservare propositum habeant.* Hæc dicenti omnes, qui aderant, adsentiri, ac præclare monentis prudentiam sic admirari, ut e vestigio curia egressi, nitidiore cultu insignes digito statim indicarent, quædam etiam forum devitare adigerent. Sed multo magis cum in decursionibus, tum in expeditionibus, sese mutuo, quod ad prædictas res adtinet, observabant.

x. Adeo unica sæpe oratio, ab auctoritatis magnæ viro tempestive habita, non solum a pessimis revocare homines moribus, sed etiam ad honestissima instituta potest impellere. Quod si vero vitam quoque suam dictis congruentem, qui monet, exhibuerit; tum necesse est præcipuum pondus habeat ejus cohortatio. Quod sane in eo viro, ut si in ullo unquam

Digitized by Google

γὰρ τὴν ἐσθῆτα καὶ σίτησιν ἀφελὴς καὶ λιτὸς ἦν· A. U. 546.
ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς τοῦ σώματος θεραπείας, ἔτι δὲ
4 καὶ τὰς ἐντεύξεις, εὐπερίσκεπτος καὶ ἀνεπίφθονος. Περί Auctoritas apud suos.
γε μὴν τοῦ παρ' ὅλον τὸν βίον ἀληθεύειν, μεγίστην
ἐποιήσατο σπουδήν. τοιγάρτοι βραχία καὶ τὰ τυχόντα
ἀποφαινόμενος, μεγάλην [s]ἐγκατέλειπε πίστιν τοῖς ἀκού-
5 ουσι. παράδειγμα γὰρ ἐν πᾶσι τὸν ἴδιον βίον εἰσφερό-
μενος, οὐ πολλῶν ἐποίει προσδεῖσθαι λόγων τοὺς ἀκού-
6 οντας. διὸ καὶ πολλάκις λόγους μακροὺς, καὶ δοκοῦν-
τας ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων δεόντως εἰρῆσθαι, δι'
ὀλίγων ῥημάτων τῇ πίστει καὶ ταῖς ἐννοίαις τῶν πρα-
7 γμάτων ὁλοσχερῶς ἐξέβαλε. Πλὴν τότε, συντελεσθέν-
τος τοῦ διαβουλίου, πάντες ἐπανῆγον ἐπὶ τὰς πόλεις, τά
τε ῥηθέντα καὶ τὸν ἄνδρα διαφερόντως ἀποδεδεγμένοι,
καὶ νομίζοντες, οὐδ' ἂν παθεῖν οὐδὲν δεινὸν ἐκείνου
8 προεστῶτος. Ὁ δὲ Φιλοποίμην εὐθέως ἐπορεύετο εἰς Achæos exercet Philopœmen.
τὰς πόλεις, ἐνεργῶς καὶ μετὰ σπουδῆς ποιούμενος τὴν
9 ἔφοδον. κἄπειτα συναγαγὼν τοὺς ὄχλους, [t]ἅμα μὲν
συνέταξε, * * · καὶ τέλος οὐδ' ὅλους ἀνὼ μῆνας
χρησάμενος τῇ τοιαύτῃ παρασκευῇ καὶ μελέτῃ, συνῆγε
τὰς δυνάμεις εἰς Μαντίνειαν, διαγωνιούμενος πρὸς τὸν

[s] Vulgo ἐγκατέλιπε. [t] *Lacunæ signum* adjecit Casaubonus. Deesse verba ἅμα δ' ἐγύμναζε, perspecte suspicatus est Reiskius.

alio, videres. Erat enim ille in vestitu et victu facilis et parvo contentus. Pariter et in corporis famulitio, et in congressibus item, simplex erat, et ab omni invidioso fastu alienus. Ante omnia id summo studio per omnem vitam curabat, ut vera loqueretur: ex quo fiebat, ut quoties aliquid diceret, licet pauca verba proferret, quæque viderentur aliud agenti excidisse, maxime tamen illi apud audientes fides constaret. Nam quum vitam ita instituisset suam, ut pro exemplo esset omnibus exposita; facile utique obtinebat, ut ad faciendam fidem multis verbis opus non haberet. Sæpe igitur orationes longas, quæ magna etiam cum ratione a diversum in republica sentientibus adlatæ in medium fuisse videbantur, brevi ipse sermone (tantum apud cives et fides hujus viri valebat, et rerum gestarum cogitatio) funditus evertit. Ut redeam ad rem; dimisso concilio, ad suas quique civitates reverterunt, et cohortationem hanc et illius auctorem summopere comprobantes, persuasique, eo rempublicam gubernante, nihil adversi esse sibi metuendum. *Philopœmen* sine ulla mora urbes circumire, summo labore et studio omnia lustrare. Deinde multitudine in singulis locis convocata, simul centuriavit [et exercuit.] Octo ad summum menses, et ne eos quidem integros, in adparatu copiarum et exercitatione Philopœmen impenderat, quando, pro libertate omnium Peloponnesiorum cum tyranno

Digitized by Google

Ol. 143. 1. τύραννον ὑπὲρ τῆς ἁπάντων τῶν Πελοποννησίων ἐλευθερίας.

Pugna cum Machanida ad Mantineam.

XI. Ὁ δὲ Μαχανίδας, κατατεθαρρηκὼς, καὶ νομίζων, ὡσανεὶ κατ' εὐχὴν αὐτῷ γίγνεσθαι τὴν τῶν Ἀχαιῶν ὁρμὴν, ἅμα τῷ γνῶναι, διότι συνηθροισμένοι τυγχάνουσιν εἰς τὴν Μαντίνειαν· παρακαλέσας ἐν Τεγέᾳ [u]τοὺς Λα- 2
κεδαιμονίους τὰ πρέποντα τοῖς καιροῖς, εὐθέως εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, ἅρτι τῆς ἡμέρας ἐπιφαινούσης, προῆγεν ὡς ἐπὶ τὴν Μαντίνειαν· τῆς μὲν φάλαγγος παθηγούμενος τῷ 3
δεξιῷ κέρατι, τοὺς δὲ μισθοφόρους ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους τῆς πρωτοπορείας παραλλήλους ἄγων, ἐπὶ δὲ τούτοις ζεύγη, πλῆθος ὀργάνων καὶ βελῶν κομίζοντα καταπελτικῶν. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Φιλοποίμην, 4
εἰς τρία μέρη διηρηκὼς τὴν δύναμιν, ἐξῆγεν ἐκ τῆς Μαντινείας, κατὰ μὲν τὴν εἰς τὸ Ποσειδῶνος ἱερὸν φέρουσαν τοὺς Ἰλλυριοὺς καὶ θωρακίτας, ἅμα δὲ τὸ ξενικὸν ἅπαν καὶ τοὺς εὐζώνους· κατὰ δὲ τὴν ἐξῆς ὡς πρὸς τὰς δύσεις, τοὺς φαλαγγίτας· ἔτι δὲ κατὰ τὴν
Acies Philopœmenis. ἐχομένην τοὺς πολιτικοὺς ἱππεῖς. Τοῖς μὲν οὖν εὐζώνοις 5
κατελάβετο πρώτοις τὸν λόφον τὸν πρὸ τῆς πόλεως, ὃς ἀνατείνων ἱκανὸν ὑπὲρ τὴν ὁδὸν κεῖται τὴν Ξενίδα, καὶ τὸ προειρημένον ἱερόν· τοὺς δὲ θωρακίτας συνάπτων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν κατέστησε· τούτοις δὲ συνεχεῖς τοὺς Ἰλλυριοὺς παρενέβαλε. μετὰ δὲ τούτους, ἐπὶ τὴν αὐτὴν 6

[u] τοὺς Λακεδαιμονίους correxit Casaub. τοῖς Λακεδαιμονίοις Herv. cum MStis.

acie decreturus, *Mantineam* exercitum congregavit.

XI. *Machanidas*, cui suæ vires placebant, expeditionem hanc Achæorum adversus se velut omnibus votis expetendam sibi ratus; ut primum Mantineam convenisse hostium copias cognovit, hortatus Tegeæ *Lacedæmonios*, prout tempus monebat, postero statim die primo diluculo *Mantineam* duxit. In dextro phalangis cornu curabat ipse: mercenarii ad latus utrumque primi agminis æquis passibus procedebant: sequebantur carri, vim magnam qua tormentorum qua telorum catapulticorum devehentes. Eodem etiam tempore *Philopœmen*, diviso in tres partes exercitu, ipse quoque Mantinea eduxit. Per eam portam, qua ad Neptuni fanum itur, Illyrios et loricatos emisit, et mercenariorum universam manum, itemque expeditos: per eam, quæ proxime sequebatur occidentem versus, phalangitas; per huic proximam, equites urbanos. Primos omnium expeditos misit ad occupandum tumulum, qui in altitudinem satis magnam ante urbem se adtollens, viæ imminet, quam Xenidem vocant, et prædicto fano: prope istos, versus meridiem, loricatos stare jussit: continentes his Illyrios locavit. Secun-

Digitized by Google

εὐθεῖαν, τὴν φάλαγγα κατὰ τέλη σπειρηδὸν ἐν διαστή- A. U. 547.
μασιν ἐπέστησε παρὰ τὴν τάφρον, τὴν φέρουσαν [x]ἐπὶ
τοῦ Ποσειδίου διὰ μέσου τοῦ τῶν Μαντινέων πεδίου,
καὶ συνάπτουσαν τοῖς ὄρεσι τοῖς συντερμονοῦσι τῇ τῶν
7 [y]Ἐλισφασίων χώρᾳ. πρὸς μὲν τούτοις ἐπὶ τὸ δεξιὸν
κέρας ἐπέστησε τοὺς Ἀχαϊκοὺς ἵππεῖς, ὧν Ἀριστεί-
νετος ἡγεῖτο Δυμαῖος· κατὰ δὲ τὸ λαιὸν αὐτὸς εἶχε τὸ
ξενικὸν ἅπαν ἐν ἐπαλλήλοις τάξεσιν.

XII. Ἅμα δὲ [z]τῷ σύνοπτον ἤδη καλῶς εἶναι παρα- Philopœ-
γενομένην τὴν τῶν ὑπεναντίων δύναμιν, ἐπιπορευόμενος men horta-
τὰ συστήματα τῶν φαλαγγιτῶν παρεκάλει βραχέως tur suos.
2 μὲν, ἐμφαντικῶς δὲ τοῦ παρόντος κινδύνου. Τὰ μὲν οὖν
πλεῖστα τῶν λεγομένων ἀσαφῆ συνέβαινε γίγνεσθαι·
διὰ γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν [a]καὶ πίστιν τῶν ὄχλων
εἰς τοιαύτην ὁρμὴν καὶ προθυμίαν παρέστη τὸ πλῆθος,
ὥστε παραπλησίαν ἐνθουσιασμῷ τὴν ἀντιπαράκλησιν
γίγνεσθαι τῶν δυνάμεων, ἄγειν καὶ θαρρεῖν αὐτὸν πα-
3 ρακελευομένων. τοῦτο [b]μέντοι τὸ παράπαν ἐπιμελῶς
ἐπειρᾶτο διασαφεῖν, ὅτε [c]λάβοι καιρὸν, ὅτι τοῖς μὲν
ὑπὲρ αἰσχρᾶς καὶ ἀπονενοημένης δουλείας, τοῖς δὲ ὑπὲρ

[x] ἀπὸ τοῦ Ποσ. in Lat. vers. expressit Casaub. *ab æde Neptuni.* [y] Ἐλικασίων suspicatus est Gronov. [z] τῷ σύνοπτον cum Reiskio correxi. τούτῳ συνάπτον Herv. cum MStis. Et hæc, et quæ sequuntur, Casaubonus cum Ursino, invitis libris, in hunc modum immutavit: Ἅμα δὲ τῷ τοῦ συνάπτειν ἤδη καιρὸν εἶναι, παραγινομένων τῶν ὑπεναντίων δυνάμεων &c. [a] Sic cum Casaub. correxi: sed teneri fortasse potuerat consentiens librorum scriptura καὶ πλείστην. [b] μὲν τὸ παράπ. Herv. cum libris: quod in μέντοι παράπαν mutavit Casaub. Prætuli Reiskii emendationem. [c] Et hoc Reiskius monuit. λάβοιεν καιρὸν Herv. cum Aug. Reg. F. Vesont. λάβοι ἐν καιρῷ Reg. G. λάβοις καιρὸν Casaub.

dum hos, super eadem recta linea, phalangem, cohortatim in suas partes (Græci *tele* nuncupant) divisam, et spatiis intermediis distinctam, ordinavit secundum fossam, quæ versus eadem Neptuni ducit per medios Mantinensium campos, et ad montes pertinet, *Elisphasiorum* agro finitimos. Juxta hos autem in dextro cornu equites Achaicos, ductore *Aristæneto* Dymæo, disposuit. Ipse in lævo cornu stabat cum omnibus mercenariis, quorum ordines presse alii aliis succedebant.

XII. Postquam prope jam in conspectu erant hostium copiæ, *Philopœmen*, phalangitarum agmina obiens, paucis eos verbis est adlocutus, sed iis, quæ ad declarandum, qualenam esset præsens periculum, pertinerent. Et pars quidem maxima dictorum vix potuit intelligi: nam propter summam hominum erga ipsum benevolentiam et fidem, eum multitudo sumsit impetum, eaque alacritas omnium in animis est exorta, ut, veluti divino furore perciti, hortantem imperatorem vice versa cohortarentur ipsi, et ducere atque bono esse animo juberent. At illud tamen omnino præcipuo semper studio, quoties concedebat tempus, monere suos conabatur, *hostibus pro fœda et ignominiosa servitute, ipsis pro libertate in ævum sem-*

Digitized by Google

Ol. 143. 1. Acias Machanidæ.

ἀσιμνήστου καὶ λαμπρᾶς ἐλευθερίας συνέστησεν ὁ παρὼν κίνδυνος. Ὁ δὲ Μαχανίδας τὸ μὲν πρῶτον ὑπέδειξεν, ὡς ὀρθίᾳ τῇ φάλαγγι προσμίξων πρὸς τὸ δεξιὸν τῶν πολεμίων· ἐπεὶ δ' ἐπλησίασε, λαβὼν σύμμετρον ἀπόστημα, περιέκλα τὴν δύναμιν ἐπὶ δόρυ, καὶ παρεκτείνας, ἴσον ἐποίησε τὸ παρ' αὐτοῦ δεξιὸν τῷ τῶν Ἀχαιῶν εὐωνύμῳ, τοὺς δὲ καταπέλτας πρὸ πάσης ἐπέστησε τῆς δυνάμεως ἐν διαστήμασιν. Ὁ δὲ Φιλοποίμην, θεασάμενος αὐτοῦ τὴν ἐπιβολήν, ὅτι τοῖς καταπέλταις ἐπενόει βαλὼν εἰς τὰς στείρας τῶν φαλαγγιτῶν τραυματίζειν τοὺς ἄνδρας, καὶ θόρυβον ἐμποιεῖν τοῖς ὅλοις· οὐκέτι χρόνον ἔδωκεν, οὐδ' ἀναστροφήν, ἀλλὰ διὰ τῶν Ταραντίνων ἐνεργῶς ἐχρῆτο τῇ καταρχῇ τοῦ κινδύνου κατὰ τοὺς περὶ τὸ Ποσείδιον τόπους, ὄντας ἐπιπέδους, καὶ πρὸς ἱππικὴν εὐφυεῖς χρείαν. Ὁ δὲ Μαχανίδας ὁρῶν τὸ γιγνόμενον, ἠναγκάζετο ποιεῖν τὸ παρακλήσιον, καὶ συναφεῖναι τοὺς παρ' αὐτοῦ Ταραντίνους.

Committitur pugna per Tarentinos.

Pugnæ ad Mantineam initium.

XIII. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον αὐτῶν τούτων ἀνδρῶδης ἦν ἡ σύμπτωσις· κατὰ βραχὺ δὲ προσγιγνομένων τοῖς πιεζομένοις τῶν εὐζώνων, ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ συνέβη [c]τὸ παρ' ἑκατέρων ξενικὸν ἀναμὶξ γενέσθαι. πάντῃ δὲ τούτων συμπλοκῆς ἀθρόως καὶ κατ' ἄνδρα γιγνομένης, ἐπὶ πολὺν χρόνον πάρισος ἦν ὁ κίνδυνος [d]οὗτος, ὥστε

[c] Abest artic. τὸ ab Herv. et MStis: Casaubonus post παρ' ἑκατ. adjecit, mihi præponendus visus est. [d] οὗτος revocavi ex Herv. et libris nostris. οὕτως cum Ursino prætulit Casaub.

piternum memorabili et illustri, præsens certamen esse propositum. Machanidas eam principio speciem præbebat, quasi directa in longum phalange dextrum Achæorum cornu esset petiturus: qui tamen, ut propius accessit, idoneo ad id sumto spatio, dextrorsum iuflexit agmen, et eo usque extendit, ut lævam hostium aciem æquaret; catapultas autem ante totius aciei frontem per intervalla disposuit. *Philopœmen*, videns illius consilium infestandi catapultis phalangitarum cohortes, et militibus convulnerandis universam aciem turbandi, omni abrupta mora, ne spatium daret Machanidæ exsequendi quod volebat, *Tarentinis* pergere in hostem jussis, prope Neptuni fanum, ubi sunt loca plana et equestri dimicationi apta, pugnam strenue commisit. Quod ut vidit tyrannus, ipse quoque idem facere, et suos pariter Tarentinos emittere est coactus.

XIII. Ita primus conflictus per solos *Tarentinos*, viriliter rem gerentes, est commissus. Sed quum paullatim expediti laborantibus se adjungerent, brevissimo evenit tempore, ut omnes utriusque partis *mercenarii* in unum miscerentur. Quibus et confertim et viritim passim decertantibus, perdiu

Digitized by Google

τὰς λοιπὰς δυνάμεις, καραδοκούσας καθ' ὁποτέρων ὁ A. U. 547.
κονιορτὸς τραπήσεται, μὴ δύνασθαι συμβαλεῖν, [e]διὰ τὸ
ἀμφοτέρους ἐπὶ πολὺ διακατέχοντας ἐν τῇ μάχῃ τὸν ἐξ
3 ἀρχῆς τόπον. χρόνου δὲ γιγνομένου, κατίσχυον καὶ τῷ
πλήθει καὶ ταῖς εὐχειρίαις, διὰ τὴν ἕξιν, οἱ παρὰ τοῦ
4 τυράννου μισθοφόροι. Τοῦτο δ' εἰκότως [f]καὶ τότε καὶ Mercenarii tyrannorum fortius pugnare solent.
5 τὸ παράπαν εἴωθε γίγνεσθαι. Ὅσῳ γὰρ συμβαίνει τοὺς
ἐν ταῖς δημοκρατίαις ὄχλους προθυμοτέρους ὑπάρχειν ἐν
τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι τῶν τοῖς τυράννοις [g]πολιτικῶν
ὑποταττομένων· τοσούτῳ τὰ παρὰ τοῖς μονάρχοις ξενικὰ
τῶν ἐν ταῖς δημοκρατίαις μισθοφορούντων εἰκὸς ὑπερ-
6 άγειν καὶ διαφέρειν. ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνων οἷς μὲν
ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐστὶν, οἷς δ' ὑπὲρ δουλείας ὁ κίνδυνος·
οὕτως ἐπὶ τῶν μισθοφόρων οἷς μὲν ὑπὲρ ὁμολογουμένης
ἐπανορθώσεως, οἷς δ' ὑπὲρ προδήλου βλάβης [h]γίγνεται
7 φιλοτιμία. δημοκρατία μὲν γὰρ, ἐπανελομένη τοὺς
ἐπιβουλεύσαντας, οὐκέτι μισθοφόροις τηρεῖ τὴν ἑαυτῆς
ἐλευθερίαν· τυραννὶς δ', ὅσῳ μειζόνων ἐφίεται, τοσούτῳ
8 πλειόνων προσδεῖται μισθοφόρων. πλείονας γὰρ ἀδι-
κοῦσα, πλείονας ἔχει καὶ τοὺς ἐπιβουλεύοντας. ἡ δὲ

[e] Mendose Herv. διὰ μὲν ἀμφοτ. consentientibus codd. [f] Sic corrigendum putavi. καὶ τότε παράπαν Herv. cum MStis. καὶ τότε καὶ παράπαν Casaub. [g] πολιτικῶν ex Casauboni et Reiskii conject. scripsi. πολεμικῶν ὑποταττ. Hervag. cum MStis. Vocabulum e Græco contextu ejecit Casaub. [h] γίγνεται ab Ursino recepit Casaub. γίγνεσθαι Herv. consentientibus libris, unde forsan cum Reiskio legendum γίγνεσθαι φιλεῖ ἡ φιλοτιμία.

anceps illud stetit certamen; ita quidem, ut ceteræ copiæ, exspectantes quamnam in partem se pulvis excitatus versurus esset, conjicere exitum rei non possent, propterea quod perdiu utraque pars stationem, quam initio ceperat, tuebatur. Ad extremum tamen denique prævaluerunt qui pro tyranno militabant stipendiarii, et numero et dexteritate arma tractandi propter adsuetudinem præstantes. Neque vero obscura est ratio, cur non tunc solum ita evenerit, sed ita semper fieri soleat. Quanto enim alacrius multitudo *civitatum liberarum* bellica certamina capessere amat, quam plebs urbana *tyranno* subdita: tantum liberarum civitatum mercenarios a stipendiariis monarcharum virtute superari atque antecelli, consentaneum est. Nam ut *civium*, quos dixi, alteri pro libertate, alteri pro servitute adserenda, dimicant: ita *mercenariorum* altera pars pro commodis ex pacto sibi debitis contendit, altera pro damno manifesto. Quippe *respublica*, simulatque eos sustulit, qui suæ libertati insidiabantur, non amplius per mercenarios suam libertatem tuetur: *tyrannis* vero, quo majora adpetit, eo pluribus indiget mercenariis. Ut enim pluribus injurias infert; ita plures,

Digitized by Google

Ol. 143. 1. τῶν μονάρχων ἀσφάλεια τὸ παράπαν ἐν τῇ τῶν ξένων εὐνοίᾳ κεῖται καὶ δυνάμει.

Fugantur mercenarii Achæorum.

XIV. Διὸ δὴ καὶ τότε συνέβαινε, τὸ παρὰ τῷ Μαχανίδᾳ ξενικὸν οὕτως ἐκθύμως ἀγωνίζεσθαι καὶ βιαίως, ὥστε μηδὲ τοὺς ἐφεδρεύοντας τοῖς ξένοις Ἰλλυριοὺς καὶ θωρακίτας δύνασθαι τὴν ἔφοδον αὐτῶν ὑπομεῖναι, πάντας δ' ἐκπιεσθέντας φεύγειν προτροπάδην ὡς ἐπὶ τῆς Μαντινείας, ἀπεχούσης τῆς πόλεως ἑπτὰ σταδίους.

Prudens constantia Philopœmenis.

Ἐν ᾧ δὲ καιρῷ τὸ παρ' ἑνίοις ἀπορούμενον τότε παρὰ 2
πᾶσιν ὁμολογούμενον ἐγένετο καὶ συμφανὲς, ὅτι πλεῖστα τῶν [i] κατὰ πόλεμον συντελουμένων [k] παρὰ τὴν τῶν ἡγουμένων ἐμπειρίαν, καὶ πάλιν ἀπειρίαν, ἐπιτελεῖται. Μέγα μὲν γὰρ ἴσως καὶ τὸ, προτερήματος ἀρχὴν 3
λαβόντα, προσθεῖναι τἀκόλουθον· πολὺ δὲ μεῖζον, τὸ, σφαλέντα ταῖς πρώταις ἐπιβολαῖς, μεῖναι παρ' αὐτὸν, καὶ συνιδεῖν τὴν τῶν εὐτυχούντων ἀκρισίαν, καὶ συνεπιθέσθαι τοῖς τούτων ἁμαρτήμασιν. ἰδεῖν γοῦν ἐστι πολ- 4
λάκις, τοὺς μὲν ἤδη δοκοῦντας πεπροτερηκέναι μετ' ὀλίγον τοῖς ὅλοις ἐσφαλμένους· τοὺς δ' ἐν ἀρχαῖς δόξαντας ἑπταικέναι, πάλιν ἐκ μεταβολῆς παρὰ τὴν αὐτῶν ἀγχίνοιαν τὰ ὅλα παραδόξως κατωρθωκότας. ὃ δὴ καὶ τότε προφανῶς ἐδόκει περὶ τοὺς ἡγεμόνας 5

[i] *κατὰ τὸν πόλεμον* malim. [k] Verba *παρὰ τὴν τῶν ἡγουμένων* ex Gronovii et Reiskii conject. adjeci. Possis et *κατὰ* pro *παρὰ* suspicari. Defectum notaverat Casaub.

qui sibi insidientur, invenit. Est autem *tyrannorum securitas* in peregrini militis benevolentia et viribus posita.

XIV. Propter hanc igitur causam, quæ tunc aderat *Machanidæ* militis peregrini manus, ea obstinatione animorum et violentia pugnavit, ut ne Illyrii quidem et loricati, qui stipendiarios Achæorum a tergo sustentabant, impetum ipsorum ferre potuerint; sed, velut elisi urgentis hostis pondere, effusa fuga Mantineam, septem inde stadia distantem, petierint. Quo sane tempore res apud multos controversa confessione omnium clare est probata; *plurima eorum, quæ in bellis fiunt, per ducum sive peritiam sive imperitiam evenire.* Nam quum magnæ sit dubio procul virtutis, ubi bene rem gerere cœperis, læto fine quod institueris terminare; majus tamen et magis arduum est, postquam tua prima consilia infeliciter cesserint, consistere te posse mente, et eorum, quibus favet fortuna, animadvertere inopiam judicii, et ex eorum peccatis occasionem bene gerendæ rei captare. Sæpe enim est cernere, eos, qui superiores jamjam videbantur evasisse, mox universo prælio esse victos: alios contra, qui per initia offenderant, postmodum mutata rerum facie summæ rei victoriam sua sollertia præter opinionem omnium esse consecutos. Id ipsum tunc ambobus imperatoribus manifeste usu venisse videtur. Nam

Digitized by Google

6 ἀμφοτέρους γεγονέναι. Τοῦ γὰρ ξενικοῦ παντὸς ἐγκε- A. U. 547.
κλικότος τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ παραλελυμένου τοῦ λαιοῦ Machanidæ imperitia.
κέρως, [l] ὁ μὲν Μαχανίδας, ἀφέμενος τοῦ μένειν ἐπὶ τῶν
ὑποκειμένων, καὶ τοὺς μὲν κατὰ κέρας ὑπεραίρειν,
[m] τοῖς δὲ κατὰ πρόσωπον ἄγειν, καὶ πειρᾶσθαι τῶν
7 ὅλων, τούτων μὲν οὐδὲν ἔπραξεν· ἀκρατῶς δὲ καὶ
μειρακιωδῶς συνεκχυθεὶς τοῖς ἑαυτοῦ μισθοφόροις, ἐπ-
έκειτο τοῖς φεύγουσιν, ὥστε οὐκ αὐτὸν τὸν φόβον
ἱκανὸν ὄντα, τοὺς ἅπαξ ἐγκλίναντας ἄχρι τῶν πυλῶν
συνδιώκειν.

XV. Ὁ δὲ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς ἕως μὲν τοῦ Philopœ-
δυνατοῦ διακατεῖχε τοὺς μισθοφόρους, ἐπ' ὀνόματος men reparat
2 καλῶν καὶ παροξύνων τοὺς ἡγεμόνας. ἐπεὶ δ' ἑώρα damnum.
τούτους ἐκβιαζομένους, οὐ πτοηθεὶς ἔφευγεν, οὐδ' ἀθυ-
μήσας ἀπέστη, ἀλλ' ὑποστείλας αὐτὸν ὑπὸ τὸ τῆς
φάλαγγος κέρας, ἅμα τῷ παραπεσεῖν τοὺς διώκοντας,
καὶ τὸν τόπον γενέσθαι ἔρημον, καθ' ὃν ὁ κίνδυνος ἦν,
[n] παραγγείλας εὐθέως τοῖς πρώτοις τέλεσι τῶν φαλαγ-
γιτῶν, ἐπ' ἀσπίδα κλίνειν, προῆγε μετὰ δρόμου, τηρῶν
3 τὰς τάξεις. καταλαβόμενος δὲ τὸν ἐλλειφθέντα τόπον
ὀξέως, ἅμα μὲν ἀπεστίγμητο τοὺς διώκοντας, ἅμα δὲ
4 ὑπερδέξιος ἐγεγόνει τοῦ τῶν πολεμίων κέρατος. καὶ

[l] ὁ μὲν οὖν Μαχανίδ. Hervag. consentientibus libris. [m] τοῖς ex libris revocavi, in τοὺς mutatum a Casaub. [n] παραγγείλας εὐθέως. Prius verbum abest ab ed. Herv. et MStis: nec desideraretur, si paulo inferius κλίνειν pro κλίνειν legeremus cum Reiskio.

quum peregrinus miles *Achæorum* inclinasset in fugam, et eorum acies cornu lævo esset imminuta; *Machanidas*, qui manere in suscepto consilio debebat, et partim aciei hostilis cornu altero superato eam cingere, partim in oppositos a fronte pugnare, et summæ rei fortunam experiri, hoc omisso incepto, nihil eorum fecit: sed præ impotentia animi et ardore juvenili cum mercenariis suis una effusus, fugientium terga premere institit; quasi vero non sufficeret ipse metus ad eos, qui semel in pedes sese conjecerant, vel usque ad ipsas oppidi portas, compellendos.

XV. Imperator vero *Achæorum*, quoad ejus fieri poterat, mercenariorum suorum fugam impedire summo studio conatus, duces eorum nominatim adpellans, et ad pugnam accendens: ubi violentiæ hostium cedere illos vidit, nequaquam pavore consternatus fugam arripuit, neque animum despondens curam rerum abjecit: sed phalangis suæ cornui se adplicans, posteaquam hostis fugientes persequens esset præterlapsus, et locus pugnæ vacuus relictus, confestim cum primis phalangitarum cohortibus, ad sinistram inclinare jussis, servatis ordinibus, curriculo est progressus. Atque sic, relictum a suis locum propere occupans, eadem opera et persequentem mercenarios hostem ab suo exercitu disclusit, et ultra hostilis aciei

Digitized by Google

Ol. 143. 1. Phalanx Achæorum post fossam locata.

τοὺς μὲν φαλαγγίτας [o]αὐτοῦ παρεκάλει θαῤῥεῖν καὶ μένειν, ἕως ἂν παραγγείλῃ ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγὴν ἀναμίξ· Πολυβίῳ δὲ ἐπέταξε, τῷ Μεγαλοπολίτῃ, τοὺς 5 περιλειπομένους καὶ τοὺς διακεκλικότας τὴν φυγὴν Ἰλλυριοὺς καὶ θωρακίτας καὶ μισθοφόρους συναθροίσαντι, μετὰ σπουδῆς ἐφεδρεύειν τῷ κέρατι τῆς φάλαγγος, καὶ τηρεῖν τὴν ἐπάνοδον τῶν ἐκ διώγματος ἀναχωρούντων.

Lacedæmonii immittunt se fossæ.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, χωρὶς παραγγέλματος, 6 ἐπαρθέντες ταῖς διανοίαις ἐπὶ τῷ τῶν εὐζώνων προτερήματι, [p]καταβαλόντες τὰς σαρίσσας, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς ὑπεναντίους. [q]ὅτε δὲ κατὰ τὴν ἐπαγωγὴν προά- 7 γοντες ἧκον ἐπὶ τὸ τῆς τάφρου χεῖλος, τὰ μὲν οὐκ ἔτι διδόντος τοῦ καιροῦ μεταμέλειαν, ὥστε ἐν χερσὶν ὄντας τῶν πολεμίων ἀναστρέφειν· τὰ δὲ καὶ τῆς τάφρου 8 καταφρονήσαντες, διὰ τὸ τὴν κατάβασιν ἔχειν ἐκ πολλοῦ, καὶ μήθ' ὕδωρ [r]κατὰ τὸ τέλος ἐν αὐτῇ, [s]μήτε τινὰ ἀγρίαν ὕλην ὑπάρχειν, ὥρμησαν ἀνεπιστάτως διὰ ταύτης.

Cædes et fuga Lacedæmoniorum.

XVI. Ὁ δὲ Φιλοποίμην, ἅμα τῷ παραπεσεῖν κατὰ τῶν ὑπεναντίων τὸν ἐκ πολλοῦ χρόνου ἑωραμένον ὑπ' αὐτοῦ καιρὸν, τότε πᾶσιν ὑπάγειν τοῖς φαλαγγίταις καταβαλοῦσι τὰς σαρίσσας παρήγγειλε. τῶν δ' 2 Ἀχαιῶν ὁμοθυμαδὸν καὶ μετὰ καταπληκτικῆς κραυγῆς

[o] αὐτοὺς Herv. cum MStis. [p] καταλαβόντες Herv. cum MStis. [q] ὅτε δὲ ex conject. scripsi. Vulgo omnes ὅτι δὴ. [r] θέρος suspicatus erat Casaubonus: *per æstatem*. [s] μήτε τινὰ correxi cum Reiskio. Vulgo μήτε τὴν.

cornu copias suas produxit. Tum phalangitis præcepit, ut forti animo ibi starent, donec signum eis daret hostem conjunctim invadendi. *Polybio* vero Megalopolitæ imperavit, ut Illyrios, loricatosque et mercenarios, qui e pugna superessent, et e fuga declinassent, raptim colligeret, ac pone phalangis cornu commorans tyranni reditum a persecutione fugientium observaret. *Lacedæmonii*, successu inflati propter victoriam suorum mercenariorum, non exspectata ducis tessera, sarissis inclinatis prætentisque Achæos adgrediuntur. Qui dum eunt in hostes, ad labrum fossæ deveniunt. Enimvero neque in occasione tam præcipiti locus pœnitentiæ ullus erat, ut, qui prope jam cum adversariis manus conserebant, pedem referrent: et fossam ipsi aspernabantur, quod per lenem declivitatem e longinquo in eam descendebatur, et quod nihil prorsus in ea exstabat aquæ, neque spinosis fruticibus ullis erat consita. Itaque temere et inconsiderate per illam ruunt.

XVI. *Philopœmen*, ut primum bene gerendæ rei adversus hostes occasio exstitit, quam multo ante prævideratat, omnibus statim phalangitis sarissas inclinandi, et succedendi in hostem signum dedit. Quum *Achæi* uno consensu, et terribili clamore edito, im-

Digitized by Google

ποιησαμένων τὴν ἔφοδον, οἱ μὲν προδιαλελυκότες τὰς A. U. 547.
τάξεις τῶν Λακεδαιμονίων, [c]ἐντὸς τῆς τάφρου καταβαίνοντες, [u]πρὸς ὑπερδεξίους τοὺς πολεμίους [x]ἀποδει-
3 λιάσαντες, ἐτρέποντο· τὸ δὲ πολὺ πλῆθος ἐν αὐτῇ τῇ τάφρῳ διεφθείρετο, τὸ μὲν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, τὸ δὲ ὑπὸ
4 τῶν ἰδίων. Συνέβαινε δὲ τὸ προειρημένον οὐκ αὐτο- Consilium Philopœmenis.
μάτως, οὐδ' ἐκ τοῦ καιροῦ, διὰ δὲ τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ
5 προεστῶτος. [y]εὐθέως γὰρ προεβάλετο τὴν τάφρον ὁ Φιλοποίμην, οὐ φυγομαχῶν, ὡς τινες ὑπελάμβανον, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀκριβῶς καὶ στρατηγικῶς ἕκαστα συλλογισάμενος, ὅτι παραγενόμενος ὁ Μαχανίδας, εἰ μὲν προσάξει τὴν δύναμιν, οὐ προϊδόμενος τὴν τάφρον [z]οὕτω συμβήσεται παθεῖν αὐτῷ τὴν φάλαγγα [a]τὸ προειρημένον νῦν, γιγνόμενον δὲ τότε ἐπὶ τῆς ἀληθείας·
6 εἰ δὲ συλλογισάμενος [b]τὴν δυσχρηστίαν τῆς τάφρου, κἄπειτα μεταμεληθείς, καὶ δόξας ἀποδειλιᾷν, ἐκ παρατεταγμένων ἀπολύσει, καὶ μακρὰν αὐτὸν [c]ἐμπειρίας

[c] ἐντὸς ex Ursini conject. posuit Casaub. Libri omnes ἐν τῇ τῆς τάφρου. Recte, si sequeretur καταβάσει. [u] Libri πρὸς τοὺς ὑπερδεξ. τοὺς πολ. Delevi priorem articulum; quem tenens Casaub. cum Urs. τοὺς πολεμίους in τῶν πολεμίων mutavit. [x] ἀποδιελιάσαντες ex ingenio Casauboni est. Libri omnes partim προδιλιάσαντες, partim προδιλιάσοντες (sic Aug.) quod ex προδίλιος ὄντας corruptum videri poterat: descendebant adversus hostem manifeste superiorem. [y] Pro εὐθέως γὰρ &c. Hervagius cum Med. habet δὲ εὐθέως προεβάλετο τὴν τάφρον. Ὁ δὲ Φιλοποίμην &c. quod probavit Reiskius. Sic et Aug. et Regii et Vesont. et Tubing. nisi quod initio careant pronomine δέ. [z] οὕτω συμβήσεται cum Urs. correxit Casaub. οὐ συμβ. Herv. et Med. οὕτως συμβ. Urb. Aug. οὐ τοῦτον συμβ. Regii, Vesont. Tubing. [a] τὸ προειρημ. Articulum adjecit Casaub. [b] τὴν δυσχρηστίαν correxi cum Urs. τὸν δύσχρηστον Herv. cum MStis: unde τὸ δύσχρηστον fecit Casaub. [c] ἐμπειρίας διαλελῦ Herv. ed. cum cod. Med. et Casaubono, qui vertit: *quam longe abesset a rei militaris scientia, palam facturum, et sese traducturum, quod sine ullo memorabili certamine &c.* Libri omnes ἐμπειρία διαλέλλυ. An voluerunt ἐν πειρίᾳ δοὺς, μεταβάλλειν?

petum fecissent; *Lacedæmonii*, quorum ordines jam ante, dum intra fossam descendunt, soluti erant, metu hostium e superiori loco pugnantium perculsi, pars in fugam conversi sunt; sed ingens multitudo in ipsa fossa, alii ab Achæis, alii a suis oppressi, perierunt. Quæ res non forte fortuna, aut ex occasione, in hunc modum accidit; sed imperatoris evenit sollertia. Nam ab initio statim munimenti loco fossam hosti objecerat *Philopœmen*: non, quo pugnam detrectaret, ut quidam existimabant; sed quod, ratione exacta et imperatoria prudentia omnia reputans, *futurum* prævideret, *postquam accessisset Machanidas, siquidem fossæ non provisæ copias admoveret, ut phalangi ea acciderent, quæ, ut modo diximus, tunc revera contigerunt: sin difficultatem reputans superandæ fossæ, omisso priore consilio, cum pavoris significatione aciem instructam reduceret, et, postquam longius fuisset progressus, tergadaret; tum vero futurum* prævideret,

Digitized by Google

Ol. 143. 1. διαβαλεῖ, διότι χωρὶς ὀλοσχεροῦς ἀγῶνος αὐτῷ μὲν τὸ νικᾶν, ἐκείνῳ δὲ τἀναντία περίεσται. Πολλοῖς γὰρ ἤδη 7
τοῦτο συμβέβηκεν, οἵ τινες παραταξάμενοι μὲν, οὐκ
[d]ἀξιόχρεως * σφᾶς αὐτοὺς εἶναι τοῖς ὑπεναντίοις ἀγω-
νίζεσθαι, τινὲς μὲν διὰ τόπους, οἱ δὲ διὰ πλῆθος, οἱ δὲ 8
δι' ἄλλας αἰτίας, μακρὰν [e]ἑαυτοὺς δόντες ἐμπειρίας,
κατὰ τὴν ἀπόλυσιν δι' αὐτῶν τῶν οὐραγούντων ἤλπισαν
οἱ μὲν προτερήσειν, οἱ δ' ἀσφαλῶς ἀπολυθήσεσθαι τῶν
πολεμίων. [f]ἐν οἷς δὴ καὶ μέγιστα συμβαίνει τοὺς 9
ἡγουμένους * *[g].

Machanidæ reditum observat Philopœmen.

XVII. Πλὴν ὅγε Φιλοποίμην οὐ διεψεύσθη τῇ προ-
νοίᾳ τοῦ συντελεσθησομένου· [h]τροπὴν γὰρ ἰσχυρὰν συνέ-
βαινε γίγνεσθαι τῶν Λακεδαιμονίων. συνορῶν δὲ τὴν 2
φάλαγγα νικῶσαν, καὶ τὰ ὅλα καλῶς αὐτῷ προχω-
ροῦντα καὶ λαμπρῶς, ἐπὶ τὸ καταλειπόμενον ὥρμησε
τῆς ὅλης ἐπιβολῆς· τοῦτο δ' ἦν, τὸ μὴ διαφυγεῖν τὸν
Μαχανίδαν. Εἰδὼς οὖν αὐτὸν κατὰ τὴν τοῦ διώγματος 3
παράπτωσιν ἀποτετμημένον ἐν τοῖς πρὸς τὴν πόλιν μέ-
ρεσι τῆς τάφρου μετὰ τῶν ἰδίων μισθοφόρων, ἐπαραδόξει
τὴν τούτου παρουσίαν. Ὁ δὲ Μαχανίδας, συνθεωρήσας 4

[d] Ad ἀξιόχρεως intercidisse utique videntur verba ἃ νομίζοντες. Lacunam asterisco notavi. [e] ἑαυτοὺς δόντες ἐμπειρίας. Sic Casaub. δ' αὐτοὺς δόντες ἐμπειρίαν Regii et Med. δ' αὐτοὺς δόντας ἐμπειρίᾳ κατὰ τὴν ἀπόλ. Herv. Aug. Vesont. Tub. Urb. [f] ἐν οἷς δὴ correxit idem Casaub. Libri ἐν οἷς ἃ. [g] Lacunam in Lat. vers. sic supplevit Casaub. *Quo probro nullum quod majus imperatori objectari.* [h] τροπὴν γὰρ. Conjunctionem ignorant Herv. et MSti. Adjecit Casaub.

ut citra gravioris prælii periculum ipse victoriam, Machanidas cladem et ignominiam reportaret. Quod ipsum jam multis exercituum ducibus accidit; qui, ubi aciem jam instruxissent suam, cognito postmodum, idoneum sibi ad dimicandum cum hoste tempus non esse, alii, quod locorum iniquitate terrerentur, alii numero hostium, alii alias ob causas, postquam jam longius erant adversus hostem progressi, pedem retulerunt, et vel sola eorum virtute, qui ultimum cogebant agmen, prosperam pugnam se facturos, vel certe sine discrimine ab adversariis discessuros sperarunt. Quibus occasionibus vel maxime solent imperatores * *.

XVII. At *Philopœmenem* sua conjectura, qua futurum prælii eventum præviderat, non fefellit: secuta namque est effusa *Lacedæmoniorum fuga*. Ille ut phalangem cernit vincere, et, omnibus ex animi sententia succedentibus, insignem paratam esse victoriam; quæ pars totius incepti supererat, eam curare instituit, ne *Machanidas* videlicet effugeret. Quem quum sciret cum suis mercenariis inter persequendum longius progressum, et in ea regione, quæ a fossa ad urbem vergit, interclusum; reditum illius sol-

Digitized by Google

κατὰ τὴν ἀπόλυσιν, τὴν ἀπὸ τοῦ διώγματος, φεύγουσιν A. U. 547. Machanidas a suis exclusus.
τὴν αὐτοῦ δύναμιν, καὶ συλλογισάμενος, διότι προ-
πίπτωσι καὶ διέψευστο τῆς ὅλης ἐλπίδος, εὐθέως ἐπει-
ρᾶτο, συστραφεὶς μεθ' ὧν εἶχε περὶ αὐτὸν ξένων,
ἄθρους διαπεσεῖν διὰ τῶν ἐσπεδασμένων καὶ διωκόντων.
5 εἰς ἃ καὶ συνορῶντες ἔνιοι συνέμενον αὐτῷ τὰς ἀρχὰς,
6 ταύτην ἔχοντες τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας. ὡς δὲ παρα-
γενόμενοι συνεῖδον τοὺς Ἀχαιοὺς τηροῦντας τὴν ἐπὶ τῆς
τάφρου γέφυραν· τότε δὴ πάντες ἐξαθυμήσαντες ἀπέρ-
ριπτον ἀπ' αὐτοῦ, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ἐπορίζετο τὴν
7 σωτηρίαν. Καθ' ὃν δὴ καιρὸν ὁ τύραννος, ἀπογνοὺς
τὴν διὰ τῆς γεφύρας ὁδὸν, παρήλαυνε παρὰ τὴν τάφρον,
ἐνεργῶς διάβασιν ζητῶν.

XVIII. Ὁ δὲ Φιλοποίμην, ἐπιγνοὺς τὸν Μαχανίδαν Machanidas occiditur a Philopœmene.
ἀπό τε τῆς προφυρίδος καὶ τοῦ περὶ τὸν ἵππον κόσμου,
τοὺς μὲν περὶ τὸν [i]Ἀναξίδαμον ἀπολείπει, παρακα-
λέσας τηρεῖν ἐπιμελῶς τὴν δίοδον, καὶ μηδενὸς φείδεσθαι
τῶν μισθοφόρων, διὰ τὸ τούτους εἶναι τοὺς συναύξοντας
2 ἀεὶ τὰς ἐν τῇ Σπάρτῃ τυραννίδας· αὐτὸς δὲ παραλαβὼν
Πολύαινον τὸν Κυπαρισσία, καὶ [k]Σιμμίαν, οἷς ἐχρῆτο
τότε, [l]παρεισπίπτων ἐκ τοῦ πέραν τῆς τάφρου [m]τὴν

[i] Ἀναξίδαμον. Aut h. l. aut paulo inferius peccatum in hoc nomine videtur fuisse a librariis. [k] Σιμμίαν ex Plutarcho correxi. Vulgo Σιμίαν, et sic mox iterum. [l] παρεισπίπτων suspicatus est Reisk. [m] Post τὴν ἀντιπαραγωγὴν hiatum notavi, verbo ἐπιὼν supplendum cum Reiskio. Casaubonus ἄπωθεν in ἀπόθου mutandum conjecerat.

licite exspectabat. *Machanidas*, ab insectatione fugientium revertens, suos conspicatus in fugam aversos, errore animadverso, quod longius esset progressus, eamque ob rem spe universæ victoriæ depulsus; peregrinis quos secum habebat in cuneum statim coactis, per medios hostes, qui solutis ordinibus fugientes persequebantur, manu facta evadere tentavit. Atque hoc consilium ejus intelligentes nonnulli, cum ipso primum manserunt, ea spe salutis freti: qui, ut propius ventum ad pontem fossæ impositum, conspectis Achæis, qui illum servabant, animum omnes despondere, Machanida relicto dilabi, et suæ quisque saluti privatim consulere cœperunt. Eo tempore tyrannus, desperato per pontem transitu, juxta fossam obequitans, commodum ad transeundum locum magno quærebat opere.

XVIII. *Philopœmen*, ubi ex paludamento purpureo et equi ornatu *Machanidam* agnovit, Anaxidamo ad pontis custodiam relicto, eoque multis monito, ut commissam stationem diligenter tueretur, neque ulli mercenariorum parceret, quoniam horum semper ope ac præsidio tyranni Lacedæmone rerum summam obtinerent; ipse, cum esset ab altera parte fossæ, cum Polyæno Cyparissensi, et Simmia, qui tunc ei præsto erant, pro-

Digitized by Google

Ol. 143. 1. Machanidas occiditur a Philopœmene.

ἀντιπαρεγωγὴν * ἅπασιν τῷ τυράννῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ. δύο γὰρ ἦσαν οἱ τότε τῷ Μαχανίδᾳ [n]συμμίξαντες, Ἀναξίδαμος καὶ τῶν μισθοφόρων τις. ἅμα δὲ τῷ τὸν Μαχανίδαν κατά τινα τόπον εὔβατον τῆς τάφρου, προσθέντα τοὺς μύστακας, βίᾳ τὸν ἵππον ἐπάγειν καὶ διαπερᾶν, [o]συναγαγὼν ἐκ μεταβολῆς ὁ Φιλοποίμην αὐτῷ, καὶ παταξας τῷ δόρατι καιρίας, καὶ προσπεσὼν τῷ σαυρωτῆρι πληγὴν ἄλλην ἐκ διαλήψεως, ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε τὸν τύραννον. τὸ δὲ παραπλήσιον ἐγίγνετο καὶ περὶ τὸν Ἀναξίδαμον ὑπὸ τῶν παρίππων. ὁ δὲ τρίτος, ἀπογνοὺς τὴν διάβασιν, διέφυγε τὸν κίνδυνον κατὰ τὸν τῶν προειρημένων φόνον. Πεσόντων δὲ ἀμφοτέρων, εὐθέως οἱ περὶ τὸν Σιμμίαν, σκυλεύσαντες τοὺς νεκροὺς, καὶ συναφελόντες ἅμα τοῖς ὅπλοις τὴν τοῦ τυράννου κεφαλὴν, ἐπείγοντο πρὸς τοὺς διώκοντας· σπεύδοντες ἐπιδεῖξαι τοῖς ὄχλοις τὴν ἀπώλειαν τοῦ τῶν ὑπεναντίων ἡγεμόνος, χάριν τοῦ πιστεύσαντας ἔτι μᾶλλον ἀπτοήτους καὶ τεθαρρηκότας ποιήσασθαι τὸν ἐπιδιωγμὸν τῶν ὑπεναντίων, ἕως τῆς Τεγεατῶν πόλεως. [q]Ὁ καὶ μεγάλα συνεβάλετο πρὸς τὴν ὁρμὴν τῶν ὄχλων. οὐ γὰρ ἧκιστα διὰ τούτων τῆς μὲν Τεγέας ἐξ ἐφόδου κύριοι κατέστησαν, τῆς δ' ἐχομένης παρὰ τὸν Εὐρώταν ἐστρατοπέδευον, κρατοῦντες ἤδη τῶν ὑπαίθρων ἀναμ-

Achæi capiunt Tegeam

3 4 5 6 7 8

[n] *συμμίσαντες* malim cum Reisk. *συνόντων* Ernestius.

[o] *συναγαγὼν* suspicatus est Gronovius,

pere adcurrit, et e regione tyranni ejusque comitum ex modico intervallo obequitavit. Duo enim erant, qui se tyranno conjunxerant, Anaxidamus et mercenariorum aliquis. Statim ut Machanidas, locum nactus facilem ad transeundum fossam, calcaribus admotis equum magna vi impulit, conversus in eum Philopœmen, et trajicientem adgressus, post illatum mucrone hastæ vulnus, mox eadem versa ictum cuspide cominus repetens, in ipso discrimine tyrannum interemit. Simili item modo Anaxidamus ab iis equitibus est exceptus, qui Philopœmenem comitabantur. Tertius, transeundi spe omissa, dum reliqui occiduntur, periculum evasit. Postquam illi ambo sunt prostrati, propere Simmias, spoliatis cadaveribus, et ablato simul cum armis capite tyranni, ad suos, fugientem hostem persequentes, contendit. De exitio namque ducis hostium certiores illos reddere properabat, ut, ea re explorata, majore fiducia et minore cum suspicione ullius mali, ad oppidum usque Tegeatarum insectarentur hostes. Et mirum in modum ea res alacritatem multitudinis intendit: fuitque ea vel potissima caussa, cur *Tegeam* primo impetu caperent, ac postero die, omnem jam sine controversia regionem obtinentes, castra ad Eurotam metarentur. Ita,

Digitized by Google

9 φισβητήτως. καὶ πολλῷ χρόνῳ οὐ δυνάμενοι τοὺς πολε- A. U. 547.
μίους ἐκ τῆς οἰκείας ἀπώσασθαι, τότε πᾶσαν ἀδεῶς
10 ἐπόρθουν αὐτοὶ τὴν Λακωνικήν· τῶν μὲν ἰδίων οὐ πολ- et impune prædantur Laconicam.
λοὺς ἀπολωλεκότες ἐν τῇ μάχῃ, τῶν δὲ Λακεδαιμονίων
ἀπεκτακότες μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισχιλίων,
ζωγρείᾳ δ' εἰληφότες ἔτι πλείους τούτων, ὁμοίως δὲ καὶ
τῆς ἀποσκευῆς κεκυριευκότες ἁπάσης καὶ τῶν ὅπλων.

III.

BELLUM HANNIBALICUM.

Laus Hannibalis.

* * *

Ol. 143. 2. A. U. 548. Imperatoria virtus.

XIX. ΤΙΣ οὐκ ἂν ἐπισημήναιτο τὴν [p] ἡγεμονείαν καὶ
τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν δύναμιν ἐν τοῖς ὑπαίθροις τἀνδρός·
2 βλέψας ἐς τὸ μῆκος τούτου τοῦ χρόνου, καὶ συνεπι-
στήσας αὐτὸν ἐπί τε τὰς καθόλου καὶ τὰς κατὰ μέρος
μάχας καὶ πολιορκίας, καὶ πόλεων μεταβολὰς, καὶ
περιστάσεις καιρῶν, ἐπί τε τὴν περιοχὴν τῆς ὅλης ἐπι-
3 βολῆς καὶ πράξεως· ἐν ᾗ συνεχῶς Ἀννίβας, ἑκκαίδεκα
πολεμήσας ἔτη [q] Ῥωμαίοις κατὰ τὴν Ἰταλίαν, οὐδέποτε
διέλυσε τὰς δυνάμεις ἐκ τῶν ὑπαίθρων, ἀλλὰ συνέχων
ὑφ' ἑαυτὸν, ὥσπερ ἀγαθὸς κυβερνήτης, ἀστασίαστα

p Sic Aug. et Ves. cum editis. ἡγεμονίαν Regii tres, Tub. q Ῥωμαίους Herv. Aug. Reg. F. G. Vesont.

qui a longo tempore finibus suis hostes expellere non potuerant, universam tunc *Laconicam* impune agebant ferebant: amissis in eo prælio suorum non multis, quum Lacedæmoniorum occidissent ad quatuor millia, ac multo etiam plures vivos cepissent, denique impedimentis omnibus atque armis essent potiti.

III.

Excerpt. Antiq. ex Lib. XI. *Cap.* 17.

* * *

XIX. QUIS *Hannibalem* non prosequatur laudibus ob imperandi scientiam, virtutem, et rei castrensis usum atque peritiam? siquidem ad temporis longitudinem oculos retulerit, et illud attente consideraverit, quoties de summa re prælio contenderit, quot minores pugnas pugnaverit, quot urbes oppugnaverit, quantas civitatum mutationes, quam difficiles temporum vices sit expertus; denique si universam ejus consiliorum et rerum gestarum summam cogitaverit: qui, in Italia cum Romanis per sedecim continuos annos bellum gerens, sub dio semper habuit exercitum, neque di-

Digitized by Google

Ol. 143. 2. Nulla umquam seditio in castris Hannibalis.

διετήρησε τοσαῦτα πλήθη καὶ πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς ἄλληλα· καίτοι οὐχ οἷον ὁμοεθνέσιν, ἀλλ' οὐδ' [r]ὁμοφύλοις χρησάμενος στρατοπέδοις. εἶχε γὰρ Λίβυας, Ἴβηρας, [s]Λιγυστινοὺς, Κελτοὺς, Φοίνικας, Ἰταλοὺς, Ἕλληνας, οἷς οὐ νόμος, οὐκ ἔθος, οὐ λόγος, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἦν κοινὸν ἐκ φύσεως πρὸς ἀλλήλους. ἀλλ' ὅμως ἡ τοῦ προεστῶτος ἀγχίνοια τὰς τηλικαύτας καὶ τοιαύτας διαφορὰς ἑνὸς ἑποίει προστάγματος ἀκούειν καὶ μιᾷ πείθεσθαι γνώμῃ· καίτοι οὐχ ἁπλῆς οὔσης τῆς περιστάσεως, ἀλλὰ καὶ ποικίλης, καὶ πολλάκις μὲν αὐτοῖς λαμπρᾶς ἐπιπνεούσης τῆς τύχης, ποτὲ δὲ τοὐναντίον. 4

Capitale ingenium Hannibalis.

Ἐξ ὧν εἰκότως ἄν τις θαυμάσειε τὴν τοῦ προεστῶτος δύναμιν ἐν τούτῳ τῷ μέρει, καὶ θαρσῶν εἴποι, ὡς, εἴπερ ποιησάμενος τὴν ἀρχὴν ἐπ' ἄλλα μέρη τῆς οἰκουμένης, ἐπὶ τελευταίους ἦλθε Ῥωμαίους, οὐδὲν ἂν τῶν προτεθέντων αὐτὸν διέφυγε. νῦν δ', ἐφ' οὓς ἔδει τελευταίους ἐλθεῖν, ἀπὸ τούτων ἀρξάμενος, ἐν τούτοις ἐποιήσατο καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν πράξεων καὶ τὸ τέλος. 5 6 7

[r] An ὁμοφώνοις? [s] Λιγυστινοὺς inserui cum Med. et Reg. E.

misit umquam; sed tantam militum multitudinem, veluti bonus gubernator, ita sub obsequio suo continuit, ut nulla nec inter ipsos, nec adversus ducem, seditio exstiterit. Atqui erant illius exercitus, non dicam ex *unius populi* hominibus, sed ne ex *eadem* quidem *terra editis*, compositi. Habuit namque Afros, Hispanos, Ligures, Gallos, Pœnos, Italos, Græcos; quibus non lex, non mos, non lingua, nullum denique aliud naturæ jus commune, quod eos inter se jungeret. Et tamen *singulari ducis sollertia* efficiebatur, ut tot tamque diversæ gentes unius imperio auscultarent, et uno consensu ei parerent, quantumvis non semper eadem fortuna, sed admodum varia uterentur: nam prosperrimam quidem sæpe sunt experti, sed et interdum adversam. Quare merito aliquis, in ista intuens, capitale ducis ingenium in hac parte sit admiraturus, et non dubitanter pronunciaturus, *si Hannibal, ab aliis orbis partibus exorsus, novissimos omnium Romanos esset adortus, nihil quidquam ipsum molliturum fuisse, quod non perfecisset.* Nunc, quum eos sit aggressus primos, quos debuerat postremos, ibidem præclara ejus facta et principium et finem habuerunt.

Digitized by Google

VI.

A. U. 548.

SCIPIO IN HISPANIA.

(I.) *Vincit Asdrubalem, Gisconis fil.*

* * *

XX. Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἀσδρούβαν, ἀθροίσαντες τὴν [t]στρατείαν ἐκ τῶν πόλεων, ἐν αἷς ἐποιοῦντο τὴν παραχείμασίαν, προῆλθον, καὶ κατεστρατοπέδευσαν οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως τῆς προσαγορευομένης [u]Ἰλίπας, βαλλόμενοι τὸν [x]χάρακα πρὸς ταῖς ὑπωρείαις, καὶ προβέμενοι πεδία πρὸς ἀγῶνα καὶ πρὸς μάχην εὐφυῆ. 2πλῆθος δὲ πεζῶν μὲν εἶχον εἰς ἑπτὰ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους, θηρία δὲ δυσὶ πλείω τῶν τριάκοντα. 3Πόπλιος δὲ Μάρκον μὲν Ἰούνιον ἐξαπέστειλε πρὸς [y]Κολίχαντα, παραληψόμενον τὰς ἑτοιμασθείσας αὐτῷ παρὰ τούτου δυνάμεις· [z]αὗται δ' ἦσαν, οἱ πεζοὶ μὲν 4τρισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι. τοὺς δὲ λοιποὺς συμμάχους αὐτὸς παρελάμβανε, προάγων καὶ ποιούμενος 5τὴν πορείαν ἐπὶ τὸ προκείμενον. Ἐγγίσας δὲ τῷ Κασταλῶνι καὶ τοῖς περὶ Βαίκυλα τόποις, καὶ συμμίξας ἐνθάδε τῷ Μάρκῳ καὶ ταῖς παρὰ τοῦ Κολίχαντος δυνάμεσιν, εἰς πολλὴν ἀπορίαν ἐνέπιπτε περὶ

Asdrubal ad Ilipam.

M. Junius.

Colchas, regulus Hisp.

[t] In *στρατείαν* nil variant libri. *στρατιὰν* tamen malim. [u] ΙΛΙΠΑΣ ex Strabone aliisque restitui. ΗΑΙΓΓΑΣ dant vulgo editi, consentientibus MStis; quod ex Livio in ΣΙΑΠΙΑΣ mutandum censuerunt viri docti. [x] Vulgo *χάραξα καὶ πρὸς*. Delevi conjunct. cum Reisk. [y] Λίχιντα h. l. Herv. Urb. Reg. F. G. Vesont. Tub. Λίχητα Aug. Λεχίντα Med. Reg. E. [z] *αὗται* ex conj. posui pro *αὐτοὶ*, quod est in libris, quod in *αὐταὶ* mutavit Casaub.

IV.

(I.) *Excerptorum Antiquorum Cap.* 18—22.

* * *

XX. QUUM *Asdrubal, Gisconis filius*, copias ex oppidis, ubi hibernabant, excivisset, ducere instituit: metatusque castra non longe ab oppido, cui *Ilipa* nomen, vallo circumjecto sub radices montis consedit, habens a fronte castrorum patentes campos, ad certamen et dimicationem aptos. Erant autem in ejus exercitu peditum septuaginta millia, equitum quatuor, elephanti duo supra triginta. *Publius* (*Scipio*) vero *M. Junium* (*Silanum*) ad *Colchantem* misit, ut copias ab eo acciperet, quas ille coegerat; quæ erant, peditum tria millia, equites quingenti. Reliquos socios in itinere, dum ire pergebat, et ad destinatum locum tendebat, ipse adsumsit. Ad *Castulonem* ut ventum, et prope *Bæculam*, postquam se junxisset Scipioni Silanus cum traditis sibi auxiliis a Colchante, quid super rebus præsentibus consilii

Digitized by Google

Ol. 143. 2. Sociis Hispanis diffidit Scipio.

τῶν ἐνεστώτων. χωρὶς γὰρ τῶν συμμάχων οὐκ ἀξιό- 6
χρεοι ἦσαν αἱ Ῥωμαϊκαὶ δυνάμεις αὐτῷ πρὸς τὸ διακιν-
δυνεύειν· τὸ δ' ἐπὶ τοῖς συμμάχοις ἔχοντας τὰς ἐλπίδας
ὑπὲρ τῶν ὅλων κινδυνεύειν, ἐπισφαλὲς ἐδόκει καὶ λίαν
εἶναι παράβολον. Οὐ μὴν, ἀλλὰ [a]διαπορήσας, ὑπὸ δὲ 7
τῶν πραγμάτων συγκλειόμενος, [b]ἐπὶ τὸ συγχρῆσθαι
κατηνέχθη τοῖς Ἰβηρσιν οὕτως, ὥστε φαντασίαν μὲν
παρασκευάζειν τοῖς ὑπεναντίοις, τὸν δ' ἀγῶνα ποιεῖσθαι
διὰ τῶν ἰδίων στρατοπέδων. ταῦτα δὲ προθέμενος, ἀνέ- 8
ζευξε μετὰ πάσης δυνάμεως, ἔχων πεζοὺς μὲν εἰς
τετρακισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ περὶ
τρισχιλίους. Ἐγγίσας δὲ τοῖς Καρχηδονίοις, καὶ γενό- 9
μενος σύνοπτος, ἐστρατοπέδευσε περί τινας γεωλόφους
καταντικρὺ τῶν πολεμίων.

Mago et Masinissa repelluntur a Scipione.

XXI. Μάγων δὲ, νομίσας εὐφυῆ καιρὸν ἐπιθέσθαι 1
καταστρατοπεδεύουσι τοῖς Ῥωμαίοις, ἀναλαβὼν τὸ
πλεῖστον μέρος τῶν ἰδίων ἱππέων, καὶ Μάσσανάσσην
μετὰ τῶν Νομάδων, ἤλαυνε πρὸς τὴν παρεμβολὴν,
πεπεισμένος ἀφυλακτοῦντα λήψεσθαι τὸν Πόπλιον. Ὁ 2
δὲ, πάλαι προορώμενος τὸ μέλλον, ὑπό τινα βουνὸν
ὑπεστάλκει τοὺς ἱππεῖς ἴσους τοῖς τῶν Καρχηδονίων·
ὧν ἀνυποπτήτως ἐμπεσόντων, πολλοὶ μὲν ἐν ταῖς ἀρχαῖς 3
ἀναστρέφοντες διὰ τὸ παράδοξον τῆς ἐπιφανείας αὐτῶν

[a] Post διαπορήσας adjiciendam putem partic. μὲν. [b] Alii vulgo ἐπὶ τῷ συγχρ.

caperet incertus imperator, in diversa animum versabat. Nam absque sociorum auxiliis idoneum ad prælio decertandum Romanum exercitum non habebat: ut autem, spe victoriæ in sociis posita, summæ rei discrimen adiret, id vero periculosæ ac temeriæ plenum aleæ judicabat. Post longam animi fluctuationem, rerum necessitate adactus, in eam ad extremum devenit sententiam, ut Hispanorum auxiliis statueret sibi ita utendum, ut in speciem saltem hostibus ea opponeret, per legiones vero suas pugnam decerneret. Hoc ubi constituit, omnibus copiis castra movit, habens secum ad quinque et quadraginta peditum millia, equitum tria millia. Quumque Carthaginiensibus adpropinquasset, jamque in eorum esset conspectu, ex adverso hostium in terrenis quibusdam tumulis locum castris cepit.

XXI. Peropportunum id esse tempus *Mago* ratus invadendi Romanos castra ponentes, adsumta equitum suorum parte maxima, et *Massanissa* cum Numidis, in tendentes duxit, haud dubius, fore ut *Scipionem* incautum opprimeret. Ille vero, dudum proviso quod erat futurum, post tumulum quemdam equites abdiderat, numero pares iis, quos habebant Carthaginienses. Quibus repente et ex improviso in Penes irruentibus, multi confestim, inopinato hostium conspe-

Digitized by Google

τῶν ἵππων ἀπέπεσον· οἱ δὲ λοιποὶ, συμβάλλοντες τοῖς A. U. 548.
4πολεμίοις, ἐμάχοντο γενναίως. τῇ δὲ παρὰ τῶν κατα-
βαινόντων ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἵπποις εὐχειρίᾳ δυσχρη-
στούμενοι, καὶ πολλοὺς ἀπολλύντες οἱ Καρχηδόνιοι,
5βραχὺ προσαντισχόντες ἐνέκλιναν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον
ἐν τάξει τὴν ἀναχώρησιν ἐποιοῦντο· τῶν δὲ Ῥωμαίων
ἐγκειμένων αὐτοῖς, λύσαντες τὰς ἴλας, κατέφυγον ὑπὸ
6τὴν αὐτῶν παρεμβολήν. Οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι, τούτου
γενομένου, θαρσαλεώτερον διέκειντο πρὸς τὸν κίνδυνον,
7οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοὐναντίον. Οὐ μὴν, ἀλλὰ ταῖς Velitatio-
ἑξῆς ἐπί τινας ἡμέρας τάς τε δυνάμεις ἐκτάξαντες ἐν nes.
τῷ μεταξὺ πεδίῳ, διὰ τῶν ἱππέων καὶ διὰ τῶν εὐζώνων
ἀκροβολισμοὺς ποιησάμενοι, καὶ καταπειράσαντες ἀλ-
λήλων, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ κρίνειν τὰ ὅλα.

XXII. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον δυσὶ δοκεῖ κεχρῆ- Stratagema
2σθαι στρατηγήμασιν ὁ Πόπλιος. θεωρῶν γὰρ τὸν Ἀσ- Scipionis.
δρούβαν ὀψὲ ποιούμενον τὰς ἐξαγωγὰς, καὶ μέσους
Λίβυας, τὰ δὲ θηρία προτιθέμενον ἑκατέρων τῶν περά-
3των· αὐτὸς, εἰωθὼς τῇ μὲν ὥρᾳ [c]προσανατείνειν, τοὺς
δὲ Ῥωμαίους μέσους ἀντιτάττειν τοῖς Λίβυσι, τοὺς δ'
Ἴβηρας ἐπὶ τῶν κεράτων [d]παρεμβάλλειν, ἢ προέθετο
κρίνειν ἡμέρᾳ, τἀναντία τοῖς προειρημένοις ποιήσας,
μεγάλα συνήργησε ταῖς σφετέραις δυνάμεσι πρὸς τὸ
4νικᾶν, οὐκ ὀλίγα δ' ἠλάττωσε τοὺς πολεμίους. ἅμα

[c] An προσανατείνειν? [d] παρεμβαλεῖν Herv. cum MStis.

ctu territi, dum in fugam sese avertunt, equis sunt delapsi; reliqui pugnam capessere, ac strenue rem gerere. Sed quum Romanorum equitum vim, dexteritate singulari ex equis desilientium, sustinere non possent, multis suorum occisis, postquam aliquantisper restitissent, in fugam Pœni inclinarunt. Et primo quidem nihil turbatis ordinibus sese receperunt; deinde vero, acrius instantibus Romanis, solutis turmis ad sua castra profugerunt. Hujus prælii eventu est effectum, ut ad pugnam audendam promtiores essent Romani, Pœni contra timidiores. Nihilo tamen secius, quum per aliquot insequentes dies in planitiem interjectam copias eduxissent, et per equites ac levem armaturam velitationes habuissent, seque invicem tentassent, mox totis utrimque viribus decertare statuerunt.

XXII. Eo tempore duplicem hosti dolum struxisse videtur *Scipio*. Observaverat, *Asdrubalem* sero semper educere copias, et Afros in medio, elephantos ante cornu utrumque collocare. Ipse, adsuetus aliquanto etiam serius, quam ille, educere, et Romanos in media acie Afris opponere, Hispanos utrimque pro cornibus locare; quo die pugnaturus erat, contraria omnia faciens eorum, quæ antea erat solitus, magnum suis ad victoriam momentum adtulit, hostibus vero non mediocriter incommodavit. Prima

Digitized by Google

Ol. 143. 2. Stratagema Scipionis.

γὰρ τῷ φωτὶ διαπεμψάμενος τοὺς ὑπηρέτας, παρ-
ἠγγειλε πᾶσι τοῖς χιλιάρχοις καὶ τοῖς στρατιώταις,
ἀριστοποιησαμένους καὶ καθοπλισαμένους ἐξάγειν πρὸ
τοῦ χάρακος. Γενομένου δὲ τούτου, καὶ προθύμως 5
πειθαρχησάντων διὰ τὴν ὑπόνοιαν τοῦ μέλλοντος, τοὺς
μὲν ἱππεῖς καὶ τοὺς εὐζώνους προαπέστειλε, συντάξας
ἐγγίζειν τῇ παρεμβολῇ τῶν ὑπεναντίων, καὶ προσα-
κροβολίζεσθαι θρασέως. αὐτὸς δὲ, τοὺς πεζοὺς ἔχων, 6
ἅρτι τῆς κατὰ τὸν ἥλιον ἀνατολῆς ἐπιφαινομένης,
προῆγε, καὶ παραγενόμενος εἰς μέσον τὸ πεδίον παρ-
ενέβαλε, τάττων ἐναντίως ἢ πρόσθεν· μέσους μὲν γὰρ
ἐτίθει τοὺς Ἰβηρας, ἐπὶ δὲ τῶν κεράτων τὰ τῶν Ῥω-
Asdrubalem adgreditur Scipio. μαίων. Τοῖς δὲ Καρχηδονίοις, ἄφνω συνεγγιζόντων 7
πρὸς τὸν χάρακα τῶν ἱππέων, ἅμα δὲ καὶ τῆς ἄλλης
δυνάμεως ἐκταττομένης ἐν ὄψει, μόλις ἐδόθη καιρὸς εἰς
τὸ καθοπλίσασθαι. διόπερ ἠναγκάσθησαν οἱ περὶ τὸν 8
Ἀσδρούβαν, ἔτι νήστεις ἔχοντες τοὺς ἄνδρας, ἀπαρα-
σκεύως ἐκ τοῦ καιροῦ τοὺς μὲν ἱππεῖς καὶ τοὺς εὐζώνους
ἐπαφιέναι τοῖς ἱππεῦσι τῶν ὑπεναντίων εἰς τὰ πεδία·
τὰς δὲ πεζικὰς δυνάμεις παρατάττειν, οὐ πολὺ [e]τῆς
παρωρείας ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ποιούμενοι τὴν ἔκταξιν,
καθάπερ ἦν ἔθος αὐτοῖς. Ἕως μὲν οὖν τινος ἔμενον οἱ 9
Ῥωμαῖοι, τὴν ἡσυχίαν ἔχοντες· ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν τῆς
ἡμέρας προὔβαινε, τῶν δ' εὐζώνων ἄκριτος ἦν καὶ
πάρισος ἡ συμπλοκὴ, διὰ τὸ τοὺς πιεζομένους κατα-

[e] οὐ πολὺ πρὸ τῆς παρωρείας voluit Reisk.

namque luce, ministris per castra dimissis, qua tribunis qua militibus præcepit omnibus, ut, curatis corporibus, arma caperent, valloque egrederentur. Quod ut factum, imperata cunctis alacriter facientibus propter obortam futuri certaminis suspicionem, equites et expeditorum manum præmisit, prope castra hostium jussam accedere, et acrem velitationem audacter ciere. Ipse cum peditibus, sub ipsum solis ortum, castris egressus, postquam in medium usque campum processerat, aciem instruit, in adsignandis locis omnia de industria mutans: medios siquidem Hispanos locavit, Romano milite cornibus firmatis. Vix ad capienda arma temporis fuit satis Carthaginiensibus, quum repente et equites vallo succederent, et simul in ipsorum conspectu ceteræ omnes copiæ instruerentur. Propterea *Asdrubal*, cujus erat impransus miles, coactus est pro tempore imparatos equites ac leviter armatos in campum adversus hostes emittere, ipse vero pedestres copias instruere, quas haud procul a radicibus montis pro instituto suo in planitie ordinavit. Et Romani quidem aliquamdiu quieti sese tenuerunt: procedente vero die, quum leviter armatorum pugna anceps neutro inclinata staret, quoniam, qui premebantur, ad suorum aciem se recipie-

Digitized by Google

φεύγοντας ὑπὸ τὰς ἰδίας φάλαγγας ἐκ μεταβολῆς A. U. 548.
κινδυνεύειν· τὸ τηνικαῦτα δὲ διαδεξάμενος ὁ Πόπλιος
διὰ τῶν διαστημάτων ἐν ταῖς σημαίαις εἴσω τοὺς ἀκρο-
βολιζομένους, καὶ μερίσας ἐφ' ἑκάτερον κέρας ὀπίσω τῶν
παρατεταγμένων, πρῶτον μὲν τοὺς γροσφομάχους, ἐπὶ
δὲ τούτοις τοὺς ἱππεῖς, [f]τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπιβαλεῖν
μετωπηδὸν ποιούμενος τὴν ἔφοδον· ἀποσχὼν δὲ [g]περὶ
στάδιον τῶν ὑπεναντίων, τοὺς μὲν Ἴβηρας τηροῦντας
τὰς τάξεις τὸν αὐτὸν τρόπον ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγὴν
[h]παρήγγειλε, * τῷ μὲν δεξιῷ τὰς σημαίας καὶ τὰς
ἴλας ἐπιστρέφειν ἐπὶ δόρυ, τῷ δ' εὐωνύμῳ τἀναντία.

XXIII. Καὶ λαβὼν αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ, Λεύ- Solertes motus Scipionis.
κιος δὲ Μάρκιος καὶ Μάρκος Ἰούνιος ἀπὸ τῶν εὐωνύμων,
τρεῖς ἴλας ἱππέων τὰς ἡγουμένας, καὶ πρὸ τούτων
γροσφομάχους τοὺς εἰθισμένους, καὶ τρεῖς σπείρας,
(τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ
Ῥωμαίοις κοόρτις·) πλὴν οἱ μὲν ἐπ' ἀσπίδα περικλά-
σαντες τούτους, οἱ δὲ [i]περὶ δόρυ, προῆγον ὀρθίους ἐπὶ
τοὺς πολεμίους, ἐνεργῆ ποιούμενοι τὴν ἔφοδον, ἀεὶ τῶν
ἐξῆς ἐπιβαλόντων, καὶ κατὰ περίκλασιν ἑπομένων. Ἐπεὶ
δὲ τούτους μὲν οὐ πολὺ συνέβαινε τῶν πολεμίων ἀπέχειν,
τοὺς δ' Ἴβηρας ἐν τῇ κατὰ πρόσωπον πλευρᾷ τόπον

[f] *τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπιβαλεῖν.* Mendosus locus, sic fortasse refingendus: *ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς ἱππεῖς ἐπιβάλλει, τὰς μὲν ἀρχὰς μετωπηδὸν* &c. [g] Immo *περὶ δ'.* (vel *ς'.*) *σταδίους. quingentos passus*, Livius. [h] Post *παρήγγειλε* *defectus notam* posui. Exciderunt forsitan pauca hæc verba *τῶν δὲ πεζέτων.* [i] *ἐπὶ δόρυ* scribendum videtur cum Reiskio.

bant, ac mox per vices certamen repetebant. Tum enimvero *Scipio* eos, qui velitatione decertabant, per aciei intervalla intra ordines recepit, et in utrumque cornu a tergo eorum, qui stabant ordinati, divisit, velites prius, deinde equites; ac mox æquata primo universæ aciei fronte ire in hostem cœpit. Ubi vero jam circiter stadium [*ni potius*, quatuor stadia] acies inter se aberant; jussis Hispanis, quo cœperant pede, servatis ordinibus porro pergere; dextro cornui præcepit, ut manipulos pariter ac turmas dextrorsum converteret; sinistro, ut sinistrorsum.

XXIII. Tum autem, quum sumsisset ipse quidem a dextra, *L.* vero *Marcius* et *M. Junius* a læva, turmas equitum priores ternas, et qui hos antecederent velites pro Romanæ militiæ more, itemque *spiras* sive *manipulos* ternos; (quot nempe Romanam *cohortem* conficiunt;) illi ad lævam inflexo agmine, hi ad dextram, rectis dehinc ordinibus in hostem duxerunt, et citato gradu perrexerunt; subinde interim, qui proximi his steterant, agmini præcedentium sese adjungentibus, et simili facta inflexione eos sequentibus. Jamque non longe aberant isti ab hostibus, quum Hispani, in Romanæ aciei fronte collocati, eo, quod presso gradu incederent, ab iis-

Digitized by Google

Ol. 143. 2. Solertes motus Scipionis.

ἱκανὸν ἔτι διεστάναι, τῷ βάδην ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγήν, προσέβαλλον τοῖς κέρασιν ἀμφοτέροις ἅμα [k]τοῖς τῶν ὑπεναντίων ὀρθίαις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς δυνάμεσι, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. Αἱ δὲ μετὰ ταῦτα κινήσεις, δι' 4 ὧν συνέβαινε, τοὺς ἑπομένους, ἐπιπαρεμβάλλοντας [l]ἐπὶ τὴν αὐτὴν εὐθεῖαν τοῖς ἡγουμένοις, συγκαθίστασθαι τοῖς πολεμίοις εἰς τὴν μάχην, τὴν ἐναντίαν εἶχον διάθεσιν ἀλλήλαις, καὶ καθόλου τὸ δεξιὸν κέρας τῷ λαιῷ, [m]καὶ κατὰ μέρος οἱ πεζοὶ τοῖς ἱππεῦσιν. οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ 5 δεξιοῦ κέρως ἱππεῖς, μετὰ τῶν εὐζώνων, ἐκ δόρατος ἐπιπαρεμβάλλοντες, ὑπερεκρᾶν ἐπειρῶντο τοὺς πολεμίους· οἱ δὲ πεζοὶ τοὐναντίον ἐξ ἀσπίδος [n]παρενέβαλλον. τῶν δὲ κατὰ τὸ λαιὸν οἱ μὲν ἐν ταῖς σπείραις 6 ἐκ δόρατος, οἱ δ' ἱππεῖς μετὰ τῶν γροσφομάχων ἐξ ἡνίας. Ἐγεγόνει μὲν οὖν ἐκ τῶν ἱππέων καὶ τῶν εὐζώνων 7 ἀμφοτέρων τῶν κεράτων ἐκ ταύτης τῆς κινήσεως τὸ δεξιὸν εὐώνυμον. [o]οὗ μικρὸν λόγον θέμενος ὁ στρατηγὸς, τοῦ 8 μείζονος ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ κατὰ τὴν ὑπερέκρασιν· ὀρθῶς λογιζόμενος. Εἰδέναι μὲν γὰρ δεῖ τὸ γιγνόμενον, 9 χρῆσθαι δὲ ταῖς πρὸς τὸν καιρὸν ἁρμοζούσαις κινήσεσιν.

Pugna ad Ilipam.

XXIV. Ἐκ δὲ τῆς τούτων συμπλοκῆς τὰ μὲν θηρία, διὰ τῶν γροσφομάχων καὶ τῶν ἱππέων ἀποντιζόμενα

[k] Vulgo omnes *ταῖς τῶν ὑπεναντίων ἐφίαις*, et comma post *ἐφίαις* ponunt. Correxi cum Reiskio. [l] Præpositionem, quam ignorant codd. omnes, adjecit Casaub. [m] *καὶ* abest ab Herv. Aug. Reg. F. G. Ves. [n] *παρεμβάλλον* edd. *ἐπιπαρεμβάλλον* voluerat Reisk. [o] *οὐ μικρὸν* Aug. Regii tres, Vesont.

dem longum satis spatium adhuc distabant. Tum vero *Scipio*, sicut principio proposuerat, utrumque simul Carthaginiensium cornu per Romanas legiones rectis ordinibus est adgressus. Ceterum posteriores motus, per quos efficiebatur, ut, qui sequebantur, in eamdem cum antecedentibus lineam rectam se sisterent, et cum hostibus similiter manus consererent, contrariam inter se speciem habuerunt: quam diversitatem erat cernere, sive in universum considerares, cornu ad cornu quomodo se haberet; sive in utroque cornu equites cum peditibus contenderes. Nam in dextro cornu equites cum levi armatura a dextra se adplicabant præcedentibus, extendere aciem ultra hostium cornu conantes: pedites contra lævam versus antegressis se adjungebant. In cornu sinistro, manipuli ad dextram priorum stationem sibi occupabant, equites cum velitibus sinistrorsum tendebant. Ita evenit per motus istos in utroque cornu, ut ex equitibus et levi armatura, qui dextimi fuerant, fierent sinistimi. Cujus quidem rei imperator non magnam rationem habens, id, quod longe erat majus, sedulo curabat, ut cingere hostes porrectis cornibus posset: prudenti sane consilio. Nam scire quidem, quid quodque sequatur, necesse est: usurpare vero eos oportet motus, qui pro tempore conveniant.

XXIV. Accensa per hos pugna, elephanti, velitum et equitum missilibus confixi, et agitati undique, ac passim

Digitized by Google

καὶ διαταραττόμενα πανταχόθεν, ἔπασχε μὲν κακῶς, ἔλαττε δ' οὐδὲν ἧττον τοὺς φίλους ἢ τοὺς πολεμίους· φερόμενα γὰρ εἰκῇ, τοὺς ὑποπεσόντας ἐξ ἀμφοῖν [p] ἀεὶ διέφθειρε. Τῆς δὲ πεζικῆς δυνάμεως τὰ μὲν κέρατα τῶν Καρχηδονίων ἐθραύετο, τὸ δὲ μέσον τὸ κατὰ τοὺς Λίβυας, ὅπερ ἦν χρησιμώτατον, εἰς τέλος ἄπρακτον ἦν· οὔτε γὰρ παραβοηθεῖν ἠδύναντο τοῖς ἐπὶ τῶν κεράτων, λιπόντες τὸν ἴδιον τόπον διὰ τὴν τῶν Ἰβήρων ἔφοδον, οὔτε μένοντες ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων ἐνεργεῖν τι τῶν δεόντων οἷοί τ' ἦσαν, διὰ τὸ μὴ συνιέναι τοὺς κατὰ πρόσωπον πολεμίους αὐτοῖς εἰς τὰς χεῖρας. Οὐ μὴν, ἀλλὰ χρόνον μέν τινα διηγωνίζοντο τὰ κέρατα γενναίως, διὰ τὸ περὶ τῶν ὅλων ἑκατέροις [q] συνεστάναι τὸν κίνδυνον. ἤδη δὲ τοῦ καύματος ἐφεστῶτος κατὰ τὴν ἀκμὴν, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι παρελύοντο, διὰ τὸ μὴ πεποιῆσθαι τὴν ἔξοδον κατὰ τὴν ἰδίαν προαίρεσιν, κεκωλύσθαι δὲ τῆς ἁρμοζούσης παρασκευῆς· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τῇ δυνάμει καὶ ταῖς εὐψυχίαις καθυπερεῖχον, καὶ μάλιστα τῷ τοῖς χρησιμωτάτοις πρὸς τοὺς ἀχρειοτάτους τῶν [r] πολεμίων συμβεβηκέναι, διὰ τὴν τοῦ στρατηγοῦ πρόνοιαν. Τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς οἱ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν κατὰ τόδα, τιζόμενοι, τὴν ἀναχώρησιν ἐποιοῦντο· μετὰ δὲ ταῦτα κλί-

A. U. 548. Pugna ad Ilipam.

Asdrubal fugatur a Scipione.

[p] *αἰεὶ* Reg. E. [q] *συνεστάναι* correxi cum Reiskio. Vulgo *συνεστάνου*. [r] Inter *πολεμίων* et *συμβεβηκέναι* notam defectus posuerat Casaubonus. Mihi nihil desiderari visum est.

convulnerati, amicos et inimicos pariter lædebant. Nam quum temere huc illuc ferrentur; in quoscumque inciderant ex utraque acie, omnes prosternebant. Jam pedestris aciei Carthaginiensium cornua adfligebantur; cum media acies, in qua stabant Afri, robur universi exercitus Punici, manebat inutilis et immota. Quippe neque in cornua, ut adjuvarent pugnantes, discurrere poterant; ne, si stationem desererent, mediam aciem venientibus ex adverso Hispanis aperirent: neque rursus statione servata, quæ fuerat ipsis adtributa, ullum omnino ad victoriam momentum facere poterant; quod oppositi hostes ad manus consecrendas propius non accederent. Attamen cornua quidem acerrime aliquamdiu pugnarunt, quod utraque pars de summa rerum eo prælio periclitabatur. Ubi vero jam æstus a meridiano sole venit, Pœnis quidem languore membra erant soluta, ut qui neque arbitratu suo copias eduxissent, et quominus corpora curarent, fuissent impediti. At Romani cum viribus corporis et alacritate animorum erant superiores, tum eo potissimum, quod imperatoris providentia pars ipsorum valentissima cum ignavissimis hostium fuerat commissa. Igitur *Asdrubal*, premente Romano, pedem retulit, primo quidem sensim; mox vero

Digitized by Google

Ol. 143. 2. ναντες ἀθρόοι, πρὸς τὴν παράρσειαν ἀπεχώρουν· ἐγκειμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων βιαιότερον, ἔφυγαν εἰς τὸν χάραμα προτροπάδην. Εἰ μὲν οὖν μὴ θεὸς αὐτοῖς τις συνεπελάβετο τῆς σωτηρίας, παραχρῆμα ἂν ἐξέπεσον ἐκ τῆς παρεμβολῆς. ἐπιγενομένης δὲ κατὰ τὸν ἀέρα συστροφῆς ἐξαισίου, καὶ καταῤῥαγέντος ὄμβρου λάβρου καὶ συνεχοῦς, μόλις εἰς τὴν αὐτῶν στρατοπεδείαν ἀνεκομίσθησαν οἱ Ῥωμαῖοι. 8 9

* * *

Ἰλούργεια, πόλις Ἰβηρίας. Πολύβιος ἐνδεκάτῃ. 10

* * *

Aviditas militum punita. Τὸ δὲ τετηκὸς καὶ συνερρυηκὸς ἀργύριον καὶ χρυσίον ἀναζητοῦντες, ὑπὸ τοῦ πυρὸς πλεῖστοι Ῥωμαίων διεφθάρησαν. 11

(II.) *Seditionem militum in Hispania sedat Scipio.*

* * *

Seditionem sedat Scipio. XXV. Πόπλιος δὲ, καίπερ ἤδη πεῖραν εἰληφὼς τῶν πραγμάτων ἐφ' ἱκανὸν, ὅμως οὐδέποτε μᾶλλον εἰς ἀπορίαν ἦκε καὶ δυσχρηστίαν. καὶ τοῦτ' ἔπασχε κατὰ λόγον. Καθάπερ [a]γὰρ ἐπὶ τῶν σωμάτων τὰς μὲν ἐκτὸς αἰτίας τοῦ βλάπτειν, λέγω δ' οἷον ψύχους, καύματος, πόπου, τραυμάτων, καὶ πρὶν γενέσθαι, φυλάξασθαι 2

[a] γὰρ post Καθάπερ cum Reiskio ex conject. adjeci.

acies universa inclinata confertim ad proximi montis radices se recipere cœpit: sed quum acrius victores sese inveherent, effusa fuga vallum petierunt. Quod nisi eorum salutem deus aliquis adjuvisset, etiam castris confestim fuissent exuti. Nunc sæva tempestate in cœlo repente coorta, tanta vi atque impetu imber continuus est effusus, ut ægre in castra sua se receperint Romani.

* * *

Ilurgia, Hispaniæ oppidum. Polybius XI. (*Steph. Byzant.*)

* * *

Plurimi Romanorum, dum fusum argentum atque aurum, quod confluxerat, quærebant, ab igne consumti sunt. (*Suidas in* Τίτανα.)

(II.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* XI. *Cap.* 23—28.

* * *

XXV. Etsi erat *Scipio* non mediocri jam usu rerum exercitatus, numquam tamen inopia consilii magis laboravit, neque difficultatibus majoribus fuit adfectus, [quam nuncio de *seditione militum Romanorum qui Sucrone erant*, accepto.] Et merito id quidem. Nam sicut nocivæ *corporibus* causæ extrinsecus advenientes, velut frigora, æstus,

Digitized by Google

δυνατὸν, καὶ γενομέναις εὐμαρὲς βοηθῆσαι, τὰ δ' ἐξ αὐτῶν τῶν σωμάτων γιγνόμενα φύματα καὶ νόσους δυσχερὲς μὲν προϊδέσθαι, δυσχερὲς δὲ γενομένοις βοη-
3 θεῖν· τὸν αὐτὸν [t] δὴ τρόπον καὶ περὶ πολιτείας καὶ περὶ
4 στρατοπέδων διαληπτέον. πρὸς μὲν γὰρ τὰς ἔξωθεν [u] ἐπιβουλὰς καὶ πολέμους πρόχειρος ὁ τρόπος τῆς παρα-
5 σκευῆς καὶ βοηθείας τοῖς ἐφιστάνουσι. Πρὸς δὲ τὰς ἐν αὐτοῖς γενομένας ἀντιπολιτείας καὶ στάσεις καὶ ταραχὰς δύσχρηστος ἡ βοήθεια, καὶ μεγάλης ἐπιδεξιότητος
6 καὶ διαφερούσης ἀγχινοίας δεομένη· [x] πλὴν ἑνὸς παραγγέλματος, ὃ πᾶσιν ἁρμόσει, καὶ στρατοπέδοις, καὶ
7 πόλεσι, καὶ σώμασιν, ὡς ἐμὴ δόξα. τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ μηδέποτε [y] ἐᾷν ἐπὶ πολὺ ῥαθυμεῖν καὶ σχολάζειν περὶ μηδὲν τῶν προειρημένων, ἥκιστα δ' ἐν ταῖς εὐροίαις τῶν πραγμάτων, καὶ ἐν ταῖς δαψιλείαις τῶν ἐπιτηδείων.
8 Πλὴν ὅγε Πόπλιος, ἅτε διαφερόντως ἐπιμελὴς ὢν, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἶπον, ἔτι δ' ἀγχίνους καὶ πρακτικὸς, συναθροίσας τοὺς χιλιάρχους, τοιάνδε τινὰ τῶν ἐνε-
9 στώτων εἰσηγεῖτο λύσιν. Ἔφη γὰρ, δεῖν ἀναδέξασθαι τοῖς στρατιώταις τὴν τῶν ὀψωνίων ἀπόδοσιν· χάριν δὲ τοῦ πιστεύεσθαι τὴν ἐπαγγελίαν, τὰς ἐπιτεταγμένας

A. U. 548. Seditionem sedat Scipio.

[t] δὴ τρόπον Herv. cum MStis. [u] Rectius fortasse ἐπιβολὰς Aug. a pr. manu, et Reg. F. G. [x] πλὴν ἑνὸς παραγγέλματος. Sic Herv. consentientibus libris; sed addunt ἅπασιν, quod monente Reiskio in ὃ πᾶσιν mutavi. Casaubonus, præeunte ex parte Ursino, ex conjectura sic edidit: Πλὴν ἓν παράγγελμα τοῖς πᾶσιν ἁρμόσει. [y] Verbum ἐᾷν deletum voluit Reiskius. Forsan οὐδέποτε αν.

lassitudo, vulnera, et prius quam contingant, possunt caveri, et, ubi contigerunt, curari facile queunt; at quæ ex ipsis ortum habent corporibus ulcera aut morbi, et prius quam oriantur, difficile prævidentur, et semel orta difficile curantur: sic et de *rebuspublicis* et de *exercitibus* idem est sentiendum. Nam adversus insidias quidem et bella ab externis hostibus intentata adparatus et auxilia invenire proclive est, serio in eam curam incumbentibus: at quæ in illis ipsis excitantur contrariarum factionum studia, seditiones atque tumultus, et remedium ægre patiuntur, et id ipsum magna dexteritate et eximia quadam opus habet sollertia. Censeo tamen ego, omnibus exercitibus, civitatibus, et societatum corporibus unicum hoc congruere præceptum, ne in iis, quæ jam diximus, cessatio ab opere, aut otium diuturnius hominibus concedatur, idque præcipue rebus secundis, et quoties annonæ larga suppetit copia. Ceterum *Scipio*, cum, ut initio diximus, homo esset singulari diligentia præditus, intelligens et prudens, tribunis militum congregatis, præsenti malo ut remedium admoveretur hujusmodi, auctor fuit. *Militibus stipendiorum suorum solutionem*

Digitized by Google

Ol 143. 2. Seditionem sedat Scipio.

εἰσφορὰς ταῖς πόλεσι πρότερον εἰς τὴν τοῦ παντὸς στρατοπέδου χορηγίαν [2]ταύτας νῦν ἀθροίζειν ἐπιφανῶς καὶ μετὰ σπουδῆς, ὡς πρὸς τὴν διόρθωσιν τῶν ὀψωνίων γιγνομένης τῆς παρασκευῆς· τοὺς δὲ χιλιάρχους τοὺς αὐτοὺς πάλιν πορευθέντας ἀξιοῦν καὶ παρακαλεῖν, μετατίθεσθαι τὴν ἄγνοιαν, καὶ νομίζεσθαι τὰς σιταρχίας, παραγιγνομένους ὡς αὐτόν, ἄν τε κατὰ μέρη τοῦτο βούλωνται ποιεῖν, ἄν θ' ὁμοῦ πάντες. γενομένου δὲ τούτου, τὸ λοιπὸν ἤδη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, ἔφη, δεῖν βουλεύεσθαι, τί δέον ἐστὶ πράττειν.

10

11

XXVI. Οὗτοι μὲν οὖν, ταῦτα διανοηθέντες, ἐγίγνοντο περὶ τὴν τῶν χρημάτων ἐπιμέλειαν. Τῶν δὲ χιλιάρχων [2]διασαφούντων τὰ δεδογμένα, γνοὺς ὁ Πόπλιος ἀνεκοινοῦτο τῷ συνεδρίῳ, τί δέον ἐστὶ ποιεῖν. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, ἡμέραν διασαφήσαντας εἰς ἣν δεήσει παρεῖναι, πρὸς μὲν τὸ πλῆθος διαλύεσθαι, τοὺς δ' αἰτίους πολάζειν πικρῶς. οὗτοι δ' ἦσαν εἰς πέντε καὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν. Τῆς δ' ἡμέρας ἐπελθούσης, καὶ παραγενομένων τῶν ἀποστατῶν ἔπί τε τὰς διαλύσεις καὶ τὴν κομιδὴν τῶν ὀψωνίων· τοῖς μὲν χιλιάρχοις τοῖς πρεσβεύσασι συνίσαξε δι' ἀπορρήτων ὁ Πόπλιος, ἀπαντᾶν τοῖς ἀποστάταις, καὶ, διελομένους ἕκαστον πέντε τῶν ἀρχηγῶν

2

3

4

5

[2] ταύτας νῦν correxit Casaub. ταῦτα νῦν Hcrv. cum MStis. [2] Post διασαφούντων desiderari videtur lacuna, aut simile aliquod verbum: *perfecta esse quæ decreta fuissent.*

promittendam, ait; *eaque pollicitatio ut fidem inveniret, quæ ad sustentandum universum exercitum jam ante per omnes civitates imperatæ essent pecuniæ, eas in præsentia propalam et cum studio esse exigendas; ea videlicet fine, ut ad solutionem prædictorum stipendiorum cogi pecunia existimetur. Faciendum item esse, ut tribuni iidem, atque ante, ad eos iterum proficiscantur; eosque regant atque hortentur, errorem ut emendare velint, et ad accipienda stipendia vel singuli ad imperatorem accedant, vel, si ita maluerint, omnes simul. Quibus ita expeditis, de cetero deinde quid facto esset opus, e re nata consilium fore capiendum*, dixit.

XXVI. Postquam ab istis hanc essent ad istum modum excogitata, pecuniæ cogendæ operam dederunt. Ubi tribuni, quæ constituta fuerant, renunciassent; Publius, iis cognitis, deliberandum in concilio proposuit super iis, quæ essent porro facienda. Placuit igitur illis, diem edicere, *quo die omnes Carthaginem convenirent*; tum multitudini quidem veniam largiri, in auctores vero seditionis severe animadvertere: erant autem hi numero ad quinque et triginta. Ubi dies venit, et seditiosi milites ad res componendas et ad accipienda stipendia advenerunt; tribunis eis, qui legationem ad istos susceperant, arcano præcepit *Scipio*, ut *seditiosis obviam procederent*, et, *partitione inter ipsos instituta, sin-*

Digitized by Google

τῆς [b]στάσεως, εὐθέως κατὰ τὴν ἀπάντησιν [c]φιλανθρωπεῖν καὶ καλεῖν ὡς αὐτοὺς, μάλιστα μὲν πρὸς κατασκήνωσιν· [d]εἰ δ' ἄν μὴ δύνωνται τοῦτο, πρός γε δεῖπνον καὶ τοιαύτην συνουσίαν. τῷ δὲ μεθ' ἑαυτοῦ στρατοπέδῳ παρήγγειλε πρὸ ἡμερῶν τριῶν, ἐφόδια παρεσκευάσθαι εἰς πλείω χρόνον, ὡς ἐπὶ τὸν Ἀνδοβάλην αὐτομόλοι Μάρκῳ πορευομένῳ. ὃ καὶ θαρσαλεωτέρους αὐτοὺς ἀπούσαντας ἐποίησε τοὺς [e]ἀποστάτας· ἐν αὐτοῖς γὰρ ὑπέλαβον ἔσεσθαι τὴν πλείστην ἐξουσίαν, ἐπειδὰν συμμίξωσι τῷ στρατηγῷ, τῶν ἄλλων στρατοπέδων κεχωρισμένων.

A. U. 548. Seditionem sedat Scipio.

XXVII. Συνεγγιζόντων δ' αὐτῶν τῇ πόλει, τοῖς μὲν ἄλλοις στρατιώταις εἰς τὴν ἑπαύριον ἅμα τῷ φωτὶ [f]παρήγγελτο, μετὰ τῆς παρασκευῆς ἐξάγειν· ταῖς δὲ χιλιάρχοις καὶ τοῖς [g]ἑπάρχοις, ὅταν ἐκπορευομένους * μετὰ τὸ * πρώτας μὲν ἀποσκευὰς ἀποτιθέναι, τοὺς δὲ στρατιώτας κατέχειν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῆς πύλης, κἄπειτα διελεῖν σφᾶς ἐφ' ἑκάστην τῶν πυλῶν, καὶ φρουρίζειν, ἵνα μηδεὶς ἐκπορεύηται τῶν ἀποστατῶν. Οἱ δὲ πρὸς τὴν ἀπάντησιν ἀποτεταγμένοι, συμμίξαντες τοῖς παραγινομένοις πρὸς αὐτοὺς, ἀπῆγον μετὰ φιλανθρωπίας τοὺς ἐν ταῖς αἰτίαις, κατὰ τὸ συντεταγμένον.

[b] ἀποστάσεως Ursin. [c] φιλανθρωπεύεσθαι Reg. E. [d] εἰ δ' ἄν Aug. Regii tres, Vesont. Tubing. [e] ἀποστάντας Reg. E. [f] παρηγγέλλετο quod verius videtur, Aug. et Reg. E. [g] ἐπάρχοις cod. Ursini; unde ἱππάρχους legendum suspicatus est Ursinus. Post istud vocab. lacunam et turbas quæ sunt in contextu, duobus asteriscis indicavi: hiatum in vers. Lat. ex conjectura supplevi.

guli quinos ex principibus seditionis, in ipso occursu benigne compellatos, maxime quidem ad contubernium, sin id minus possent, ad cænam certe et ad familiarem congressum invitarent. Exercitui, quem habebat secum Carthagine, ante triduum Scipio edixerat, ut *cibaria plurium dierum pararent, cum M. Silano adversus Indibilem transfugam profecturi.* Quæ res ut a seditiosis est audita, animos etiam tanto magis illis addidit: sic enim existimabant, post alterius exercitus profectionem, se, ubi ad imperatorem venissent, in sua potestate pleraque omnia habituros.

XXVII. Jam prope urbem erat ventum, cum, militibus ceteris *in posterum diem prima luce una cum impedimentis proficisci* jussis, tribunis et præfectis mandatum est, ut *primum quidem profectionem sistere gradum sarcinasque ponere juberent, et ad portam milites in armis retinerent: tum vero, ut in singulas portas suos dividerent, videremque magna cura, ne quis seditiosorum exiret.* Tribuni, quibus prodeundi obviam provincia fuerat demandata, postquam venientibus occurrissent, comitate verborum sontes ad se, uti fuerat constitutum, adduxerunt. Eisdem autem tribunis, sub

Digitized by Google

Ol. 143. 2. Seditionem sedat Scipio.

τούτοις μὲν οὖν ὑπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν [h]ἐῤῥήθη συλλαβεῖν 4
[i]τοὺς λέ. ἄνδρας, ἐπειδὰν δειπνήσωσι, [k]δήσαντάς τε
τηρεῖν, μηδενὸς ἔτι τῶν ἔνδον ἐκπορευομένου, πλὴν τοῦ
διασαφήσοντος τῷ στρατηγῷ παρ' ἑκάστου τὸ γεγονός.
Πραξάντων δὲ τῶν χιλιάρχων τὸ συνταχθέν, εἰς τὴν 5
ἐπιοῦσαν ὁ στρατηγὸς ἅμα τῷ φωτὶ θεωρῶν τοὺς παρα-
γιγνομένους ἠθροισμένους [l]εἰς τὴν ἀγορὰν, συνεκάλει τὴν
ἐκκλησίαν. Πάντων δὲ συντρεχόντων κατὰ τὸν ἐθισμὸν 6
ἅμα τῷ σημῆναι, καὶ μετεώρων ὄντων ταῖς διανοίαις;
πότ' ὄψονται τὸν στρατηγὸν, καὶ τί ποτ' ἀπούσονται
περὶ τῶν ἐνεστώτων· πρὸς μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν 7
χιλιάρχους ὁ Πόπλιος διεπέμψατο, κελεύων αὐτοὺς,
ἄγειν τοὺς στρατιώτας ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ περιστῆναι
τὴν ἐκκλησίαν· αὐτὸς δὲ προπορευθεὶς, ἐξέστησε ταῖς
διανοίαις πάντας εὐθὺς κατὰ τὴν πρώτην φαντασίαν.
ἔτι γὰρ ὑπολαμβάνοντας αὐτὸν ἀσθενῶς ἔχειν οἱ πολλοὶ, 8
καὶ πάντα παρὰ τὴν προσδοκίαν αἰφνιδίως ἐῤῥωμένον θεα-
σάμενοι, κατὰ τὴν ἐπίφασιν κατεπλάγησαν.

Scipionis oratio ad seditiosos.

XXVIII. Οὐ μὴν, ἀλλ' οὕτω πως ἤρξατο τῶν λόγων.
Ἔφη γάρ· "Θαυμάζειν, τίνι δυσαρεστήσαντες, ἢ
ποίαις ἐλπίσιν ἐπαρθέντες, ἐπεβάλοντο ποιεῖσθαι τὴν
ἀπόστασιν. τρεῖς γὰρ αἰτίας εἶναι, δι' ἃς τολμῶσι 2

[h] ἐῤῥήθη cum Ursino correxit Casaub. ἠρέθη Herv. Med. αἱρέθη Urb. Aug. Regii tres, Ves. Tub. [i] τοὺς λέ. ἄνδρας correxi cum Reiskio. Vulgo omnes τοὺς δὲ ἄνδρας. [k] Conjunctionem τε ex conject. adjeci. [l] Verba εἰς τὴν ἀγορὰν vulgo omnes cum præcedentibus connectunt.

ipsum tempus quo obviam illis sunt egressi, imperatum fuerat, ut *triginta illos et quinque viros, postquam cænaverint, comprehensos vincirent, potestate eximendi hospitio dehinc nemini facta, eo dumtaxat excepto, qui ordinem rei apud singulos gestæ imperatori esset renunciaturus.* Postquam tribuni, quod jussi fuerant, peregissent: die insequenti *Scipio*, prima luce videns eos, qui advenerant, in forum congregari, concionem statim indicit. Simul ac datum est signum, omnes confestim pro more concurrere, mentesque omnium futuri exspectatione suspendi, ecquando imperatorem essent visuri, ecquid ab eo de rebus præsentibus audituri. Tum vero *Publius* ad tribunos circa portas misit, jubens, *armatos adducerent, et concionem ab tergo circumfunderent.* Ipse, progressus in medium, ut primum adparuit, de statu mentis circumstantes dejecit. Vulgo enim plerique male ipsum habere quum putarent, ut præter opinionem bene valentem viderunt, species ipsa et color terrore perculit intuentes.

XXVIII. Ibi tum *Scipio* suam orationem hoc fere modo est exorsus: *Mirari se*, dixit, *quid potissimum in rebus suis tantopere eorum animos offendisset, aut qua tandem spe freti de-*

Digitized by Google

στασιάζειν ἄνθρωποι πρὸς πατρίδα καὶ τοὺς ἡγουμένους· A. U. 548.
ὅταν τοῖς παροῦσι μέμφωνταί τι καὶ δυσχεραίνωσιν, Oratio ad seditiosos.
ἢ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι δυσαρεστῶσιν, ἢ καὶ
νὴ Δία μειζόνων ὀρεχθῶσι καὶ καλλιόνων ἐλπίδων.
3 Ἐρωτῶ δέ, τί τούτων ὑμῖν ὑπῆρξεν; Ἐμοὶ δηλονότι
δυσηρεστήσασθε, διότι τὰς σιταρχίας ὑμῖν οὐκ ἀπεδί-
4 δουν; Ἀλλὰ τοῦτο ἐμὸν μὲν οὐκ ἦν ἔγκλημα· κατὰ
γὰρ τὴν ἐμὴν ἀρχὴν οὐδὲν ὑμῖν ἐνέλιπε τῶν ὀψωνίων.
5 [m]Εἴη δ' ἄρα ἐκ τῆς Ῥώμης, διότι τὰ πάλαι προσοφει-
6 λόμενα νῦν οὐ διωρθοῦτο. Πότερον οὖν ἐχρῆν ἀποστάτας
γενομένους τῆς πατρίδος, καὶ πολεμίους τῆς θρεψάσης,
οὕτως ἐγκαλεῖν; ἢ, [n]παρόντας λέγειν μὲν περὶ τούτων
πρὸς ἐμέ, παρακαλεῖν δὲ τοὺς φίλους, συνεπιλαβέσθαι
7 καὶ βοηθεῖν ὑμῖν; δοκῶ γὰρ, ἦν τοῦτο βέλτιον. Τοῖς
μὲν γὰρ μισθοῦ παρά τισι στρατευομένοις ἔστιν ὅτε
συγγνώμην δοτέον, ἀφισταμένοις τῶν μισθοδοτῶν· τοῖς δ'
ὑπὲρ ἑαυτῶν πολεμοῦσι καὶ γυναικῶν ἰδίων καὶ τέκνων
8 οὐδαμῶς συγχωρητέον. ἔστι γὰρ παραπλήσιον, ὡς ἄν
εἴ τις, ὑπὸ γονέως ἰδίου φάσκων εἰς ἀργυρίου λόγον
ἀδικεῖσθαι, [o]παρείη μετὰ τῶν ὅπλων, ἀποκτενῶν τοῦτον,
9 παρ' οὗ τὸ ζῆν αὐτὸς ἔλαβε. [p]Νὴ Δί', ἀλλ' ἐγὼ τὰς

[m] Εἴη δ' ἄρα ex conject. correxi. Vulgo omnes εἰ δ' ἄρα. [n] παρόντας malim cum Reisk. [o] παρείη dedit Aug. et Reg. E. et G. Alii vulgo παρέμι. [p] Νὴ Δί'. Sic bene Casaub. ἔλαβεν ἤδη Herv. cum MStis.

fectionem sustinuissent moliri. Tres siquidem esse causas, propter quas contra patriam et eos, qui summam rerum obtinent, seditionem concitare homines audeant: cum vel iis, qui præsunt, aliquo nomine succensent, et eorum imperium graviter ferunt; vel in præsenti statu non adquiescunt; vel certe, ubi majora concupiscentes in lætioris fortunæ spem venerunt. Agite nunc, dicite mihi, quid horum fuit, quod vos moveret? Mihi videlicet offensi eratis, quod stipendia vobis non solverim. Atqui mea in eo nulla profecto culpa est: nam ex quo quidem penes me imperium est, nulla pars vestri stipendii vobis umquam defuit. Quod si ulla hic culpa fuit, Roma igitur una est, cui ea sit adscribenda, quæ ea vobis nondum præstitit, quæ dudum debentur. Quid vero? Siccine id, quod vobis debetur, erat postulandum, ut a patria descisceretis, et ut ejus, quæ vos tulit atque educavit, hostes evaderetis? An illud potius vobis erat faciendum, ut ad me accedentes de ea re mecum ageretis, et amicos, ut petitionem vestram adjuvarent, et opem vobis ferrent, rogaretis? Id quidem meo judicio satius erat futurum. Iis sane, qui mercede alicui militant, interdum ignoscas, si eos deserunt, a quibus soliti sunt mercedem accipere; at illis, qui bella pro seipsis gerunt, pro conjugibus liberisque suis, nulla ejusmodi concedenda est venia. Nam hoc perinde est, ut si quis, pecuniæ alicujus fraudem sibi a parente factam dictitans, propterea armatus ipsum iret occisum, a quo vitam acceperit. Verum ego, si dîis placet, duriores labores et plura pe-

Digitized by Google

Ol. 143. 2. Oratio ad seditiosos.

μὲν παροξυθείας ὑμῖν καὶ τοὺς κινδύνους πλείους, ἢ τοῖς ἄλλοις, ἐπέταττον, τὰ δὲ λυσιτελῆ καὶ τὰς ὠφελείας ἑτέροις μᾶλλον ἐμέριζον; Ἀλλ' οὐδὲ τολμᾶτε 10
τοῦτο λέγειν, οὐδὲ τολμήσαντες δύναισθ' ἂν ἀποδεῖξαι. Τί οὖν ἔστιν, ἐφ' ᾧ δυσαρεστούμενοι κατὰ τὸ παρὸν 11
ἡμῖν, τὰς ἀποστάσεις ἐποιήσασθε; [q]τοῦτο βούλομαι πυθέσθαι. δοκῶ μὲν γὰρ οὐδὲν οὔτ' ἐρεῖν, οὔτ' ἐπινοήσειν ὑμῶν οὐδένα.

XXIX. "Καὶ μὴν οὐδὲ τοῖς ὑποκειμένοις [r]ἀσχάλλοντες. πότε γὰρ εὔροια πραγμάτων μείζων; πότε δὲ πλείω προτερήματα γέγονε τῇ Ῥώμῃ; πότε δὲ τοῖς στρατευομένοις μείζους ἐλπίδες, ἢ νῦν; Ἀλλ' ἴσως 2
[s]ἐρεῖ τις τῶν ἀπηλπικότων, ὅτι πλείω τὰ λυσιτελῆ τὰ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς προὐφαίνετο, καὶ μείζους ἐλπίδες καὶ βεβαιότεραι; Παρὰ τίσι δὴ τούτοις; ἢ παρ' 3
Ἀνδοβάλῃ καὶ Μανδονίῳ; Καὶ τίς ὑμῶν οὐκ οἶδε, διότι πρότερον μὲν οὗτοι παραστονδήσαντες Καρχηδονίους, πρὸς ὑμᾶς ἀπέστησαν· νῦν δὲ πάλιν ἀθετήσαντες τοὺς ὅρκους καὶ τὴν πίστιν, ἐχθροὺς ἡμῖν σφᾶς αὐτοὺς ἀναδεδείχασι; [t]Καλὸν δὲ, τούτοις πιστεύ- 4
σαντας, πολεμίους γενέσθαι τῆς ἑαυτῶν πατρίδος. Οὐ 5
μὴν οὐδ' ἐν αὐτοῖς εἴχετε τὰς ἐλπίδας, ὡς κρατήσοντες

[q] ταύτην Herv. cum MStis; quod ex ταῦτα corruptum videtur. [r] ἀσχαλλοντες Casaub. invitis libris. [s] Verbum ἐρεῖ, cum abesset a libris, adjecit Casaub. [t] Καλὸν γε Casaub. invitis MStis.

ricula vobis, quam ceteris, imperavi: commoda militiæ et emolumenta aliis potius, quam vobis, tribui? Hoc vero ne vos quidem dicere audetis; neque, si ausi essetis, probare umquam possetis. Quid est igitur, cur in tanta hoc tempore apud vos ego offensa sim, ut defectionem faciendam putaritis? Istud ego vos per mihi velim dicere. Nam equidem nihil ab ullo vestrum non modo dici, sed ne excogitari quidem posse arbitror.

XXIX. *Tædio certe præsentis status id nequaquam est factum. Quando enim fortunæ major fuit serenitas? quando lætioribus omnium rerum successibus usa est Roma? quando militaribus viris spes majores, quam nunc, proposita? Sed dicet fortasse desperatus aliquis, plura apud hostes commoda ostentari, spes majores et certiores. Credo vero, apud quos hostes? Apud Indibilem, credo, et Mandonium: quasi vero ignoret quisquam vestrum, istos, fluxa fide antea usos, a Pœnis ad nos transilisse; nunc vero, spreta iterum jurisjurandi religione ac fide, hostes populi Romani repente esse factos. Præclarum vero facinus, fidem istorum secutos esse vos, ut patriæ perduelles fieretis. Sed nec in vobis ipsis obtinendæ Hispaniæ spes ulla erat ponenda: qui*

Digitized by Google

A. U. 548. Oratio ad seditiosos.

τῆς Ἰβηρίας. οὐδὲ γὰρ μετ' Ἀνδοβάλου ταχθέντες, [u]ἱκανοὶ πρὸς ἡμᾶς ἦτε διακινδυνεύειν, μήτε [x]καθ' ἑαυ-
6 τοὺς τασσόμενοι. Τί οὖν ἦν, ᾧ προσείχετε; τυθήσεσθαι γὰρ ἂν βουλοίμην ὑμῶν. [y]ἢ μὲν, νὴ Δία, ταῖς ἐμπειρίαις τῶν νῦν προχειρισθέντων ἡγεμόνων καὶ ταῖς ἀρεταῖς πιστεύοντες; ἢ καὶ ταῖς ῥάβδοις καὶ τοῖς πελέκεσι τοῖς προηγουμένοις αὐτῶν; ὑπὲρ ὧν οὐδὲ λέγειν πλείω καλόν.
7 Ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων, ὦ ἄνδρες, οὐδέν· οὐδ' ἂν ἔχοιθ' ὑμεῖς δίκαιον οὐδὲ τοὐλάχιστον εἰπεῖν, οὔτε πρὸς ἡμᾶς,
8 οὔτε πρὸς τὴν πατρίδα. Διότερ ἐγὼ περὶ ὑμῶν πρός τε τὴν Ῥώμην καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπολογήσομαι, τὰ παρὰ πᾶ-
9 σιν ἀνθρώποις ὁμολογούμενα δίκαια προθέμενος. ταῦτα δ' ἐστὶ, διότι πᾶς ὄχλος εὐπαραλόγιστος ὑπάρχει, καὶ πρὸς πᾶν εὐάγωγος. ὅθεν αἰεὶ τὸ παραπλήσιον πάθος συμβαίνει περί τε τοὺς ὄχλους καὶ τὴν θάλατταν.
10 καθάπερ γὰρ κἀκείνης ἡ μὲν ἰδία φύσις ἐστὶν ἀβλαβὴς τοῖς χρωμένοις καὶ στάσιμος, ὅταν δ' εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ τὰ πνεύματα [z]βία, τοιαύτη φαίνεται τοῖς χρωμένοις,
11 οἷοί τινες ἂν ὦσιν οἱ κυκλοῦντες αὐτὴν ἄνεμοι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ πλῆθος ἀεὶ καὶ φαίνεται καὶ γίγνεται πρὸς τοὺς χρωμένους, οἵους ἂν ἔχοι προστάτας καὶ
12 συμβούλους. Διὸ κἀγὼ νῦν, καὶ πάντες οἱ προεστῶτες

[u] *ἱκανοὶ ἂν* malim. [x] *μήτε καὶ καθ' ἑαυτοὺς* Aug. Reg. E. [y] *ἢ μὲν νὴ Δία ταῖς* ex conject. correxi. *ἡμῶν διὰ ταῖς* Aug. Urb. Regii tres, Vesont. Tub. *ἢ διὰ τὸ ταῖς* edd. *ἢ μὲν ταῖς* Ursin. [z] *βίαια* Ursinus.

quidem, neque si Indibili conjungamini, neque si propriis separatim viribus utamini, ad prælio nobiscum decernendum idonei satis futuri. Quid igitur, obsecro vos, spectabatis? Aveo enim id a vobis intelligere. An, oro vos, hoc facinus ausi estis, usu rei militaris et virtute freti eorum, quos vos nunc duces elegistis? an et fascibus et securibus estis confisi, quæ ipsos præcedunt? de quibus ne plura quidem verba facere sit honestum. Enimvero omnium eorum, quæ diximus, nihil fuit, quod vos moveret: neque ulla justa vobis causa suppetit, quam adversus nos, aut adversus patriam proferatis. Sed vestrum patrocinium, cum apud populum Romanum, tum apud me ipsum, ego jam ipse suscipiam, et quæ ad excusandum hujusmodi facinus, ex communi omnium hominum sensu, valere possunt, in medium adferam. Nimirum ita est: Omnis multitudo et in fraudem facile inducitur, et ad quævis facile impellitur. Itaque maris et vulgi similis semper est natura. Quemadmodum enim mare suapte natura innoxium est utentibus et quietum, ubi vero cum violentia in illud incubuerunt venti, ipsum quoque erga navigantes tale existit, quales fuerunt venti, a quibus omni ex parte agitatur: plane ad hoc instar etiam multitudo talis semper reperitur esse erga eos, qui cum ea negotia habent, quales illi fuerint, quos ipsa patronos nacta est et consiliarios. Propterea et

Digitized by Google

Ol. 143. 2. τοῦ στρατοπέδου, πρὸς μὲν ὑμᾶς διαλυόμεθα, καὶ πίστιν δίδομεν, ἐφ' ᾧ μὴ μνησικακήσειν· πρὸς δὲ τοὺς 13 αἰτίους ἀκαταλλάκτως [a]διακείμεθα, κολάζειν αὐτοὺς ἀξίως καὶ τῶν εἰς τὴν πατρίδα καὶ τῶν εἰς ἡμᾶς ἡμαρτημένων."

Necantur auctores defectionis.

XXX. Ἀκμὴν δὲ ταῦτ' ἔλεγεν, καὶ κύκλῳ μὲν οἱ στρατιῶται περιεστῶτες ἐν τοῖς ὅπλοις, ἀπὸ παραγγέλματος συνεψόφησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεούς· ἅμα δὲ τούτοις, δεδεμένοι γυμνοὶ οἱ τῆς στάσεως αἴτιοι γεγονότες εἰσήγοντο. τῷ δὲ πλήθει τοιοῦτον ὑπέστη 2 δέος ὑπό τε τοῦ πέριξ φόβου καὶ τῶν κατὰ πρόσωπον δεινῶν, ὥστε, τῶν μὲν μαστιγουμένων, τῶν δὲ πελεκιζομένων, μήτε τὴν ὄψιν ἀλλοιῶσαι, μήτε φωνὴν προέσθαι μηδένα, μένειν δὲ πάντας ἀχανεῖς, ἐκπεπληγμένους πρὸς τὸ συμβαῖνον. Οἱ μὲν οὖν ἀρχηγοὶ τῶν κακῶν 3 αἰκισθέντες εἵλκοντο διὰ μέσου, ἀπηλλαγμένοι τοῦ ζῆν·

Ceteris venia datur.

οἱ δὲ λοιποὶ παρὰ μὲν τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων [b]κατὰ κοινοῦ ἔλαβον τὰς πίστεις, ἐφ' ᾧ μηδένα μηδενὶ μνησικακήσειν· αὐτοὶ δὲ, καθ' ἕνα προϊόντες 4 ὤμνυον τοῖς χιλιάρχοις, ἦ μὴν πειθαρχήσειν τοῖς παραγγελλομένοις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ μηδὲν ὑπεναντίον φρονήσειν τῇ Ῥώμῃ. Πόπλιος μὲν οὖν, μεγάλων κιν- 5

[a] Post διακείμεθα deesse aliquid, v. c. ἐφ' ᾧ, vel κεκρικότες, monuit Reisk.
[b] κατὰ κοινὸν putem legendum.

ego jam, et omnes qui exercitui præsunt, vobiscum ante omnia in gratiam redimus, et, rerum præteritarum nullam deinceps in animis nostris hæsuram memoriam, sancte vobis pollicemur: sed inexorabiles adversus auctores defectionis, dignas ab his sceleris in patriam et in nos admissi pœnas sumus exacturi.

XXX. Vix finem dicendi fecerat *Scipio*, cum armati, qui corona concionem circumdederant, data tessera, gladiis ad scuta concrepuerunt, simulque *seditionis auctores* vincti nudique in medium sunt producti. Multitudinem tantus invasit terror, cum ob eum metum, qui undique a tergo ostendebatur, tum ob triste spectaculum, quod ante oculos obversabatur, ut, quum alii virgis cæderentur, alii securi percuterentur, vultum nemo mutaret, vocem nemo mitteret; sed attoniti et stupore ejus, quod gerebatur, torpidi manerent. Dum autem, qui defectionis auctores aliis exstiterant, cruciati necatique per mediam concionem trahebantur; reliqui ab imperatore ceterisque ducibus fidem simul omnes accipiebant, memoriam præteritorum nemini apud quemquam fraudi futuram. Deinde ad tribunos singuli accedentes, apud illos jurabant, *se mandatis imperatorum obtemperaturos, neque adversus populum Romanum quidquam esse molituros.* Ita Scipio, quum magnorum malorum initia, quæ

Digitized by Google

δύναμιν ἀρχὴν φυομένων καλῶς διορθωσάμενος, πάλιν A. U. 548.
ἀποκαθίστησι τὰς αἰκείας δυνάμεις εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς
διάθεσιν.

(III.) *Scipio, victo Indibili rebelle, Romam redit ex Hispania.*

XXXI. Ὁ δὲ Πόπλιος, συναθροίσας εὐθέως ἐν αὐτῇ Adv. Indibilem suos hortatur Scipio.
τῇ Καρχηδόνι τὰς δυνάμεις εἰς ἐκκλησίαν, ἔλεγε περί
τε [c]τῆς Ἀνδοβάλου τόλμης, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ἀθε-
2σίας. καὶ πολλὰ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐνεγκάμενος,
παρώξυνε τοὺς πολλοὺς πρὸς τὴν [d]κατὰ τῶν προειρη-
3μένων δυναστῶν ὁρμήν. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐξηριθμήσατο
τοὺς προγεγενημένους αὐτοῖς ἀγῶνας πρὸς Ἴβηρας ὁμοῦ
καὶ πρὸς Καρχηδονίους, στρατηγούντων Καρχηδονίων.
4ἐν οἷς ἀεὶ νικῶντας, οὐ καθήκειν, ἔφη, νυνὶ διαπορεῖν,
μήποτε πρὸς αὐτοὺς Ἴβηρας, Ἀνδοβάλου στρατηγοῦν-
5τος, μαχόμενοι λειφθῶσι. Διόπερ οὐδὲ [e]προσδέξασθαι
συναγωνιστὴν Ἰβήρων οὐδένα καθάπαξ, ἔφη, δι' αὐτῶν
6δὲ Ῥωμαίων συστήσασθαι τὸν κίνδυνον· ἵνα φανερὸν
γένηται πᾶσιν, ὡς οὐκ Ἴβηρσι Καρχηδονίους κατα-
πολεμησάμενοι, καθάπερ ἔνιοί φασιν, ἐξεβάλομεν ἐξ
Ἰβηρίας· ἀλλὰ καὶ Καρχηδονίους καὶ Κελτίβηρας

[c] Nisi καὶ Μανδονίου adjecit Polybius, scripsisse certe videtur τῆς τῶν περὶ τὸν Ἀνδοβάλαν. [d] κατὰ τῶν προσ. Præpositionem adjecit Casaub. cum abesset a libris. [e] προσδέξασθαι et deinde συστήσασθαι dant scripti libri omnes. Casaubonus συστήσασθαι correxit; quod si necesse fuit, etiam προσδέξασθαι oportnerat.

jam radices egerant, prudenter repressisset, in eamdem mentem et animorum habitum suos restituit, quo prius fuerant.

(III.) *Excerpt. Antiq. Cap.* 29—31.

XXXI. *Scipio* vero, in urbe ipsa Carthagine Nova concione militum confestim advocata, de *Indibilis audacia et perfidia in Romanos* apud eos disseruit. Quam in sententiam quum multa adtulisset; multitudinis animos adversus istos regulos vehementer concitavit. *Præliis* deinde illis enumerat *cum Hispanis simul et Carthaginiensibus, ubi Parvi fuissent duces, habita: e quibus præliis quum semper Romani victores redierint; non convenire, ait, nunc ut metuant, ne forte in eo bello, quod cum Hispanis solis sint gesturi, et quod ductu atque auspiciis Indibilis sit administrandum, acie decertantes vincantur. Idcirco etiam ad societatem hujus belli neminem prorsus Hispanorum velle se admittere; sed Romano duntaxat militi rem esse gesturum, omnes ut intelligant, non Hispanorum opera Carthaginienses a nobis fuisse devictos, quod aiunt nonnulli, et ex Hispania ejectos; sed Romanos sua virtute et*

Digitized by Google

Ol. 143. 2. Scipio hortatur suos.

ταῖς Ῥωμαίων ἀρεταῖς καὶ τῇ σφετέρᾳ γενναιότητι νενικήκαμεν. Ταῦτα δ' εἰπὼν, ὁμονοεῖν παρῄνει, καὶ 7 θαῤῥοῦντας, εἰ καὶ πρὸς ἄλλον τινὰ, καὶ πρὸς τοῦτον ἴέναι τὸν κίνδυνον. περὶ δὲ τοῦ νικᾶν αὐτὸς, ἔφη, μετὰ τῶν θεῶν [f] ποιήσασθαι τὴν καθήκουσαν πρόνοιαν. Τῷ δὲ 8 πλήθει τοιαύτη παρέστη προθυμία καὶ θάρσος, ὥστε παραπλησίους εἶναι πάντας ἐκ τῆς ἀπόψεως τοῖς ὁρῶσι τοὺς πολεμίους, καὶ μέλλουσιν ὅσον οὔτω πρὸς αὐτοὺς διακινδυνεύειν. Τότε μὲν οὖν, ταῦτ' εἰπὼν, διαφῆκε τὴν 9 ἐκκλησίαν.

Bellum cum Indibili.

XXXII. Τῇ δ' ἐπαύριον ἀναζεύξας προῆγε. καὶ παραγενηθεὶς ἐπὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν δεκαταῖος, καὶ περαιωθεὶς, τῇ τετάρτῃ μετὰ ταύτην προσεστρατοπέδευσε τοῖς ὑπεναντίοις, λαβὼν αὐλῶνά τινα μεταξὺ τῆς αὐτοῦ καὶ τῶν πολεμίων στρατοπεδείας. τῇ δ' ἑξῆς 2 εἰς τὸν προειρημένον αὐλῶνα προσέβαλέ τινα θρέμματα τῶν παρεπομένων τῷ στρατοπέδῳ, συντάξας ἑτοίμους ἔχειν τοὺς ἱππεῖς τῷ Γαΐῳ· τοὺς δὲ γροσφομάχους ἐπέταξε τῶν χιλιάρχων τισὶ παρασκευάζειν. ταχὺ δὲ 3 τῶν Ἰβήρων ἐπιπεσόντων ἐπὶ τὰ θρέμματα, [g] ἐφῆκε τῶν γροσφομάχων τινάς. γενομένης δὲ διὰ τούτων συμπλοκῆς, καὶ προσβοηθούντων ἑκατέροις πλειόνων, συνέστη μέγας ἀπροβολισμὸς τῶν πεζῶν περὶ τὸν αὐλῶνα. τοῦ 4

[f] Etiam in ποιήσασθαι consentiunt libri omnes, quod in ποιεῖσθαι mutavit Casaub. [g] ἐφῆκε Casaubono debetur. ἀφῆκε Herv. cum MStis, excepto Reg. E. in quo est ἐξαφῆκε, forsan ἐπαφῆκε voluit.

generosa indole cum Carthaginienses, tum Celtiberos vicisse. His dictis ad concordiam eos est adhortatus, et ut fiduciæ pleni ad hoc bellum, si ad ullum umquam aliud, proficiscerentur: *victoriam sibi, bonis cum diis, quantum par esset, curæ futuram.* Hujusmodi oratio eam alacritatem et fiduciam mentibus militum injecit, ut vultus ipsorum intuentibus similes viderentur iis, qui hostem in conspectu habent, et acie cum illo jamjam sunt decreturi. Ab hac oratione tunc concionem Publius dimisit.

XXXII. Postero vero die cum exercitu profectus, decimis castris ad Iberum flumen pervenit: indeque, superato amni, die quarto in conspectu hostium posuit castra: campus autem montibus circumseptus inter Punica Romanaque castra erat interjectus. Postridie ejus diei in prædictum campum pecora nonnulla ex iis, quæ exercitum sequebantur, propulit, jusso prius *C. Lælio*, paratos ut haberet equites, et similiter tribunorum nonnullis, ut præsto essent velites. Quum e vestigio Hispani in pecora incurrissent, velites aliquot in eos immisit. Per hos commisso semel certamine, mox ab utraque parte pluribus adcurrentibus, atrox peditum velitatio in

Digitized by Google

δὲ καιροῦ παραδιδόντος εὐλόγους ἀφορμὰς πρὸς ἐπί- A. U. 548. Bellum cum Indibili.
θεσιν, ἔχων ὁ Γάϊος ἑτοίμους τοὺς ἱππεῖς κατὰ τὸ
συνταχθὲν, ἐπεβάλλετο τοῖς ἀπροβολιζομένοις, ἀπο-
τεμόμενος ἀπὸ τῆς παρωρείας, ὥστε τοὺς πλείους αὐτῶν,
κατὰ τὸν αὐλῶνα σκεδασθέντας, ὑπὸ τῶν ἱππέων δια-
φθαρῆναι. Γενομένου δὲ τούτου, παροξυνθέντες οἱ βάρ-
βαροι, καὶ διαγωνιάσαντες, μὴ [h]διὰ τὸ προηττᾶσθαι
δόξωσι καταπεπλῆχθαι τοῖς ὅλοις, ἐξῆγον [i]ἅμα τῷ
φωτὶ, καὶ παρέταττον εἰς μάχην ἅπασαν τὴν δύναμιν.
[6]Ὁ δὲ Πόπλιος ἕτοιμος μὲν ἦν πρὸς τὴν χρείαν· θεωρῶν
δὲ τοὺς Ἴβηρας ἀλογίστως συγκαταβαίνοντας εἰς τὸν
αὐλῶνα, καὶ τάττοντας οὐ μόνον τοὺς ἱππεῖς, ἀλλὰ
καὶ τοὺς πεζοὺς, ἐν τοῖς ἐπιπέδοις· ἐπέμενε, βουλόμενος
[7]ὡς πλείστους ταύτῃ χρήσασθαι τῇ παρεμβολῇ· πι-
στεύων μὲν καὶ τοῖς ἱππεῦσι τοῖς ἰδίοις, ἔτι δὲ μᾶλλον
τοῖς πεζοῖς, διὰ τὸ, κατὰ τὰς ἐξ ὁμολόγου καὶ
συστάδην μάχας, τόν τε καθοπλισμὸν καὶ τοὺς ἄνδρας
τοὺς παρ' αὐτοῦ πολὺ διαφέρειν τῶν Ἰβήρων.

XXXIII. Ἐπεὶ δ' ἔδοξε τὸ δέον αὐτῷ γίγνεσθαι, πρὸς Pugna cum Indibili.
μὲν τοὺς ἐν τῇ παρωρείᾳ τεταγμένους τῶν πολεμίων
ἀντέταττε· πρὸς δὲ τοὺς εἰς τὸν αὐλῶνα καταβεβηκότας
ἄθρους ἄγων ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἐπὶ [k]τέτταρας κοόρτις,

[h] διὰ τὸ προηττᾶσθαι. Locum vulgo corruptum, correxi ex Suida. [i] ἅμα φωτὶ Suidas. [k] Post verba τέτταρας κοόρτις Herv. consentientibus omnibus codicibus inseruit hæc: τοῦτο δ' ἐστὶ σπεῖρα. quæ ejecit Casaubonus: recte, ut mihi videtur.

ea valle est accensa. *Lælius*, qui, ut præceptum ei fuerat, paratos equites secum habebat, e re nata occasionem adeptus hostes adoriendi, occupatos in certamine cum velitibus est adgressus, et a montis radicibus eos interclusit; adeo ut plerique illorum, palati per convallem, ab equitibus perimerentur. Hoc pugnæ eventu irritati barbari, quum præsertim metuerent, ne ob acceptam cladem ita territi viderentur, ut summæ rerum diffiderent, prima luce castris eduxere, et, quidquid aderat illis virium, in aciem direxere. *Scipio*, etsi ad dimicandum paratus erat, quis tamen videbat, Hispanos nullo judicio in vallem se demittere, et in patente compo non equites dumtaxat ordinare, verum etiam pedites, aliquamdiu substitit, eo consilio, ut quamplurimos pedites in acie sua hostes collocarent. Licet namque spem magnam in equitibus suis poneret; multo tamen in peditibus majorem, quod in pugnis ex composito sumtis, et quoties pede collato res geritur, cum genere armorum, tum virtute, miles Scipionis longe Hispano præstaret.

XXXIII. Ubi opportunum ei visum est jam esse, hostibus per infima clivi dispositis alios in acie opposuit; adversus eos autem, qui in vallem descenderant, ducens ex castris qua-

Digitized by Google

Ol. 143. 2. Pugna cum Indibili.

προσέβαλε τοῖς πεζοῖς τῶν ὑπεναντίων. Κατὰ δὲ τὸν 2
καιρὸν τοῦτον καὶ Γάϊος Λαίλιος, ἔχων τοὺς ἱππεῖς,
προῆγε διὰ τῶν λόφων τῶν ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς ἐπὶ
τὸν αὐλῶνα κατατεινόντων, καὶ προσέβαλλε τοῖς τῶν
Ἰβήρων ἱππεῦσι κατὰ νώτου, καὶ συνεῖχε τούτους ἐν τῇ
πρὸς αὐτὸν μάχῃ. Λοιπὸν οἱ μὲν πεζοὶ τῶν ὑπεναντίων, 3
ἐρημωθέντες τῆς τῶν ἱππέων χρείας, οἷς πιστεύσαντες
εἰς τὸν αὐλῶνα κατέβησαν, ἐπιέζοῦντο καὶ κατεβαροῦντο
τῇ μάχῃ. οἱ δ' ἱππεῖς τὸ παραπλήσιον ἔπασχον· ἀπει- 4
ληημένοι γὰρ ἐν στενῷ, καὶ δυσχρηστούμενοι, πλείους
ὑπ' αὐτῶν ἢ τῶν πολεμίων διεφθείροντο, τῶν μὲν ἰδίων
πεζῶν ἐκ πλαγίου προσπιπτόντων αὐτοῖς, τῶν δὲ πολε-
μίων τῶν πεζῶν κατὰ πρόσωπον, τῶν δ' ἱππέων κατὰ
Clades et fuga Indibilis. νώτου περιεστώτων. Τοιαύτης δὲ γενομένης τῆς μάχης, 5
οἱ μὲν εἰς τὸν αὐλῶνα καταβάντες σχεδὸν ἅπαντες
διεφθάρησαν· οἱ δ' ἐν τῇ παρωρείᾳ διέφυγον. οὗτοι δ' 6
ἦσαν εὔζωνοι, τρίτον δὲ μέρος τῆς ἀπάσης δυνάμεως,
μεθ' ὧν καὶ τὸν Ἀνδοβάλην συνέβη διασωθέντα φυγεῖν
εἴς τι χωρίον ὀχυρόν.

* * *

Victor Scipio Romam redit. Πόπλιος δὲ, συντέλειαν ἐπιτεθεικὼς τοῖς κατὰ τὴν 7
Ἰβηρίαν ἔργοις, παρῆν εἰς τὸν Ταρακῶνα [1]μετὰ μεγί-
στης χαρᾶς, κάλλιστον θρίαμβον καὶ καλλίστην νίκην

[1] *μετὰ μεγίστης* ex conject scripsi. Præpositionem vulgo ignorant omnes, et verba *μεγίστης χαρᾶς* ad seqq. trahunt. *μετὰ χαρᾶς* suspicatus est Reisk.

tuor integras cohortes, cum peditatu hostium prælium commisit. Simul et *C. Lælius* per colles, qui a castris ad convallem pertinebant, equitatu circumducto, equites Hispanorum a tergo invasit, eosque secum dimicantes est moratus. Itaque pedites, equitum suorum præsidio nudati, quo maxime freti in vallem descenderant, premebantur Romanorum impetu, pessimeque accipiebantur. Pari conditione equites erant: in angusto namque spatio deprehensi, et magnis difficultatibus adfecti, plures amittebant a suismet occisos, quam ab Romanis: quum a lateribus sui pedites eos læderent, ex adverso peditatus hostium, a tergo denique equites undique imminerent. Hoc genere pugnæ, qui in convallem descenderant, omnes pæne sunt absumti. Qui vero in obliquo monte constiterant, fuga salutem petierunt: erant autem hi leviter armati, pars tertia admodum universi exercitus: cum quibus et regulus *Indibilis* effugit, seque in munitum quendam locum recepit.

* * *

Publius igitur, ubi *rebus Hispaniæ manum supremam* imposuisset, Tarraconem lætitia exultans venit, splendidissimam triumphi materiam et pul-

Digitized by Google

8 τῇ πατρίδι κατάγων. Σπεύδων δὲ μὴ καθυστερεῖν τῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ καταστάσεως τῶν ὑπάτων, πάντα τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν διατάξας, καὶ παραδοὺς τὸ στρατόπεδον τοῖς περὶ τὸν [m]Ἰούνιον Μάρκον, αὐτὸς ἀπέπλευσε μετὰ Γαΐου καὶ τῶν ἄλλων φίλων εἰς τὴν Ῥώμην. A. U. 548.

V.

RES ANTIOCHI.

* * *

XXXIV. ΚΑΙ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ Εὐθύδημος Μάγνης· Euthydemus rex Bactr. pacem petit.
2 πρὸς ὃν ἀπελογίζετο [n]φάσκων, ὡς οὐ δικαίως αὐτὸν Ἀντίοχος ἐκ τῆς βασιλείας ἐκβάλειν σπουδάζει· γεγονέναι γὰρ οὐκ αὐτὸς ἀποστάτης τοῦ βασιλέως, ἀλλ', ἑτέρων ἀποστάντων, ἐπανελόμενος τοὺς ἐκείνων ἐκγόνους,
3 οὕτω κρατῆσαι τῆς Βακτριανῶν ἀρχῆς. Καὶ πλείω δὲ πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν διαλεχθείς, ἠξίου τὸν Τηλέαν, μεσιτεῦσαι τὴν διάλυσιν εὐνοϊκῶς, παρακαλέσαντα τὸν Ἀντίοχον, μὴ φθονῆσαι τῆς ὀνομασίας αὐτῷ τῆς τοῦ
4 βασιλέως [o]καὶ προστασίας· [p]ὡς γε ἐὰν μὴ συγχωρῇ τοῖς ἀξιουμένοις, οὐδετέρῳ τῆς ἀσφαλείας ὑπαρχούσης.
5 πλήθη γὰρ οὐκ ὀλίγα παρεῖναι τῶν Νομάδων, δι' ὧν

[m] Ἰούνιον Μάρκον ex Reg. E. edidi. Ceteri vulgo Ἰούνιον καὶ Μάρκον. Ἰούνιον καὶ Μάρκιον suspicatus est Casaub. idque in Lat. vers. expressit. [n] Verbum φάσκων, sua auctoritate; in φάσκοντα mutavit Casaub. [o] καὶ προστασίας. Ex conject. adjeci conjunctionem, quæ vulgo abest. Alia nonnulla verba excidisse putaverat Reiskius. [p] ὃς γε ex conject. scripsi, pro vulgato ὅστε.

cerrimam victoriam patriæ reportans. Quum vero ante consularia comitia Romæ adesse cuperet, omnibus rebus in Hispania rite ordinatis, exercitu *M. Junio* tradito, ipse cum *C. Lælio* et aliis amicis Romam decem navibus est reversus.

V.

Excerpt. Antiq. ex Lib. XI. *Cap.* 32.

* * *

XXXIV. ERAT enim et ipse *Euthydemus* Magnesia oriundus: qui apud illum [*Telean*] multis verbis causam suam exponens, *injuste facere Antiochum*, ait, *qui se deturbare de regno tanto studio contenderet. Neque enim a rege se desivisse; sed, quum alii desciviscent, eorum posteros sustulisse, et Bactrianorum imperium hoc pacto obtinuisse.* Ubi in eamdem sententiam plura disseruisset, *Telean* rogare institit, ut *pacis per benevolentiam conciliandæ interpres esse vellet, utque Antiochum oraret, ne regiam adpellationem sibi invideret, neque ejus decoris splendorem: quum præsertim, si huic petitioni rex non adnueret, neutrius res futuræ essent satis securæ. Adesse enim Nomadum Scytharum magnam multi-*

Digitized by Google

Ol. 143. 2. κινδυνεύειν μὲν ἀμφοτέρους, ἐκβαρβαρωθήσεσθαι δὲ τὴν χώραν ὁμολογουμένως, ἐὰν ἐκείνους προσδέχωνται. Ταῦτα δ' εἰπὼν, ἐξαπέστειλε τὸν Τηλέαν πρὸς τὸν 6
Teleas, Antiochi legatus. Ἀντίοχον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, πάλαι περιβλεπόμενος 7
λύσιν τῶν πραγμάτων, [q]πυθόμενος ταῦτα παρὰ τοῦ Τηλέου, προθύμως ὑπήκουσε πρὸς τὰς διαλύσεις διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. Τοῦ δὲ Τηλέου προσανακάμ- 8
Demetrius, Euthydemi filius. ψαντος καὶ πολλάκις πρὸς ἀμφοτέρους, τέλος Εὐθύδημος ἐξέπεμψε Δημήτριον τὸν υἱὸν, βεβαιώσοντα τὰς ὁμολογίας. ὃν ὁ βασιλεὺς ἀποδεξάμενος, καὶ 9
νομίσας, ἄξιον εἶναι τὸν νεανίσκον βασιλείας καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν ἔντευξιν [r]καὶ προστασίαν,
Pacem init Antiochus. πρῶτον μὲν ἐπηγγείλατο δώσειν αὐτῷ μίαν τῶν ἑαυτοῦ θυγατέρων· δεύτερον δὲ συνεχώρησε τῷ πατρὶ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐγγράπτους 10
ποιησάμενος ὁμολογίας, καὶ συμμαχίαν ἔνορκον, ἀνέζευξε σιτομετρήσας δαψιλῶς τὴν δύναμιν, προσλαβὼν καὶ τοὺς ὑπάρχοντας ἐλέφαντας [s]τοῖς περὶ τὸν Εὐθύ-
Indiam petit, et Sophagasenum. δημον. Ὑπερβαλὼν δὲ τὸν Καύκασον, καὶ κατάρας 11
εἰς τὴν Ἰνδικὴν, τήν τε φιλίαν ἀνενεώσατο τὴν πρὸς τὸν Σοφαγασῆνον τὸν βασιλέα τῶν Ἰνδῶν. καὶ λαβὼν ἐλέ- 12
φαντας, ὥστε γενέσθαι τοὺς ἅπαντας εἰς ἑκατὸν καὶ

[q] πυθόμενος ex Gronovii conject. scripsi. Vulgo omnes βουλόμενος, ante quod verbum *asteriscum* posuit Casaub. [r] Ignorat καὶ Herv. cum MStis. Adjecit Casaub. cum Ursino. [s] τοῖς περὶ τὸν correxi cum Reisk. Vulgo τοὺς περὶ τὸν.

tudinem, per quos utrique sint periclitaturi: et regionem universam, si barbaros illos admisissent, absque ulla controversia brevi efferatum iri. Hæc locutus, *Telcam* ad *Antiochum* dimisit. Rex, qui terminandi belli rationes dudum circumspexerat, auditis Teleæ mandatis, eas ob caussas, quas ante diximus, pacis conditiones non invitus accepit. Et Teleas quidem ultro citroque sæpius etiam ad ambos ivit rediitque. Tandem vero Euthydemus *Demetrium*, filium suum, ad sanciendum fœdus misit. Cujus indole rex cum esset delectatus, eumque adolescentem regno dignum et propter speciem et propter quamdam majestatem, quam in congressibus præ se ferebat, judicasset; primo quidem unam e suis filiabus se ei desponsaturum promisit, deinde et patri regii nominis usurpandi fecit potestatem. Tum vero fœderis conditiones super ceteris rebus scripto complexus, et societate jurejurando firmata, castra movit, ubi primum militibus commeatum largiter dedisset, et elephantes omnes accepisset, quos Euthydemus habuerat. Superato dein Caucaso, *Indorum* fines ingressus, amicitiam cum *Sophagaseno* rege renovavit. Et ibi quoque elephantos alios accepit, ut

Digitized by Google

πεντήκοντα, ἔτι δὲ σιτομετρήσας πάλιν ἐνταῦθα τὴν A. U. 548.
δύναμιν, αὐτὸς μὲν ἀνέζευξε μετὰ τῆς στρατιᾶς· Ἀν-
δροσθένη δὲ τὸν Κυζικηνὸν ἐπὶ τῆς ἀνακομιδῆς ἀπέλιπε
τῆς γάζης, τῆς ὁμολογηθείσης αὐτῷ παρὰ τοῦ βασι-
13 λέως. Διελθὼν δὲ τὴν Ἀραχωσίαν, καὶ περαιωθεὶς Victor do-
τὸν Ἐρύμανθον ποταμὸν, ἦκε διὰ τῆς Δραγγιανῆς εἰς mum redit
τὴν Καρμανίαν, οὗ καὶ, συνάπτοντος ἤδη τοῦ χειμῶνος,
14 ἐποιήσατο τὴν παραχείμασίαν. Τὸ μὲν οὖν πέρας τῆς
εἰς τοὺς ἄνω τόπους στρατείας Ἀντιόχου τοιαύτην
ἔλαβε τὴν συντέλειαν· δι' ἧς οὐ μόνον τοὺς ἄνω Σατρά-
πας ὑπηκόους ἐποιήσατο τῆς ἰδίας ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ
τὰς ἐπιθαλαττίους πόλεις, καὶ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ
15 Ταύρου δυνάστας. καὶ συλλήβδην ἠσφαλίσατο τὴν
βασιλείαν, καταπληξάμενος τῇ τόλμῃ καὶ φιλοπονίᾳ
16 πάντας τοὺς ὑποταττομένους. διὰ γὰρ ταύτης τῆς
στρατείας ἄξιος ἐφάνη τῆς βασιλείας οὐ μόνον τοῖς
κατὰ τὴν Ἀσίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ τὴν Εὐρώπην.

jam centum quinquaginta bestias haberet: deinde exercitui frumentum denuo mensus, copias cœpit reducere, Androsthene Cyziceno relicto ad devehendam gazam sibi a rege promissam. *Arachosiam* inde ventum: unde trajecto amni *Erymantho*, itinere per *Drangianam* habito, in Carmaniam venit. In ea provincia rex, quia hiems jam appetebat, in hibernis copias collocavit. Talis fuit *exitus susceptæ ab Antiocho in superiores provincias expeditionis*: cujus ille hunc fructum tulit, ut non solum illarum regionum superiorum satrapas imperio suo adjiceret; verum etiam urbes maritimas et omnes cis Taurum dynastas sibi subjiceret; postremo ut, perculsis audacia et ghavitate sua universis subditis, regnum non mediocriter stabiliret. Effecit namque *Antiochus* expeditione illa, ut non solum Asiæ, verum etiam Europæ populis imperio dignus vulgo censeretur.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΤΗΣ ΔΩΔΕΚΑΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

RES AFRICÆ.

Ol. 143. 3. A. U. 549.

(I.) *Varia Fragmenta.*

*

1 1. ΙΠΠΩΝ, Λιβύης πόλις. Πολύβιος δυοκαιδεκάτῳ. Fragmenta geographica.

*

2 [a]Τάβρακα, πόλις Λιβύης. Πολύβιος δυοκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ταβρακηνός.

*

3 [b]Σίγγα, ὡς Πολύβιος δυοκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Σιγγαῖος.

*

4 Χαλκεῖα, πόλις Λιβύης· ὁ Πολυΐστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ, ὡς Δημοσθένης· ᾧ μεμφόμενος Πολύβιος ἐν

[a] Τάβρακα et Ταβρακηνός correxi. Vulgo mendose Τάβαδρα et Ταβαδρηνός.
[b] An eadem quæ alias Σίγα?

I.

(I.) *Ex Stephano Byzantino et Athenæo.*

1. *HIPPON*, urbs Libyæ. Polybius XII.

Singa, ut Polybius XII. Gentile *Singæus*.

Tabraca, Libyæ oppidum. Polybius XII. Gentile *Tabracenus*.

Chalcea, urbs Libyæ: Polyhistor in Libycorum tertio, ut Demosthenes;

Digitized by Google

Ol. 143. 3. Fragmenta geographica.

τῷ δωδεκάτῳ, ὧδε γράφει· Ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν Χαλκείων. οὔτε γὰρ πόλις ἐστὶν, ἀλλὰ χαλκουργεῖα.

*

Πολύβιος [c]Βυσσάτιδα [vel Βυζακίδα] χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις, ἐν δωδεκάτῳ, σταδίων μὲν οὖσαν τὴν περίμετρον δισχιλίων, τῷ δὲ σχήματι περιφερῆ.

* * *

Lotus arbor.

II. Τὰ παραπλήσια τοῖς περὶ τὸν Ἡρόδοτον ἱστορεῖ περὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ καλουμένου Λωτοῦ αὐτόπτης γενόμενος ὁ Μεγαλοπολίτης Πολύβιος, ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν λέγων οὕτως· Ἔστι δὲ τὸ δένδρον, ὁ Λωτὸς, οὐ μέγα· τραχὺ δὲ, καὶ ἀκανθῶδες. ἔχει δὲ φύλλον χλωρὸν παραπλήσιον τῇ ῥάμνῳ, [d]μικρῷ βαθύτερον καὶ πλατύτερον. Ὁ δὲ καρπὸς, τὰς μὲν ἀρχὰς, ὅμοιός ἐστι καὶ τῇ χρόᾳ καὶ τῷ μεγέθει ταῖς λευκαῖς μυρτίσι ταῖς τετελειωμέναις· αὐξανόμενος δὲ, τῷ μὲν χρώματι γίνεται φοινικοῦς, τῷ δὲ μεγέθει ταῖς στρογγύλαις ἐλαίαις παραπλήσιος· πυρῆνα δ' ἔχει τελέως μικρόν. Ἐπὰν δὲ πεπανθῇ, συνάγουσιν· καὶ τὸν μὲν, τοῖς οἰκέταις, μετὰ χόνδρου πόψαντες, σάττουσιν εἰς ἀγγεῖα· τὸν δὲ τοῖς ἐλευθέροις, ἐξελόντες τὸν πυρῆνα, συντιθέασιν ὡσαύτως, καὶ σιτεύονται τοῦτον. Ἔστι δὲ τὸ βρῶμα

[c] Βυσσάτιδα ex conject. posui. Βυσσάλιδα corrupte habent scripti libri. Βυζακίδα correxit Salmasius. [d] μικρῷ correxi cum Reisk. Vulgo μικρὸν βαθύτ.

quem reprehendens Polybius in duodecimo sic scribit: *Errat autem vehementer et de Chalceis: neque enim urbs est, sed æris officinæ.*

*

Byssatida Polybius libro XII ait *regionem esse circa Syrtes, quæ circuitum bis mille stadiorum, figuram vero orbicularem habet.* (*Steph. in* Βύζακες.)

* * *

II. Similia Herodoto de *Loto*, quam vocant in Africa, Polybius Megalopolitanus, testis oculatus, refert Historiarum Libro duodecimo his verbis: Est autem *Lotus arbor* non procera, aspera vero et spinosa. Folium viride habet, rhamno simile, paulo profundiore colore, et paulo latius. *Fructus*, initio quidem, et colore et magnitudine albis myrti baccis, cum perfectæ sunt, similis est. Auctus deinde, colorem induit puniceum, magnitudine vero rotundis olivis fere fit æqualis: nucleum autem admodum habet pusillum. Is fructus, ubi maturus est, colligitur; et partim, servorum in usum, cum alica tusus, in vasa stipatur; partim, in usum ingenuorum, exemto nucleo, similiter reponitur, atque pro cibo est. Est autem edulium gustu caricis et palmulis non dissimile; odore vero suaviori.

Digitized by Google

παραπλήσιον σύκῳ καὶ φοινικοβαλάνῳ· τῇ δ' εὐωδίᾳ, A. U. 549.
7 βέλτιον. Γίνεται δὲ καὶ οἶνος ἐξ αὐτοῦ, βρεχομένου Lotus arbor.
καὶ τριβομένου δι' ὕδατος, κατὰ μὲν τὴν γεῦσιν ἡδὺς
8 καὶ ἀπολαυστικὸς, οἰνομέλιτι χρηστῷ παραπλήσιος· ᾧ
χρῶνται χωρὶς ὕδατος. οὐ δύναται δὲ πλέον δέκα μένειν
ἡμερῶν· διὸ καὶ ποιοῦσι κατὰ βραχὺ πρὸς τὴν χρείαν.
ποιοῦσι δὲ καὶ ὄξος ἐξ αὐτῶν.

(II.) *Timæi de Africa et Corsica errores.*

* * *

III. Τὴν μὲν τῆς χώρας ἀρετὴν πᾶς ἄν τις θαυ- Africæ
2 μάσειε. τὸν δὲ Τίμαιον εἴποι τις ἂν οὐ μόνον ἀνιστό- fertilitas.
ρητον γεγονέναι περὶ τῶν κατὰ τὴν Λιβύην, ἀλλὰ καὶ
παιδαριώδη, καὶ τελέως ἀσυλλόγιστον, καὶ ταῖς ἀρ-
χαίαις φήμαις ἀκμὴν ἐνδεδεμένον, ἃς παρειλήφαμεν,
ὡς ἀμμώδους πάσης καὶ ξηρᾶς καὶ ἀκάρπου ὑπαρ-
3 χούσης τῆς Λιβύης. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν Animalia.
ζώων. τό τε γὰρ τῶν ἵππων, καὶ τῶν βοῶν, καὶ προ-
βάτων, ἅμα δὲ τούτοις αἰγῶν πλῆθος τοσοῦτόν ἐστι
4 κατὰ τὴν χώραν, ὅσον οὐκ οἶδ' εἰ δύναιτ' ἂν εὑρεθῆναι
κατὰ τὴν λοιπὴν οἰκουμένην· διὰ τὸ πολλὰ τῶν κατὰ
Λιβύην ἐθνῶν τοῖς μὲν ἡμέροις μὴ χρῆσθαι καρποῖς, ἀπὸ
δὲ τῶν θρεμμάτων καὶ σὺν τοῖς θρέμμασιν ἔχειν τὸν
5 βίον. Καὶ μὴν τὸ τῶν ἐλεφάντων καὶ λεόντων καὶ
παρδάλεων πλῆθος καὶ τὴν ἀλκὴν, ἔτι δὲ βουβάλων

Fit autem et *vinum* ex eo, in aqua macerato ac trito; saporis grati et jucundi, qualis est optimi mulsi. Merum id et sine aqua bibunt. Sed ultra decimum diem non perdurat: quamobrem paulatim, prout requirit usus, illud parant. Ex eodem autem *acetum* quoque conficiunt. (*Athenæus Deipnos. Lib.* XIV. *cap.* 18.)

(II.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* XII. *Cap.* 1. 2.

* * *

III. Quemadmodum *præstantiam agrorum Africanorum* nemo facile est, quin miretur: sic *Timæum* jure pronunciet aliquis non solum imperitum rerum Africæ, sed etiam puerili ingenio virum, ac prorsus infirmo judicio, et qui antiquitus traditis opinionibus supra modum fuerit deditus, quasi videlicet universa Africa esset arenosa, sicca, et sterilis. Idem et de *animalibus* quoque dictum volumus. Nam equorum, boum, et ovium, itemque caprarum, tanta est in iis locis copia, quantam haud scio an in ulla parte reliqui orbis terrarum sit invenire. Est vero ejus rei caussa hæc, quod multi Africæ populi, quum fruges cultura hominum provenientes ignorent, e pecoribus aluntur, et cum pecoribus vitam degunt. Jam vero elephantorum, leonum, pardorum multitudinem

Digitized by Google

Ol. 143. 3. κάλλος καὶ στρουθῶν μεγέθη, τίς οὐχ ἱστόρησεν; ὧν κατὰ μὲν τὴν Εὐρώπην τὸ παράπαν οὐδέν ἐστιν· ἡ δὲ Timæi levitas. Λιβύη πλήρης ἐστὶ τῶν προειρημένων. περὶ ὧν οὐδὲν 6 ἱστορήσας Τίμαιος, ὥσπερ ἐπίτηδες τἀναντία τοῖς κατ' ἀλήθειαν ὑπάρχουσιν ἐξηγεῖται. Καθάπερ δὲ καὶ περὶ 7 τῶν κατὰ Λιβύην ἀπεσχεδίασεν, οὕτω καὶ περὶ τῶν κατὰ τὴν νῆσον τὴν προσαγορευομένην Κύρνον. καὶ γὰρ 8 Animalia Corsicæ ins. ὑπὲρ ἐκείνης μνημονεύων ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ φησὶν, αἶγας ἀγρίας καὶ πρόβατα καὶ βοῦς ἀγρίους ὑπάρχειν ἐν αὐτῇ πολλοὺς, ἔστι δ' ἐλάφους, καὶ λαγὼς, καὶ λύκους, καί τινα τῶν ἄλλων ζώων, καὶ τοὺς ἀνθρώπους περὶ ταῦτα διατρίβειν κυνηγετοῦντας, καὶ τὴν ὅλην τοῦ βίου διαγωγὴν ἐν τούτοις ἔχειν. Κατὰ δὲ τὴν προει- 9 ρημένην νῆσον οὐχ οἷόν αἶξ ἄγριος ἢ βοῦς, ἀλλ' οὐδὲ λαγὼς, οὐδὲ λύκος, οὐδ' ἔλαφος, οὐδ' ἄλλο τῶν τοιούτων ζώων οὐδέν ἐστι, πλὴν ἀλωπέκων, καὶ κυνίκλων, καὶ προβάτων ἀγρίων. ὁ δὲ *κύνικλος, πόρρωθεν μὲν 10 ὁρώμενος, δοκεῖ εἶναι λαγὼς μικρός· ὅταν δ' εἰς τὰς χεῖρας λάβῃ τις, μεγάλην ἔχει διαφορὰν καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν βρῶσιν. γίγνεται δὲ τὸ πλεῖον μέρος κατὰ γῆς.

Tuba greges convocant in Corsica. IV. Δοκεῖ γε μὴν πάντα εἶναι τὰ ζῶα κατὰ τὴν νῆσον ἄγρια, διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Οὐ δύνανται κατὰ 2 τὰς νομὰς συναπολουθεῖν οἱ τοιμένες τοῖς βρέμμασι,

* *κούνικλος* est apud Athenæum.

ac robur, bubalorum item pulcritudinem, et struthionum ingentia corpora, quis fando non accepit? quorum animalium in Europa quidem nullum penitus invenias; Africa vero iis est referta. At *Timæus*, qui de his nihil quidquam didicerat, velut de industria ea memoriæ mandavit, quæ cum veritate pugnarent. Qui ut in rebus Africæ futilitatem suam prodidit, sic etiam in iis, quæ ad *Corsicam* nomine insulam spectant, pari levitate est usus. In secundo namque *Historiarum* suarum libro mentionem ejus faciens, ait, *capras feras ovesque, item boves feros in ea multos reperiri, ad hæc cervos, lepores, lupos, et aliorum animantium nonnulla; quorum venationibus insulani exerceantur, et per totam vitam hoc unico studio occupentur.* Atqui in ea insula nedum capra fera aut bos, sed ne lepus quidem aut lupus aut cervus, aut simile his ullum aliud animal offenditur, præter vulpes et cuniculos, et oves feras. *Cuniculum* vero si procul intueaeris, putes esse leporem parvum; ubi in manus sumseris, magnam observes differentiam et in specie et in gustu: ut plurimum vero sub terra sunt cuniculi.

IV. Possunt autem omnia Corsicæ animalia videri esse fera: propter causam scilicet hujusmodi. Quum sit insula densis arboribus consita,

Digitized by Google

διὰ τὸ σύνδενδρον καὶ πρημνώδη καὶ τραχεῖαν εἶναι τὴν A. U. 549.
νῆσον· ἀλλ' ὅταν βούλωνται συναθροῖσαι, κατὰ τοὺς
εὐκαίρους τόπους ἐφιστάμενοι τῇ σάλπιγγι συγκαλοῦσι
τὰ ζῶα, καὶ πάντα πρὸς τὴν ἰδίαν ἀδιαπτώτως συν-
3 τρέχει σάλπιγγα. Λοιπὸν, ὅταν τινὲς, προσπλεύσαντες
πρὸς τὴν νῆσον, αἶγας ἢ βοῦς θεάσωνται νεμομένας
ἐρήμους, κἄπειτα βουληθῶσι καταλαβεῖν, οὐ προσίσται
4 τὰ ζῶα διὰ τὴν ἀσυνήθειαν, ἀλλὰ φεύγει. ὅταν δὲ καὶ
συνιδὼν ὁ ποιμὴν τοὺς ἀποβαίνοντας σαλπίσῃ, προτρο-
πάδην ἅμα φέρεται καὶ συντρέχει πρὸς τὴν σάλπιγγα.
διὸ φαντασίαν ἀγρίων ποιεῖ. ὑπὲρ ὧν Τίμαιος κακῶς
5 καὶ παρέργως ἱστορήσας ἐσχεδίασε. Τὸ δὲ τῇ σάλ-
πιγγι πειθαρχεῖν, οὐκ ἔστι θαυμάσιον. καὶ γὰρ κατὰ
τὴν Ἰταλίαν οἱ τὰς ὗς τρέφοντες [f] οὕτω χειρίζουσι τὰ
6 κατὰ τὰς νόμας· οὐ γὰρ ἕπονται κατὰ πόδας οἱ [g] συο- Buccina utuntur subulci in Italia.
φορβοὶ τοῖς θρέμμασιν, ὥσπερ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν,
ἀλλὰ προηγοῦνται φωνοῦντες τῇ βυκάνῃ κατὰ διά-
στημα, τὰ δὲ θρέμματα κατόπιν ἀκολουθεῖ, καὶ συν-
7 τρέχει πρὸς τὴν φωνήν. καὶ τηλικαύτη γίγνεται συν-
ήθεια τοῖς ζώοις πρὸς τὴν ἰδίαν βυκάνην, ὥστε θαυμά-
ζειν καὶ δυσταραδέκτως ἔχειν τοὺς πρώτους ἀκού-
8 σαντας. Διὰ γὰρ τὴν [i] πολυχειρίαν καὶ τὴν λοιπὴν Porcorum mira copia in Italia.

[f] οὕτω χειρίζουσι ex Xylandri emendatione edidi. οὐ χειρίζουσι Herv. cum MStis. οὐ χειρίζουσι Casaub. ex conject. [g] συοφορβοὶ dant libri omnes, quod in συφορβοὶ mutavit Casaub. [i] πολυχειρίαν ex Aug. Urb. Regiis et Venetis restitui. Vulgo πολυχειρίαν.

locaque multa habeat prærupta atque aspera; pastores pascentia pecora sequi nequeunt; sed, quoties cogere greges volunt, locis opportunis insistentes *tuba* convocant animalia, quæ sine ullo errore ad suam quodque tubam adcurrunt. Igitur, qui in hanc adpellunt insulam, si capras aut boves solas pascere observaverint, manumque propterea voluerint illis injicere; bestiæ propius eos ad se accedere, utpote nulla adsuetudine sibi notos, non patiuntur, sed fugiunt. Quodsi vero pastor, animadverso, descendere quosdam in terram, tuba signum dederit; effuso omnes feruntur cursu, et ad tubam concurrunt: atque ita speciem animalium ferorum præbent. Cujus rei veritatem cum ignoraret, et negligenter inquisisset *Timæus*, illa effutiit. Quod vero *sono tubæ* pareant animalia, id quidem mirum nemini debet videri. Nam et in Italia, qui sues alunt, eadem ratione pastum abigendi pecora utuntur: neque enim, ut fit apud Græcos, præeuntia pecora sequuntur subulci; sed præeunt ipsi ex intervallo, *buccina* canentes, et præcedentium vestigiis insistunt sues, et ad sonum concurrunt. Atque ea animalia buccinæ suæ ita adsuescunt, ut, qui rem primo audiunt, miraculi loco ducant, et vix ac ne vix quidem fidem ei habeant. Nam propter ho-

Digitized by Google

Ol. 143. 3. χορηγίαν, μεγάλα συμβαίνει τὰ συβόσια κατὰ τὴν
Ἰταλίαν ὑπάρχειν, καὶ μάλιστα τὴν [k]παραλίαν, παρά
τε τοῖς Τυῤῥηνικοῖς καὶ Γαλάταις, ὥστε τὴν μίαν
τοκάδα χιλίους ἐκτρέφειν ὗς, ποτὲ δὲ καὶ πλείους. [l]διὸ 9
καὶ κατὰ γένη ποιοῦνται καὶ καθ' ἡλικίαν τὰς ἐκ τῶν
νυκτερευμάτων ἐξαγωγάς. ὅθεν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον 10
προαγομένων καὶ πλειόνων συστημάτων, οὐ δύνανται
ταῦτα κατὰ γένη τηρεῖν, ἀλλά γε συμπίπτει κατά τε
τὰς ἐξελασίας καὶ νομὰς ἀλλήλοις, ὁμοίως δὲ κατὰ
Buccina convocantur greges. τὰς προσαγωγάς. Ἐξ ὧν αὐτοῖς ἐπινενόηται πρὸς τὸ 11
διακρίνειν, ὅταν συμπέσῃ, χωρὶς κόπου καὶ πραγμα-
τείας, τὸ κατὰ βυκάνην. ἐπειδὰν γὰρ τῶν νεμόντων ὁ 12
μὲν ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος προάγει φωνῶν, ὁ δ' ἐπὶ ἕτερον
ἀποκλίνας, αὐτὰ δι' αὐτῶν χωρίζεται τὰ θρέμματα,
καὶ κατακολουθεῖ ταῖς ἰδίαις βυκάναις μετὰ τοιαύτης
προθυμίας, ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι βιάσασθαι μηδὲ
κωλῦσαι μηδενὶ τρόπῳ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν. Παρὰ δὲ τοῖς 13
Ἕλλησι κατὰ τοὺς δρυμοὺς ἐπειδὰν ἀλλήλοις συμπέσῃ,
διώκοντα τὸν καρπὸν, ὁ πλείονας ἔχων [m]χεῖρας, καὶ
κατεσυναιρήσας, περιλαβὼν τοῖς ἰδίοις θρέμμασιν, ἀπ-
άγει τὰ τοῦ πλησίον. ποτὲ δὲ κλέπτης ὑποκαθίσας 14
ἀπήλασεν, οὐδ' ἐπιγινώσκοντος τοῦ περιάγοντος, πῶς

[k] παραλίαν ex conject. correxi. Vulgo omnes παλαιὰν. [l] διὸ εἰ καὶ malim, et deinde v. 10. ἅμως, pro ὅθεν. *licet per familias educant . . ; tamen separatos servare greges non possunt.* [m] χεῖρας ex libris revocavi. χείρους Casaub. ex Ursini ingenio.

minum frequentiam et reliquam rerum omnium commoditatem, *magni suum greges* aluntur *in Italia*, maxime in *maritima*, apud Etruscos et Gallos; adeo ut scrofam sit invenire, quæ alumnum gregem alat mille porcorum, aut etiam plurium. Idcirco per familias et ætates pastum educuntur ex haris, in quibus pernoctant. Ex quibus si in eumdem locum plures greges pastum agantur; secundum familias separata servari queant: sed interdum misceantur invicem, sive cum foras educuntur, sive cum pascuntur, et similiter quoque dum reducuntur. Et ob hanc caussam porculatores, ut sine labore et nullo negotio distinctionem permistorum gregum facerent, in eam rem *buccinæ usum* excogitarunt. Simulac enim pastorum alius in hanc partem procedens insonuerit, alius in illam se deflexerit; ipsa per se pecora statim secernuntur, et suas buccinas singuli ita sequuntur, ut per vim retinere aut impetum currentium retardare nullo pacto valeas. Apud *Græcos* vero quoties diversi greges, dum per querceta fructus sectantur, inter se fuerint permixti; is qui plures præsto sibi habet manus, et ceteris est opulentior, aliena pecora intra suum gregem recipiens, simul abigit. Interdum etiam fures abigei, qui latenter subsiderant, sues abducunt; quum interea porculator ignoret, quomodo illi sint amissi, quia

Digitized by Google

ἀπέβαλε, διὰ τὸ μακρὰν ἀποστᾶσθαι τὰ κτήνη τῶν A. U. 549.
περιαγόντων, ἀμιλλώμενα περὶ τὸν καρπὸν, ὅταν ἀκμὴν
ἄρχηται ῥεῖν. Πλὴν ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

II.

RES LOCRENSIUM.

(I.) *Dissensus Aristotelis et Timæi de Origine Locrorum.*

* * *

v. ΕΜΟΙ δὲ συμβαίνει καὶ παραβεβληκέναι πλεο- Polybius bene meritus de Locrensibus.
νάκις εἰς τὴν τῶν Λοκρῶν πόλιν, καὶ παρεσχῆσθαι
2 χρείας αὐτοῖς ἀναγκαίας. καὶ γὰρ τῆς εἰς Ἰβηρίαν
στρατείας αὐτοὺς παραλυθῆναι συνέβη δι' ἐμὲ, καὶ τῆς
εἰς Δαλματεῖς, ἣν ὤφειλον κατὰ θάλατταν ἐκπέμπειν
3 Ῥωμαίοις κατὰ τὰς συνθήκας. ἐξ ὧν καὶ κακοπαθείας
καὶ κινδύνου καὶ δαπάνης ἱκανῆς τινος ἀπολυθέντες,
πᾶσιν ἡμᾶς ἠμείψαντο τοῖς τιμίοις καὶ φιλανθρώποις.
διόπερ ὀφείλω [n]καὶ μᾶλλον εὐλογεῖν Λοκροὺς, ἢ τοὐ-
4 ναντίον. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ὤκνησα καὶ λέγειν καὶ γρά-
φειν, ὅτι τὴν ὑπ' Ἀριστοτέλους παραδιδομένην ἱστορίαν
περὶ τῆς ἀποικίας ἀληθινωτέραν εἶναι συμβαίνει τῆς
5 ὑπὸ Τιμαίου λεγομένης. Σύνοιδα γὰρ τοῖς ἀνθρώποις Locrensium origo.
ὁμολογοῦσιν, ὅτι παραδόσιμος αὐτοῖς ἐστιν αὕτη περὶ

[n] *καὶ*, quod abest vulgo, adjeci ex Regiis et Vesont.

procul ab eo abscedere solent pecora, studio concitata inveniendi fructus, ubi jam de arboribus cœperint illi decidere. Sed hæc quidem hactenus.

II.

(I.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* XII. *Cap.* 3. 4.

* * *

v. MIHI quidem contigit, sæpius *Locrorum* urbem adire, atque etiam magnis beneficiis civitatem eorum demereri. Nam quum ad bellum Hispaniense auxilia Romanis deberent, et ad bellum Dalmaticum tenerentur iidem ex fœdere copias maritimas mittere; ut istorum munium ipsis gratia fieret, impetravimus nos. Itaque cives, vexatione, periculo et sumtu non mediocri per nos liberati, nullum non vicissim honoris et humanitatis genus nobis rependerunt: ut caussa mihi sit, cur Locrenses laudare potius debeam, quam contrarium facere. Nihil tamen propterea sum cunctatus et dicere et scribere, narrationem ab *Aristotele* proditam memoriæ super deductione ejus coloniæ veriorem esse ea, quam adfert *Timæus*. Compertum namque mihi est, ipsos *Locrenses* fateri, *eam se a patribus traditam*

Digitized by Google

Ol. 143. 3. τῆς ἀποικίας ἡ φήμη παρὰ πατέρων, ἣν Ἀριστοτέλης εἴρηκεν, οὐ Τίμαιος. [o]καὶ τούτων γε τοιαύτας ἔφερον ἀποδείξεις. Πρῶτον μὲν, ὅτι πάντα τὰ διὰ προγόνων 6 ἔνδοξα παρ' αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γυναικῶν, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν, [p]εἴη· οἷον εὐθέως, [q]εὐγενεῖς παρά σφισι νομίζεσθαι τοὺς ἀπὸ τῶν ἑκατὸν οἰκιῶν λεγομένους· ταύτας δ' 7 εἶναι τὰς ἑκατὸν οἰκίας, τὰς προκριθείσας ὑπὸ τῶν Λοκρῶν πρὶν ἢ τὴν ἀποικίαν ἐξελθεῖν, ἐξ ὧν ἔμελλον οἱ Λοκροὶ κατὰ τὸν χρησμὸν κληροῦν τὰς ἀποσταλησομένας παρθένους εἰς Ἴλιον. τούτων δή τινας τῶν γυναικῶν 8 συνεξᾷραι μετὰ τῆς ἀποικίας, ὧν τοὺς ἀπογόνους ἔτι νῦν εὐγενεῖς νομίζεσθαι, καὶ καλεῖσθαι τοὺς ἀπὸ τῶν ἑκατὸν οἰκιῶν. Πάλιν [r]ὑπὲρ τῆς Φιαληφόρου παρ' 9 αὐτοῖς λεγομένης τοιαύτη τις ἱστορία [s]παρεδέδοτο· διότι, καθ' ὃν καιρὸν τοὺς Σικελοὺς ἐκβάλοιεν, τοὺς 10 κατασχόντας τὸν τόπον τοῦτον τῆς Ἰταλίας, [t]ὧν καὶ ταῖς θυσίαις προηγεῖτο τῶν ἐνδοξοτάτων καὶ τῶν εὐγενεστάτων [u]ὑπάρχων παῖς, αὐτοὶ, καὶ πλείω [x]τῶν Σικελικῶν ἐθῶν παραλαβόντες, διὰ τὸ μηδὲν αὐτοῖς πάτριον

Centum familiæ.

Phialephoros.

[o] Fors. καὶ τούτων καὶ. [p] εἴη ex Casauboni conjectura est. εἰς τὸ Herv. cum MStis, et εἰς τὸ ον οἷον (sic) Urb. Hinc ἐστὶν suspicatus est Ursinus, νενόμιστο Reiskius. [q] τὸ εὐγενεῖς Casaub. ex conject.. [r] ὑπὲρ ex conject. scripsi. ὑπὸ habet Herv. cum MStis, quod in ἐπὶ mutavit Casaub. [s] παραδέδοτο Urb. [t] ὧν καὶ ταῖς θυσίαις correxi cum Ursino. ὃν καὶ ταῖς θυσίαις Herv. consentientibus MStis. ὧν κατὰ τὰς θυσίας edidit Casaub. ex conject. Forsan cum Reiskio legendum ὧν ἐν κοιναῖς θυσίαις. [u] ὑπάρχων παῖς correxi cum Reiskio, ὑπάρχοντες Herv. cum MStis, quod in ὑπάρχων τις mutavit Casaub. [x] τῶν Σικελικῶν ex Reiskii conject. scripsi, quam in vers. Lat. expressit Casaubonus. Vulgo omnes τῶν συγγενικῶν.

accepisse famam de sua colonia, quam habet Aristoteles, non quam Timæus. Cujus sententiæ hæc etiam argumenta adferebant. Primum quidem, *quod splendor omnis, qui a majoribus repetitur, apud ipsos a feminis, non a viris, derivetur.* Exempli gratia statim, *nobiles apud ipsos censeri, qui sint orti ex iis, quas vocant centum familias. Has autem esse illas centum familias, quæ præ ceteris fuissent illustres apud Locrenses priusquam deduceretur colonia; e quibus Locri illas virgines sorte legere ex oraculi responso tenebantur, quæ erant quotannis Ilium mittendæ. Harum nempe mulierum nonnullas cum reliquis in coloniam esse profectas; quarum posteri etiam nunc nobiles censeantur, et vulgo* E CENTUM FAMILIIS ORIUNDI *nuncupentur.* Rursus de ea, quæ apud illos nuncupatur PHIALEPHOROS, [quod phialam gestans thensam ducat,] ejusmodi historia memoriæ est prodita: *quo tempore ipsi Siculos finibus suis ejecerint, qui illam Italiæ partem tenuerant; quum illis in more fuisset positum, ut in eorum sacris præiret puer, clarissimis et nobilissimis parentibus natus; ipsos, qui patria instituta nulla haberent, plures gentis Siculæ ritus moresque adsumsisse, et in his istum quoque ab illorum temporibus*

Digitized by Google

11 ὑπάρχειν, καὶ τοῦτο διαφυλάττοιεν ἀπ' ἐκείνων· αὐτὸ δὲ τοῦτο διορθώσαιντο, τὸ μὴ παῖδα ποιεῖν ἐξ αὐτῶν τὸν φιαληφόρον, ἀλλὰ παρθένον, διὰ τὴν ἀπὸ τῶν γυναικῶν εὐγένειαν. A. U. 549.

VI. Συνθῆναι δὲ πρὸς μὲν τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα Λοκροὺς οὔτ' ἦσαν, οὔτ' ἐλέγοντο παρ' αὐτοῖς γεγονέναι· πρὸς μέντοι Σικελοὺς πάντες εἶχον ἐν παραδόσει. Περὶ ὧν ἔλεγον, διότι, καθ' ὃν καιρὸν ἐκ τῆς πρώτης παρουσίας καταλάβοιεν Σικελοὺς κατέχοντας ταύτην τὴν χώραν, ἐν ᾗ νῦν κατοικοῦσι, καταπλαγέντων αὐτοὺς ἐκείνων, καὶ προσδεξαμένων διὰ τὸν φόβον, ὁμολογίας ποιήσαιντο τοιαύτας· ἢ μὴν εὐνοήσειν αὐτοῖς, καὶ κοινῇ τὴν χώραν ἕξειν, ἕως ἂν ἐπιβαίνωσι τῇ γῇ ταύτῃ, καὶ τὰς κεφαλὰς ἐπὶ τοῖς ὤμοις φορῶσι. Τοιούτων δὲ τῶν ὅρκων γενομένων, φασὶ τοὺς Λοκροὺς εἰς μὲν τὰ πέλματα τῶν ὑποδημάτων [y] ἐμβαλόντας γῆν, ἐπὶ δὲ [z] τοὺς ὤμους σκορόδων κεφαλὰς ἀφανεῖς ὑποθεμένους, οὕτω ποιήσασθαι τοὺς ὅρκους. κἄπειτα τὴν μὲν γῆν ἐκβαλόντας ἐκ τῶν ὑποδημάτων, τὰς δὲ κεφαλὰς τῶν σκορόδων ἀποῤῥίψαντας, μετ' οὐ πολὺ, καιροῦ παραπεσόντος, ἐκβαλεῖν τοὺς Σικελοὺς ἐκ τῆς χώρας. Ταῦτα μὲν οὖν λέγεται παρὰ Λοκροῖς. Fœdus subdolum cum Siculis.

[y] ἐμβαλόντας Casaubono debetur. ἐμβάλοντας Herv. cum MStis. [z] τοὺς ὤμους correxit idem Casaub. Mendose τοῦ σώματος Hervag. consentientibus libris.

Locrenses servasse. Ceterum ritui isti hanc ipsam correctionem sese adhibuisse aiebant, *quod non puerum phialiferum caperent, sed virginem, ob sexus feminei inter ipsos nobilitatem.*

VI. Jam vero *fœdera cum Locris Græciam incolentibus* neque fuerunt his Locrensibus, neque umquam fuisse ipsis perhibentur: contra *cum Siculis fœdus sibi intercedere,* ceu traditione majorum acceptum, omnes adfirmabant. Qua de re hæc narrabant. *Primo adventu suo Siculos se invenisse, eam, quam ipsi nunc colunt, regionem obtinentes: qui, re inopinata perculsi, quum præ metu ipsos recepissent, cum iis se fœdus in hæc verba fecisse:* "amicitiam Siculis Locrenses servaturos, et regionem hanc pro communi ambobus populis habituros, quamdiu terræ huic pedibus suis insisterent, et imposita humeris capita gestarent." *Hæc quum ita convenissent, Locros ad præstandum jusjurandum* aiunt *accessisse, postquam in calceamentorum sola terram injecissent, humeris autem capita alliorum ita imposuissent, ut non adpurerent: deinde e calceis terram excussisse, capita alliorum abjecisse, ac mox, ubi primum data est occasio, Siculos regione expulisse.* Ita quidem apud Locrenses ista narrantur.

Digitized by Google

Ol. 143. 3.

* * *

Servis olim non usos Græcos.

Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης ἐν τῇ ἑνάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, 7 (ἐλέγχει δ' αὐτὸν εἰς τοῦτο Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης διὰ τῆς δωδεκάτης τῶν Ἱστοριῶν·) οὐκ ἦν, φησὶ, πάτριον τοῖς Ἕλλησιν ὑπὸ ἀργυρωνήτων τὸ παλαιὸν διακονεῖσθαι, γράφων οὕτως· Καθόλου δὲ ἠτιῶντο τὸν 8 Ἀριστοτέλην, διημαρτηκέναι τῶν Λοκρικῶν ἐθῶν· οὐδὲ γὰρ κεκτῆσθαι, νόμον εἶναι τοῖς Λοκροῖς.

(II.) *Veritatis præcipua debet esse cura Historico.*

* * *

Veritas lumen historiæ.

VII. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν κανόνων, κἂν ἐλάττων ᾖ τῷ μήκει, κἂν τῷ πλάτει ταπεινότερος, [a]μετέχῃ δὲ τῆς τοῦ κανόνος ἰδιότητος, κανόνα φησὶν [b]εἶναι, καὶ δεῖν προσαγορεύειν οὕτως· ὅταν δὲ τῆς εὐθείας καὶ τῆς [c]πρὸς 2 ταύτην οἰκειότητος οὐκ ἐγγίζῃ, πάντα μᾶλλον δεῖν ἢ κανόνα καλεῖν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν συγγραμμάτων, ὅσα μὲν ἂν ἢ κατὰ τὴν λέξιν, ἢ κατὰ τὸν χειρισμὸν, ἢ κατ' ἄλλο τι διαμαρτάνηται τῶν ἰδίων μερῶν, ἀντέχηται δὲ τῆς ἀληθείας, προσίεσθαί φησι τὸ τῆς ἱστορίας ὄνομα τὰς βίβλους· ὅταν δὲ ταύτης [d]παραπέσῃ, μηκέτι καλεῖσθαι δεῖν ἱστορίαν. Ἐγὼ δὲ, 3

[a] *μετέχῃ* correxi cum Reisk. Vulgo *μετέχει*. [b] Verba *εἶναι* et *καὶ* absunt a libris, et Casauboni debentur ingenio. [c] *πρὸς ταύτην* pariter a Casaub. est: mendose libri *περὶ ταύτης*. [d] Possis *παρεκπέσῃ* suspicari.

* * *

Timæus Tauromenites libro nono Historiarum, (quo nomine eum reprehendit Polybius Megalopolita, Historiarum duodecimo:) *Græcis olim non fuisse*, ait, *patrium institutum, ut emtitii servi ipsis famularentur*; atque ita scribit: *Omnino Aristotelem reprehendebant, ac prorsus errasse eum contendebant in Locrorum institutis. Neque enim habere servos, Locrorum legibus licere.* (*Athenæus Deipnos. lib.* VI. *cap.* 18 *et* 20. *p.* 264 *et* 272.)

(II.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* XII. *Cap.* 5.

* * *

VII. Ait Timæus: *quemadmodum in regulis, si qua brevior quidem justo fuerit, aut latitudine minus alta, at officio tamen regulæ proprio fungatur, nihilo secius regula est, et adpellari eo nomine debet; contra, si a linea recta discedat, et regulæ proprietatem non servet, quidvis potius quam regula est nominanda: ita plane etiam in Historiis rem habere. Nam si qua fuerit scriptio aut genere dictionis, aut tractationis modo, aut ulla alia re, vitiosa, qua tamen veritatem ubique tueatur exacte; nihil vetat,* inquit, *quo minus Historiæ nomine adpelletur: quod si autem a vero aberraverit, non jam posse eam dici Histo-*

Digitized by Google

διότι μὲν ἡγεῖσθαι δεῖ τῶν τοιούτων συγγραμμάτων τὴν A. U. 549.
ἀλήθειαν, ὁμολογῶ, καὶ κατὰ τὴν πραγματείαν αὐτός
που κέχρημαι λέγων οὕτως, ὅτι, καθάπερ ἐμψύχου
σώματος τῶν ὄψεων ἐξαιρεθεισῶν ἀχρειοῦται τὸ ὅλον,
οὕτως, ἐξ ἱστορίας ἐὰν ἄρῃς τὴν ἀλήθειαν, τὸ κατα-
4 λειπόμενον αὐτῆς ἀνωφελὲς γίγνεται διήγημα. Δύο Duo genera
[e]μέν τοι τρόπους [f]φαμὲν εἶναι ψεύδους, ἕνα μὲν τὸν mendacii.
5 κατ' ἄγνοιαν, ἕτερον δὲ τὸν κατὰ προαίρεσιν. καὶ
τούτων δεῖν τοῖς μὲν κατ' ἄγνοιαν παραπαίουσι τῆς
ἀληθείας διδόναι συγγνώμην· τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν,
ἀπαταλλάπτως ἔχειν.

(III.) *Vindicatur Aristoteles a conviciis Timæi, qui ipse falsa tradit de rebus Locrensium.*

* * *

VIII. Πολλὰ ἱστορεῖ ψευδῆ ὁ Τίμαιος. καὶ δοκεῖ Partium
τὸ παράπαν οὐκ ἄπειρος ὢν οὐδενὸς τῶν τοιούτων· ὑπὸ studiosus
δὲ τῆς φιλονεικίας ἐπισπουδούμενος, ὅταν ἅπαξ ἢ ψέγειν, Timæus.
ἢ τοὐναντίον ἐγκωμιάζειν τινὰ προθῆται, πάντων ἐπι-
λανθάνεται, καὶ πολύ τι τοῦ καθήκοντος παρεκβαίνει.
2 Πλὴν ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ Ἀριστοτέλους εἰρήσθω, πῶς
καὶ τίσι προσέχων τοιαύτην ἐποιήσατο τὴν περὶ τῶν
3 Λοκρῶν ἐξήγησιν. Τὰ δὲ λέγεσθαι μέλλοντα περὶ

[e] μέν τοι ex conject. scripsi. μὲν dant scripti libri et Herv. μὴν Casaub.
[f] φαμὲν Herv. Aug. Vesont. Regii.

riam. Ego vero fateor quidem, *præcipuam veritatis curam* esse ducendam in hujusmodi scriptis; qui etiam in hoc ipso meo opere his ipsis alicubi verbis sum usus, ut dicerem: *Quemadmodum animal; luminibus ademtis, prorsus inutile redditur: ita, si veritatem ex Historia tollas, quod superest illius, narratio est nullius usus.* Verumtamen nos duplex esse mendacii genus dicimus: unum, quod ab ignoratione veri proficiscitur; alterum, quod a certo animi proposito mentiendi. Qui igitur per ignorationem a veritate aberrant, his veniam esse dandam; qui voluntate et certo proposito, ab iis capitali odio esse dissidendum.

(III.) *Excerpt. Valesian.*

* * *

VIII. Multa hujusmodi *Timæus* falsa retulit. Ac mihi quidem videtur minime harum rerum ignorantia lapsus, sed potius studio partium occæcatus, quoties laudare aliquem aut vituperare statuit, repente sui ipsius oblivisci, atque omnes officii leges excedere. Atque hæc quidem pro *Aristotele* a nobis dicta sint, cur et quibus argumentis impulsus hæc *de Locris* commemoravit. Ceterum occasionem hinc opportune nactus vi-

Digitized by Google

Ol. 143. 3. Τιμαίου, καὶ τῆς ὅλης συντάξεως αὐτοῦ, καὶ καθόλου περὶ τοῦ καθήκοντος τοῖς πραγματευομένοις ἱστορίαν, τοιάνδε τινὰ λήψεται τὴν ἀπάντησιν. Ὅτι μὲν οὖν 4 ἀμφότεροι κατὰ τὸν εἰκότα λόγον πεποίηνται τὴν ἐπιχείρησιν, καὶ διότι πλείους εἰσὶ πιθανότητες ἐν τῇ κατ' Ἀριστοτέλην ἱστορίᾳ, δοκῶ, πᾶς ἄν τις ἐκ τῶν εἰρημένων ὁμολογήσειεν· ἀληθὲς μέν τοί γε καὶ καθάπαξ
Nimius in vituperando. διαστεῖλαι περί τινος οὐδέν ἐστιν ἐν τούτοις. Οὐ μὴν, 5 ἀλλ' ἔστω, τὸν Τίμαιον εἰκότα λέγειν μᾶλλον. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν δεήσει πᾶν ῥῆμα καὶ πᾶσαν φωνὴν ἀκούειν, καὶ μόνον οὐ θανάτου κρίσιν ὑπέχειν, τοὺς ἐν ταῖς ἱστορίαις ἧττον εἰκότα λέγοντας; οὐ δήπου. Τοῖς μὲν γὰρ κατ' ἄγνοιαν ψευδογραφοῦσιν 6 ἔφαμεν δεῖν διόρθωσιν εὐμενικὴν καὶ συγγνώμην ἐξακολουθεῖν, τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀπαραίτητον κατηγορίαν.

Aristotelem insectatur Timæus. IX. Ἡ δεικτέον οὖν, τὸν Ἀριστοτέλην κατὰ τὸν ἄρτι λόγον τὰ περὶ Λοκρῶν εἰρηκότα χάριτος ἢ κέρδους ἢ διαφορᾶς ἕνεκεν· ἢ, μηδὲ τολμῶντας τοῦτο λέγειν, ὁμολογητέον, ἀγνοεῖν καὶ παραπαίειν τοὺς τοιαύτῃ χρωμένους ἀπεχθείᾳ καὶ πικρίᾳ κατὰ τῶν πέλας, οἵᾳ πέχρηται Τίμαιος κατὰ Ἀριστοτέλους. Φησὶ γὰρ, 2 αὐτὸν εἶναι θρασὺν, εὐχερῆ, προπετῆ· πρὸς δὲ τούτοις, κατατετολμηκέναι τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως, εἰπόντα, τὴν

5 διαστεῖλαι ex Ernestii conject. scripsi. Vulgo διαστῆναι, ante quod verbum excidisse nonnihil putarunt Valesius et Reisk.

deor, *de tota Timæi Historia* atque in universum *de Historici officio* deinceps exponendi. Igitur, utrumque ex conjectura dumtaxat locutum esse, atque *Aristotelis* narrationem veri esse similiorem, cuncti, ut arbitror, ex iis, quæ disserui, satis intelligunt: ut verò his in rebus veritatem distincte adsequaris atque adseveres, ne fieri quidem potest. Sed fingamus, si placet, *Timæum* probabiliora dixisse. Ideone eos, qui minus probabilia adferunt, adeo acerbe accipi oportebit, ac tantum non capitis judicium subire? Minime vero. Etenim iis, qui ignorantia lapsi falsa in Historiis retulere, veniam ac correctionem benevole commodandam esse ostendimus: qui autem id facinus consilio admisere, eos citra veniæ spem objurgandos.

IX. Aut igitur ea, quæ *Aristoteles de Locris* prodidit, gratiæ vel utilitati vel inimicitiæ dedisse monstrandus est; aut, si nemo est, qui id adserere ausit, fateri oportet, graviter aberrare eos, qui ejusmodi odio et acerbitate feruntur, cujusmodi *Timæus in Aristotelem* est ausus. Ait enim, *audacem illum ac levem et temerarium fuisse, ac de civitate Locrorum gnaviter menti-*

Digitized by Google

ἀποικίαν αὐτῶν εἶναι δραπετῶν οἰκετῶν, μοιχῶν, ἀνδρα- A. U. 549.
3 ποδιστῶν. καὶ ταῦτα λέγειν αὐτὸν, φησὶν, οὕτως ἀξιο- Aristotelem insectatur Timæus.
πίστως, ὥστε δοκεῖν ἕνα τῶν ἐστρατηγηκότων ὑπάρχειν,
καὶ τοὺς Πέρσας ἐν ταῖς Κιλικίαις πύλαις ἄρτι παρα-
4 τάξει νενικηκότα διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως· ἀλλ' οὐ
σοφιστὴν ὀψιμαθῆ καὶ μισητὸν ὑπάρχοντα, καὶ τὸ
πολυτίμητον ἰατρεῖον ἀρτίως ἀποκεκλεικότα, πρὸς δὲ
τούτοις εἰς πᾶσαν αὐλὴν καὶ σκηνὴν ἐμπεπηδηκότα,
πρὸς δὲ, γαστρίμαργον, ὀψαρτυτὴν, ἐπὶ στόμα φερό-
5 μενον ἐν πᾶσι. Δοκεῖ δή μοι τὰ τοιαῦτα μόλις ἄνθρω-
πος ἀγύρτης καὶ προπετὴς ἐπὶ δικαστηρίου ῥιψολογῶν
6 ἀνεκτὸς φανῆναι· μέτριος μὲν γὰρ οὐ δοκεῖ. συγ-
γραφεὺς δὲ κοινῶν πράξεων καὶ προστάτης ἱστορίας
ἀληθινὸς, οὐδ' ἂν [b]αὐτὸς ἐν αὐτῷ διανοηθῆναι, [i]μή τι
δὴ καὶ γράφειν τολμῆσαι τοιοῦτον.

X. Σκεψώμεθα δὴ καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Τιμαίου Timæi rationes de
προαίρεσιν, καὶ τὰς ἀποφάσεις συγκρίνωμεν ἐκ παρα- Locri
θέσεως, ἃς πεποίηται περὶ τῆς αὐτῆς ἀποικίας· ἵνα
γνῶμεν, πότερος ἄξιος ἔσται τῆς τοιαύτης κατηγορίας.
2 Φησὶ τοιγαροῦν κατὰ τὴν αὐτὴν βίβλον, οὐκέτι κατὰ
τὸν αὐτὸν εἰκότα λόγον χρώμενος τοῖς ἐλέγχοις, ἀλλ'
ἀληθινῶς αὐτὸς ἐπιβαλὼν εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα
3 Λοκροὺς, [k]ἐξετάζειν τὰ περὶ τῆς ἀποικίας. τοὺς δὲ,

[b] αὐτὸς ἐν αὐτῷ. Particulum ἐν, quæ abest vulgo, adjeci cum Reisk. [i] μή τι δὴ. Sic cod. Peiresc. quod in μή τοι δὴ mutavit Valesius. Si quid mutandum, μή τι δή γε malim. [k] ἐξετάσαι voluit Reisk.

tum, cum coloniam eorum ex fugitivis mancipiis, mœchis ac plagiariis collectam esse dixit: atque hæc illum, ait, *ea auctoritate adfirmare, quasi unus e ducibus fuisset, et ad Cilicias portas novissime Persas sua virtute fudisset; ac non potius odiosus seroque eruditus esset Sophista, atque is, qui celebrem pharmacopolæ officinam paullo ante clausisset.* Præterea *parasitum* eumdem adpellat, *qui in aulas atque ædes omnes ultro insilire solitus sit, et helluonem, et cupedinarium, ac ad gulam omnia referentem.* Quod si quis ex illa circumforanea ac petulanti multitudine hujusmodi verba in judicio effutiret, ne ferendus quidem mihi videtur, quippe modestiæ fines transgressus; scriptorem autem rerum publice gestarum, ac germanum auctorem Historiæ, numquam hujusmodi quidquam cogitaturum, nedum scriptis mandaturum esse arbitror.

X. Sed inspiciamus propius *Timæi* institutum, et utriusque viri rationes, quibus de hac colonia uterque est usus, invicem componamus; ut manifestius fiat, uter magis reprehensionem ejusmodi mereatur. Adfirmat igitur *Timæus* eodem in libro: *se jam haudquaquam amplius nuda conjectura adductum, sed certissimis argumentis exploratam rei veritatem tenere. Ad Locros enim, qui in Græcia sunt, profe-*

Digitized by Google

Ol. 143. 3. Timæi rationes.

πρῶτον μὲν, ἐπιδεικνύειν αὐτῷ συνθήκας ἐγγράπτους, ἔτι καὶ νῦν διαμενούσας πρὸς τοὺς ἐξαπισταλμένους, αἷς [1]ὑπογεγράφθαι τὴν ἀρχὴν τοιαύτην· ὡς γονεῦσι 4 πρὸς τέκνα. πρὸς δὲ τούτοις εἶναι δόγματα, καθ' ἃ πολιτείαν ὑπάρχειν ἑκατέροις παρ' ἑκατέροις. καθόλου δὲ, ἀκούοντας τὴν Ἀριστοτέλους ἐξήγησιν περὶ τῆς ἀποικίας, θαυμάζειν τὴν ἰταμότητα τοῦ συγγραφέως. Μεταβὰς δὲ πάλιν ἐπὶ τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκροὺς, 5 εὑρίσκειν ἀκολούθους καὶ τοὺς νόμους, φησὶ, τοὺς παρ' αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἐθισμοὺς, οὐ τῇ τῶν οἰκετῶν ῥᾳδιουργίᾳ, τῇ δὲ τῶν ἐλευθέρων ἀποικίᾳ. πάντως γὰρ καὶ 6 τοῖς ἀνδραποδισταῖς ἐπιτίμια τετάχθαι παρ' αὐτοῖς, ὁμοίως τοῖς μοιχοῖς, τοῖς δραπέταις· ἂν οὐδὲν ἂν ὑπάρχειν, εἰ [m]συνήδεισαν αὐτοῖς ἐκ τοιούτων πεφυκόσι.

Expenduntur Timæi rationes.

XI. [n]Πρῶτον δὴ διαπορήσαι τις ἄν, πρὸς τίνας τῶν Λοκρῶν παραγενόμενος ἐπυνθάνετο περὶ τούτων. εἰ μὲν 2 γὰρ συνέβαινε, καθάπερ τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκροὺς, μίαν πόλιν ἔχειν οὕτω καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα· τυχὸν οὐκ ἔδει διαπορεῖν, ἀλλ' ἦν ἂν εὐθεώρητον. Ἐπεὶ δὲ 3 δύω ἔθνη Λοκρῶν ἐστι, πρὸς ποτέρους ἦλθε καὶ πρὸς ποίας πόλεις τῶν ἑτέρων, καὶ παρὰ τίσιν εὗρε τὰς συνθήκας ἀναγεγραμμένας; οὐδὲν γὰρ ἡμῖν διασαφεῖται τούτων. καί τοι διότι τοῦτ' ἴδιόν ἐστι Τιμαίου, 4

[1] ἐπιγεγράφθαι maluerunt viri docti. [m] συνήδεισαν correxi cum Reisk. Vulgo συνίδησαν. [n] Aut πρῶτον δὲ, aut πρῶτον μὲν δὴ scribendum putem.

ctum se esse narrat, *atque hos primum quidem sibi fœdus ostendisse in tabulis incisum, quæ etiamnum visuntur, quibus hujusmodi præfixum sit exordium:* UT PARENTES ERGA LIBEROS DECET. *Præterea etiam decreta publica exstare, quibus civitatis jus commune inter se habeant. Denique, audita Aristotelis narratione de hac colonia, temeritatem hominis miratos esse. Deinde ad Locros, qui in Italia incolunt, delatum, leges apud illos et consuetudines hujusmodi reperisse se* testatur, *quæ non mancipiorum levitati, sed ingenuorum hominum coloniæ convenirent. Pœnas quin etiam adversus plagiarios, itidemque in adulteros ac fugitivos apud eosdem esse constitutas: quæ certe numquam illi fecissent, si conscii sibi essent, se ex ejusmodi hominibus originem ducere.*

XI. Jam vero primo quidem merito aliquis dubitaverit, *quonam e Locris,* in Græciam delatus, de his rebus interrogarit. Nam, si, quemadmodum Locri qui in Italia sunt, ita etiam in Græcia Locri unam modo civitatem haberent; nullus dubitationi locus superesse videretur, sed in promtu res esset. At vero, cum duæ sint in Græcia gentes Locrorum, utram gentem, quasve urbes alterius e supra dictis gentibus adiit Timæus? et apud quosnam fœdus illud conscriptum reperit? nihil enim de his nobis declaravit. Et tamen proprium id esse *Timæi,*

Digitized by Google

καὶ ταύτῃ παρημίλληται τοὺς ἄλλους συγγραφέας καὶ καθόλου [o]τῇδέ πῃ * τῆς ἀποδοχῆς, (λέγω δὲ κατὰ τὴν ἐν τοῖς χρόνοις καὶ ταῖς ἀναγραφαῖς ἐπίφασιν τῆς ἀκριβείας, καὶ τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιμέλειαν) 5 δοκῶ πάντες γινώσκομεν. Διὸ καὶ θαυμάζειν ἐστὶν ἄξιον, πῶς οὔτε τὸ τῆς πόλεως ὄνομα, παρ' οἷς εὗρεν, οὔτε τόπον, ἐν ᾧ συμβαίνει τὴν συνθήκην ἀναγεγράφθαι, διεσάφησεν ἡμῖν, οὔτε τοὺς ἄρχοντας τοὺς δείξαντας αὐτῷ τὴν ἀναγραφὴν, καὶ πρὸς οὓς ἐποιεῖτο τὸν λόγον· ἵνα μηδενὶ διαπορεῖν ἐξῇ, ἀλλ' ὡρισμένου τοῦ τόπου καὶ τῆς πόλεως ἐνῇ τοῖς ἀμφισβητοῦσιν εὑρεῖν τὴν ἀκρί- 6 βειαν. Ὁ δὲ πάντα ταῦτα παραλελοιπὼς, δῆλός ἐστι συνειδὼς αὑτῷ κατὰ πρόθεσιν ἐψευσμένῳ. διότι γὰρ, τῶν τοιούτων ἐπιλαβόμενος, οὐδὲν ἂν παρέλειπε Τίμαιος, [p]ἀλλ' ἀπρὶξ τὸ δὴ λεγόμενον ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ἐπέφυ, 7 προφανὲς ἐκ τούτων. Ὁ γὰρ πρὸς τὴν Ἐχεκράτους πίστιν ἀπερεισάμενος ἐπ' ὀνόματος, [q]πρὸς ὅν φησι περὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρῶν ποιήσασθαι τοὺς λόγους, καὶ 8 παρ' οὗ πυθέσθαι περὶ τούτων· καὶ προσεξειργασμένος, ἵνα μὴ φανῇ τοῦ τυχόντος ἀκηκοὼς, ὅτι συνέβαινε τὸν τούτου πατέρα πρεσβείας κατηξιῶσθαι πρότερον ὑπὸ 9 Διονυσίου· ἤπου γ' ἂν οὗτος, δημοσίας ἀναγραφῆς ἐπιλαβόμενος, ἢ παραδοσίμου στήλης, παρεσιώπησεν;

A. U. 549. Expenduntur Timæi rationes.

[o] *Defectus notam* Valesius adjecit: et exciderunt fortasse verba μάλιστα ἔτυχε. [p] ἀλλ' ἀπρὶξ edidi ex Casaub. et Valesii conjectura. ἀλλὰ πρὶν erat in cod. [q] πρὸς ὃν ex ejusdem Vales. conject. scripsi, cum esset πῶς φησὶ.

atque uno illum cum ceteris scriptoribus contendere et historiam suam maxime jactare, *studium* dico *ac diligentiam in temporum et in monumentorum publicorum notatione*, omnes, ut opinor, intelligimus. Quamobrem mirari subit, cur neque urbis nomen, in qua id reperit, neque locum, in quo id fœdus conscriptum est, nec magistratus, qui ipsum monumentum ei monstrarunt, et cum quibus collocutus est, nobis commemoraverit; ne cui dubitandi locus relinqueretur, sed, urbe ac loco designatis, rei veritas ab his, qui dubitarent, inveniri posset. Igitur, qui hæc omnia prætermisit, conscius sibi esse destinati mendacii deprehenditur. Nam *Timæum*, si quid hujusmodi nactus esset, numquam id omissurum fuisse, sed ambabus, quod aiunt, ulnis amplexurum, ex his perspicuum est. Nam qui *Echecratis* testimonio nominatim innititur, (quocum ait se de Locrensibus, qui in Italia sunt, sermonem habuisse, et a quo id sese accepisse memorat,) atque, ut ne ab levi ac spernendo auctore audiisse videatur, illud etiam studiose adjungit, *hujus Echecratis patrem mandatu Dionysii tyranni olim legationem obiisse;* an idem umquam, publicum scriptum aut antiquam tabulam nactus, reticuisset?

Digitized by Google

Ol. 143. 3. Miram diligentiam ostentat Timæus.

XII. Ὁ γὰρ τὰς συγκρίσεις ποιούμενος ἀνέπαθεν τῶν Ἐφόρων πρὸς τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι, καὶ τοὺς ἄρχοντας τοὺς Ἀθήνησι καὶ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει παραβάλλων πρὸς τοὺς Ὀλυμπιονίκας, καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν πόλεων περὶ τὰς ἀναγραφὰς τὰς τούτων ἐξελέγχων, παρὰ τρίμηνον ἐχούσας τὸ διαφέρον,

Monumenta publica crepat.

οὗτός ἐστι. καὶ μὴν ὁ τὰς [r]ὀπισθοδόμους στήλας, καὶ 2
τὰς ἐν ταῖς φλιαῖς τῶν νεῶν προξενίας ἐξευρηκὼς, Τίμαιός ἐστιν. ὃν οὔθ' ὑπάρχον τι τῶν τοιούτων ἀγνοεῖν, 3
οὔθ' εὑρόντα παραλιπεῖν πιστευτέον, οὔτε ψευσαμένῳ συγγνώμην δοτέον οὐδαμῶς. Πικρὸς γὰρ γεγονὼς καὶ 4
ἀπαραίτητος ἐπιτιμητὴς τῶν πέλας, εἰκότως ἂν καὶ ὑπὸ τῶν πλησίον αὐτὸς ἀπαραιτήτου τυγχάνοι κατηγορίας. Οὐ μὴν, ἀλλὰ προφανῶς ἐν τούτοις ἐψευσμένος, μετα- 5
βὰς ἐπὶ τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρούς, πρῶτον μέν φησι, τήν τε πολιτείαν καὶ τὰ λοιπὰ φιλάνθρωπα τοῖς Λοκροῖς

Consulto fuse de Timæo agit Polybius.

[s]ἀμφοτέροις * * Ἀριστοτέλη καὶ Θεόφραστον κατεψεῦσθαι τῆς πόλεως. Ἐγὼ δ' οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὅτι καὶ 6
ταύτῃ [t]τῆς πραγματείας ἀναγκασθήσομαι παρεκβαίνειν, διοριζόμενος καὶ διαβεβαιούμενος περὶ τούτων. οὐ 7
μὴν, ἀλλὰ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν εἰς ἕνα τόπον ὑπερε-

[r] ὀπισθοδόμου legendum censuit Valesius: ὀπισθοδομίους Reisk. [s] ἀμφοτέρους in ἀμφοτέροις mutandum monuit Heynius: quod lubens acciperem, nisi in ea regione intercidisse utique nonnihil videretur; quare *lacunæ signum* adposui. [t] τῆς πραγματείας ex conject. scripsi. Vulgo τῇ πραγματείᾳ, unde præcedens καὶ in κἄν mutandum suspicatus erat Valesius.

XII. Etenim hic ipse est, qui Spartanorum ephoros a prima institutione cum eorumdem regibus comparat; qui magistratus Atheniensium, et sacerdotes Junonis apud Argivos cum Olympiorum victoribus confert; et qui in commentariis publicis civitatum errorem hac in re admissum, ob trimestris spatii differentiam, redarguit. Hic est, qui fœderum tabulas in adytis templorum, in vestibulis monumenta publici hospitii reperit: ipse, inquam, *Timæus*, quem neque hujusmodi quidquam ignorasse, neque, si invenisset, præteriisse credendum, neque vero, si falsa tradidit, ullatenus ei condonandum est. Nam cum alios ipse acerbe atque inclementer objurgare consueverit, jure merito ab aliis pari inclementia tractabitur. Ceterum, in his manifesti mendacii convictus, ubi ad Locros in Italia degentes transivit, primum quidem ait, *reipublicæ formam et amicitiæ fœdera apud utrosque Locros* * * *Aristotelem et Theophrastum falso adfinxisse civitati.* Ego vero non sum quidem nescius, mihi hoc rursus loco ab instituto cursu esse divertendum, ut de his rebus distincta et firma ratione exponam. Sed nimi-

Digitized by Google

θέμην τὸν περὶ Τιμαίου λόγον, ἵνα μὴ πολλάκις ἀναγ- A. U. 549.
κάζωμαι τοῦ καθήκοντος ὀλιγωρεῖν.

(IV.) *Vindicantur Democharis et Agathocles a Timæi calumniis.*

* * *

XIII. Τίμαιός φησι, Δημοχάρην ἡταιρηκέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ σώματος, οὐκ εἶναι δ' ἄξιον τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν, ὑπερβεβηκέναι δὲ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰ Βότρυος ὑπομνήματα καὶ τὰ Φιλαινίδος καὶ τῶν ἄλλων ἀναισχυντογράφων. Ταύτην δὲ τὴν λοιδορίαν καὶ τὰς ἐμφάσεις οὐχ οἷον ἄν τις διέθετο πεπαιδευμένος ἀνὴρ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν [u]ἐπὶ τέγους ἀπὸ τοῦ σώματος εἰργασμένων οὐδείς. [x]ὁ δ', ἵνα πιστὸς φανῇ κατὰ τὴν αἰσχρολογίαν καὶ τὴν ὅλην ἀναισχυντίαν, καὶ προσκατέψευσται τἀνδρὸς, κωμικόν τινα μάρτυρα προσεπισπασάμενος ἀνώνυμον. Πόθεν δ' ἐγὼ καταστοχάζομαι τοῦτο; πρῶτον μὲν, ἐκ τοῦ πεφυκέναι καὶ τετράφθαι καλῶς Δημοχάρην, ἀδελφιδοῦν ὄντα Δημοσθένους. δεύτερον, ἐκ τοῦ μὴ μόνον στρατηγίας αὐτὸν ἠξιῶσθαι παρ' Ἀθηναίοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν, ὧν οὐδὲν ἂν αὐτῷ συνεξέδραμε τοιαύταις ἀτυχίαις παλαίοντι. Διὸ

Timæi in Democharem convicia.

Democharem defendit Polybius.

[u] ἐπὶ τέγους correxi monente Valesio. Vulgo ἀπὸ τέγους. [x] ὁ δ' ἵνα eodem Valesio auctore scripsi, pro vulgato οὐδ' ἵνα.

rum hac ipsa de caussa hunc *de Timæo sermonem* unum in locum distuli,

ne, contra quam decet, sæpius a proposito recedere cogerer.

(IV.) *Excerpt. Valesian. et deinde Excerpt. Antig. Cap.* 6.

* * *

XIII. Idem TIMÆUS scribit: *Democharem superioribus corporis partibus impudicum fuisse, neque dignum, qui ignem sacrum flatu accenderet, eumdemque Botryis ac Philænidis aliorumque hujusmodi lasciviæ scriptorum commentarios vitæ suæ institutis superasse.* Istud vero convicium atque eam turpitudinem non solum nemo paulisper liberaliter institutus homo protulerit, sed ne ullus quidem ex iis, qui in fornice quæstum corpore fecerunt. Hic vero ut suis obscœnis atque impudentibus maledictis fidem adstrueret, etiam hoc mendacium adversus eumdem virum adjecit, ut comicum quemdam nullo nomine testem advocaret. Ceterum, mentiri *Timæum*, ego inde conjicio: primum, quod *Democharen* et natus est et educatus liberaliter, quippe Demosthenis sororis filius: deinde, quod non prætura solum, sed et ceteris honoribus ab Atheniensibus est ornatus, quæ profecto numquam esset adeptus, si hujusmodi probris contaminatus fuisset. Itaque

Digitized by Google

Ol. 143. 3. ἐν ταῖς λοιδορίαις ἐκπίπτειν τοῦ καθήκοντος διὰ τὴν ἔμφυτον πικρίαν.

Timæi in Agathoclem convicia.

XV. Καὶ γὰρ οὐδὲ ταῖς κατ' Ἀγαθοκλέους ἔγωγε λοιδορίαις, εἰ καὶ πάντων γέγονεν ἀσεβέστατος, εὐδοκῶ. λέγω δ' ἐν τούτοις, ἐν οἷς ἐπὶ καταστροφῇ τῆς ὅλης 2 ἱστορίας φησὶ, γεγονέναι τὸν Ἀγαθοκλέα κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν κοινὸν πόρνον, ἕτοιμον τοῖς ἀκρατεστάτοις, κολοιὸν, τριόρχην, [d]πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν ἔμπροσθεν γεγονότα. Πρὸς δὲ τούτοις, ὅτ' 3 ἀπέθανε, τὴν γυναῖκα φησὶ κατακλαιομένην αὐτὸν οὕτω θρηνεῖν· Τί δ' οὐκ ἐγὼ σέ; τί δ' οὐκ ἐμὲ σύ; Ἐν γὰρ 4 τούτοις πάλιν οὐ μόνον ἄν τις ἐπεφθέγξατο τὰ καὶ περὶ Δημοχάρους, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπερβολὴν θαυμάσειε τῆς

Defenditur Agathocles.

πικρίας. Ὅτι γὰρ ἐκ φύσεως ἀνάγκη μεγάλα τροτε- 5 ρήματα γεγονέναι περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα, τοῦτο δῆλόν ἐστιν ἐξ αὐτῶν, ὧν ὁ Τίμαιος ἀποφαίνεται. Εἰ γὰρ 6 εἰς τὰς Συρακούσας παρεγενήθη φεύγων τὸν τροχὸν, τὸν κανὸν, τὸν πηλὸν, [e]περί τε τὴν ἡλικίαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονώς· καὶ μετά τινα χρόνον, ὁρμηθεὶς ἀπὸ 7 τοιαύτης ὑποθέσεως, κύριος μὲν ἐγενήθη πάσης Σικελίας, μεγίστους δὲ κινδύνους περιέστησε Καρχηδονίοις, τέλος ἐγγηράσας τῇ δυναστείᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον βασιλεὺς προσαγορευόμενος· ἆρ' οὐκ ἀνάγκη, μέγα τι 8

[d] Fors. παντὶ τῷ βουλομένῳ. Reisk. Malim τὴν ἡλικίαν περὶ ὀκτωκαίδ.

[e] Delere particulam τε jussit Reisk.

ipsius animo maledicendi studio, modum omnem in conviciando excessit.

XV. Etenim mihi ne illa quidem *maledicta* placent, quæ *in Agathoclem* idem Timæus contulit, etsi fuit ille sane scelestissimus et omnium maxime impius. Dico autem ista, quæ in operis totius sui fine posuit, quo loco ait, *Agathoclem in prima ætate publicum fuisse prostibulum, passim omnium incontinentissimorum libidini expositum, graculum, triorchem, qui aversus et adversus impudicus obviis quibusque pateret.* Ad hæc, *ubi fato esset functus, ejus uxorem*, ait, *mortuum maritum lamentantem, hujusmodi plangorem edidisse: Quid non ego tibi? quid non tu mihi?* Ista enim qui legunt, non ea dumtaxat merito usurpaverint, quæ de superioribus adversus Democharem modo dicebamus; sed etiam illud modum omnem excedens maledicendi studium, quo Timæus flagrabat, omnino mirentur. Etenim necesse utique esse, ut ingentibus a natura dotibus ornatus fuerit *Agathocles*, id vero etiam ex illis, quæ de eo ipsemet Timæus scribit, liquido constat. Nam si *figularem rotam, et fumum ac lutum fugiens, quum vix decem et octo esset annorum, Syracusas primum venit*, et post aliquod tempus, a tali profectus principio, Siciliam universam suo subjecit imperio, maximaque Pœnis creavit pericula, denique senex in ipso dominatu, et regio ornatus titulo, vitam finivit: quis neget, magnum profecto virum et ad-

Digitized by Google

γεγονέναι χρῆμα καὶ θαυμάσιον τὸν Ἀγαθοκλία, καὶ πολλὰς ἰσχηκέναι ῥοπὰς καὶ δυνάμεις πρὸς τὸν πραγ- A. U. 549.
9 ματικὸν τρόπον; Ὑπὲρ ὧν δεῖ τὸν συγγραφέα μὴ μόνον τὰ πρὸς διαβολὴν κυροῦντα καὶ κατηγορίαν ἐξηγεῖσθαι τοῖς ἐπιγιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς ἔπαινον ἥκοντα περὶ τὸν ἄνδρα. τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῆς ἱστορίας. Præclare facta non tacere debet scriptor.
10 Ὁ δὲ [e]ἐπισκοτισμένος ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας, τὰ μὲν ἐλαττώματα δυσμενικῶς καὶ μετ' αὐξήσεως ἡμῖν ἐξήγγελκε, τὰ δὲ κατορθώματα συλλήβδην παραλέλοιπεν·
11 ἀγνοῶν, ὅτι τὸ ψεῦδος οὐκ ἧττόν ἐστι περὶ τοὺς τὰ
12 [f]γεγονότα * * γράφοντας ἐν ταῖς ἱστορίαις. Ἡμεῖς δὲ τὸ μὲν ἐπιμετροῦν τῆς ἀπεχθείας αὐτοῦ χάριν ἀφήκαμεν, τὰ δ' οἰκεῖα τῆς προθέσεως αὐτῶν οὐ παρελείψαμεν.

(V.) *Leges Locrensium, auctore Zaleuco.*

* * *

XVI. Νεανίσκων δυοῖν περί τινος οἰκέτου διαφερο- Controversia de servo.
μένων, συνέβαινε, παρὰ μὲν [g]τῷ ἑτέρῳ καὶ πλείω χρόνον
2 γεγονέναι τὸν παῖδα· τὸν δ' ἕτερον, ἡμέραις δυσὶ πρότερον εἰς τὸν ἀγρὸν ἐλθόντα, μὴ παρόντος τοῦ δεσπότου,
3 μετὰ βίας εἰς οἶκον [h]ἀπηχέναι τὸν δοῦλον. κἄπειτα

[e] Temere ex conjectura edidit Ursinus παρεσκοτισμένος. [f] Post γεγονότα *defectus notam* adjeci: et suspicor legendum τὰ γεγενῆσθαι πράττοντας. ἢ περὶ τοὺς τὰ οὐ γεγονότα γράφοντας. Hiatum Casaubonus, adjecta ex ingenio particula οὐ ante τὰ γεγονότα, dissimulavit. [g] τῷ ἑτέρῳ correxit Casaub. παρὰ τὸν ἕτερον Herv. cum MStis. [h] ἀπηχέναι Herv. cum MStis, quod in ἀπηχθέναι ex conject. mutavit Casaub.

mirabilem fuisse Agathoclem, quique magnis a natura dotibus et præsidiis ad res sollerter gerendas esset instructus? Propterea debent rerum gestarum scriptores non ea solum, quæ ad criminandum et accusandum Agathoclem valent, tradere posteris; verum etiam illa, quæ cum ejus laude sunt conjuncta. Id enim veræ proprium est historiæ. At egregius hic scriptor, maledicendi studio occæcatus, minus recte facta cum quadam animi malignitate solitus narrare, et omnia in majus etiam attollere, præclare facta simul cuncta prætermisit; ignorans utique, non minus mendacii reum esse, si quis Historiam scribere professus, quæ gesta sunt, taceat, quam si, quæ facta non sunt, scribat. Nos vero, quæ ille odio concitatus nimia dixit, plura omisimus: [*An:* Sed non quidem pluribus hæc persequi nolumus, quia id odiosum est:] quæ vero ad propositum pertinebant nostrum, non prætermisimus.

(V.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* XII. *Cap.* 7.

* * *

XVI. Erant (apud *Locrenses*) duo adolescentes, qui *de servo* controversiam inter se habebant. Et horum quidem alter puerum illum per longioris temporis spatium possederat: alter vero, biduo ante, rus egressus, absente domino servum ad se domum

Digitized by Google

Ol. 142. 3. τὸν ἕτερον, αἰσθόμενον, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, καὶ λα-
βόντα πάλιν, [i]ἄγειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν, καὶ φάναι, δεῖν
κύριον αὐτὸν εἶναι, [k]καὶ διδόναι τοὺς ἐγγυητάς. Κε- 4
Lex Zaleuci de rei vindicatione. λεύειν γὰρ τὸν Ζαλεύκου νόμον· Τοῦτον δεῖν κρατεῖν
τῶν ἀμφισβητουμένων ἕως τῆς κρίσεως, παρ' οὗ τὴν
ἀγωγὴν συμβαίνει γίγνεσθαι. Τοῦ δ' ἑτέρου, κατὰ 5
τὸν αὐτὸν νόμον, παρ' αὐτοῦ φάσκοντος γεγονέναι τὴν
ἀγωγήν, ἐκ γὰρ τῆς οἰκείας τῆς ἐκείνου τὸ σῶμα πρὸς
τὴν ἀρχὴν ἥκειν [l]ἀπαγόμενον· τοὺς προκαθημένους ἄρ- 6
χοντας, διαπορεῖν ὑπὲρ τοῦ πράγματος, ἐπισκά-
Cosmopolis, major magistratus Locrorum. σασθαι καὶ συμμεταδοῦναι τῷ Κοσμοπόλιδι. Τὸν δὲ 7
διαστείλασθαι τὸν νόμον, φήσαντα· Παρὰ τούτων τὴν
ἀγωγὴν [m]ἀεὶ γίγνεσθαι, παρ' οἷς ἂν ἔσχατον ἀδήριτον
ᾖ χρόνον τινὰ γεγονὸς τὸ διαμφισβητούμενον. ἐὰν δέ 8
τις, ἀφελόμενος βίᾳ παρά τινος, ἀπαγάγῃ πρὸς αὐτὸν,
κἄπειτα παρὰ τούτου τὴν ἀγωγὴν ὁ προϋπάρχων τοι-
ῆται δεσπότης, οὐκ εἶναι ταύτην κυρίαν. Τοῦ δὲ 9
νεανίσκου δεινοπαθοῦντος, καὶ μὴ φάσκοντος εἶναι τοῦ
νομοθέτου ταύτην τὴν προαίρεσιν, προσκαλέσασθαί φησι
τὸν Κοσμόπολιν, [n]εἴ τι [o]βούλεται [p]λέγειν ὑπὲρ τῆς

[i] Ignorant verbum libri omnes. *Ἴναι* ex conject. posuit Casaub. Mihi illud praeferendum visum est; pro quo lubens et *ἀνάγειν* acciperem. [k] Conjunctionem, qua carent libri, adjecit Casaub. Malim *διδόναι*, absque conjunct. Ac poterat etiam *διδόναι* absque conjunct. teneri: *sibi jus esse sponsores dare.* [l] *ἀπαγόμενον* ex Ursini emend. recepit Casaub. Mendose libri *ἀπήγμενον*, quod et ex *ἠγόμενον* corruptum esse potest. [m] *ἀεὶ*, quod abest vulgo, ex MStis adjeci. [n] *εἴ τι* correxi cum Reiskio. Vulgo omnes *εἴ τις*. [o] *βούλεται* adscivi ex Aug. Regiis, Vesont. *βούλεται* edd. [p] Forsan *ἀντειπεῖν*.

per vim abduxerat. Hujus rei factus alter certior, domum, ubi servus jam erat, sese contulerat, eumque rursus prehensum ad magistratum adduxerat, dicens: *jus esse, ut in sua illum potestate haberet, ac sponsores daret. Lege namque* ZALEUCI *esse cautum, ut* REM CONTROVERSAM, QUAMDIU LIS PENDET, POSSIDERAT IS, A QUO ABDUCTA FUERIT. Lege vero eadem nitente altero, ac dicente, *a se factam esse abductionem; de domo namque sua abductum mancipium venisse ad magistratum:* qui judicium illud exercebant, quid super ea re pronunciarent incerti, advocant *Cosmopolin*, et rem cum eo communicant. Cosmopolis legem ita interpretatus est, ut diceret: *abductionem semper censeri fieri ab illo, qui postremo per aliquod tempus citra controversiam possedisset id de quo disceptatur: quod si quis vero rem, alteri per vim ereptam, domum suam abduxerit, et deinde eamdem prior dominus rursus ab hoc abducat, non esse hanc veram abductionem.* Quam interpretationem quum ægre ferret adolescens, et legislatoris eam esse mentem negaret; Cosmopolim conditionem quiritanti obtulisse narrat auctor, *si de eam-*

Digitized by Google

γνώμης κατὰ τὸν Ζαλεύκου νόμον. τοῦτο δ' ἐστὶ, [q]καθισάντων τῶν χιλίων, [r]καὶ βρόχων πρεμασθέντων, λέγειν ὑπὲρ τῆς τοῦ νομοθέτου γνώμης· ὁπότερος δ' αὐτῶν φανῇ τὴν προαίρεσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκδεχόμενος, τὸν τοιοῦτον διὰ τῆς ἀγχόνης ἀπόλλυσθαι, βλεπόντων τῶν χιλίων. Ταῦτα προτείναντος τοῦ Κοσμοπόλιδος, τὸν νεανίσκον εἰπεῖν φησιν, ἄνισον εἶναι τὴν συνθήκην· τῷ μὲν γὰρ ἔτη δύο ἢ τρία καταλείπεσθαι τοῦ ζῆν· (συνέβαινε γὰρ, [s]εἶναι τὸν Κοσμόπολιν οὐ πολὺ λεῖπον τῶν ἐνενηκοντα ἐτῶν·) αὐτῷ δὲ τοῦ βίου τὸ πλεῖον ἐκ τῶν εὐλόγων ἔτι μένειν. Ὁ μὲν οὖν νεανίσκος, οὕτως εὐτραπελευσάμενος, ἐξέλυσε τὴν σπουδήν· οἱ δὲ ἄρχοντες ἔκριναν τὴν ἀγωγὴν κατὰ τὴν τοῦ Κοσμοπόλιδος γνώμην. A. U. 349. Alia lex Zaleuci. Dicere, laqueo de collo suspenso.

(VI.) *Arguitur Callisthenis imperitia in narrandis rebus ad militiam pertinentibus.*

* * *

XVII. [t]Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν καταξιοπιστεύεσθαι, μνησθησόμεθα μιᾶς παρατάξεως, ἣν ἅμα μὲν μίαν ἐπιφανεστάτην εἶναι συμβέβηκεν, ἅμα δὲ τοῖς καιροῖς οὐ μακρὰν [u]ἀπηρτῆσθαι, τὸ δὲ μέγιστον, Callisthenis imperitia.

[q] *καθισάντων* cum viris doctis correxi. *καθισσάντων* vulgo edd. cum MStis. [r] Forsan *βρόχων* ἐκ τραχήλου πρεμασθέντων. [s] *εἶναι*, quod abest ab editis, revocavi ex MStis; mox vero *λεῖπον* correxi, cum vulgo omnes *λείπειν* darent. [t] Octo prima verba ex Suida adjeci. [u] *ἀπηρτῆσθαι* auctore Wesselingio scripsi. Vulgo omnes *ἀπηρτίσθαι*.

tentia legis dissereret, si quid vellet, ex formula a Zaleuco præscripta. Ea autem erat, ut *in Mille virorum consessu, laqueis de utriusque collo pendentibus, legislatoris sententiam ambo explicarent: uter autem eorum visus fuisset in deteriorem partem legis mentem torquere, is præsentibus mille viris laqueo vitam finiret.* Hæc postquam ita proposuisset Cosmopolis, ait auctor, dixisse adolescentem, *iniquam esse conditionem propositam: nam illi quidem alterum fortasse aut tertium annum vitæ superesse;* (neque enim multo minor erat Cosmopolis annis nonaginta;) *sibi, ut ratio probabilis suadeat, maximam superesse vitæ partem.* Hoc faceto dicto quum rem seriam in jocum juvenis vertisset: judices secundum Cosmopolidis sententiam vindicias pronunciarunt.

(VI.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* XII. *Cap.* 8—13.

* * *

XVII. Ne autem videamur temere tantorum virorum auctoritati velle derogare, mentionem hoc loco faciemus unius duntaxat pugnæ, acie instructa pugnatæ, quæ et nobilissima fuit, neque tempore admodum remota,

Digitized by Google

Ol. 143. 3. Callisthenis imperitia.

[x]παρατετευχέναι τὸν Καλλισθένη. λέγω δὲ περὶ τῆς ἐν 2
Κιλικίᾳ γενομένης Ἀλεξάνδρῳ πρὸς Δαρεῖον· ἐν ᾗ φησὶ
μὲν, Ἀλέξανδρον ἤδη [y]διαπεπορεῦσθαι τὰ στενὰ, καὶ
τὰς λεγομένας ἐν τῇ Κιλικίᾳ Πύλας· Δαρεῖον δὲ,
χρησάμενον τῇ διὰ τῶν Ἀμανίδων λεγομένων Πυλῶν
πορείᾳ, κατᾶραι μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κιλικίαν.
πυθόμενον δὲ παρὰ τῶν ἐγχωρίων, προάγειν τὸν Ἀλέ- 3
ξανδρον ὡς ἐπὶ Συρίαν, ἀπολουθεῖν· καὶ συνεγγίσαντα
τοῖς στενοῖς, στρατοπεδεῦσαι παρὰ [z]τὸν Πίναρον ποτα-
μόν. εἶναι δὲ τοῦ μὲν τόπου τὸ διάστημα οὐ πλείω τῶν 4
τεττάρων καὶ δέκα σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἕως πρὸς τὴν
παρώρειαν. διὰ δὲ τούτου φέρεσθαι τὸν προειρημένον 5
ποταμὸν ἐπικάρσιον, ἀπὸ μὲν τῶν ὀρῶν εὐθέως [a]ἐρήγ-
ματα [πολλὰ ποιοῦντα] τῶν πλευρῶν, διὰ δὲ τῶν
ἐπικλίδων ἕως εἰς θάλασσαν ἀποτόμους ἔχοντα καὶ δυσ-
βάτους [b]λόφους. Ταῦτα δ' ὑποθέμενος, ἐπεὶ συνεγγί- 6
ζοιεν οἱ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον, ἐξ ὑποστροφῆς ἐπ' αὐτοὺς
ἀναχωροῦντες· κρῖναι, φησὶ, Δαρεῖον καὶ τοὺς ἡγε-
μόνας, τὴν μὲν φάλαγγα τάξαι πᾶσαν ἐν αὐτῇ τῇ
στρατοπεδείᾳ, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἶχε, χρήσασθαι δὲ
τῷ ποταμῷ προβλήματι, διὰ τὸ παρ' αὐτὴν ῥεῖν τὴν
στρατοπεδείαν. Μετὰ δὲ ταῦτα, φησὶ, τοὺς μὲν ἱππεῖς 7

Pinarus amnis.

[x] Forsan ἤ παρατετευχ. [y] διαπεπορεῦσθαι ex conject. scripsi. Vulgo omnes διαπεπόρευσθαι. [z] τὸν Πίναρον ex mente Casaub. correxi. Mendose vulgo τὸν Πέρον, pro quo Πύραμον repositum voluerunt alii. [a] ἐρήγματα &c. Corruptum vulgo locum ex conject. restitui et supplevi. εὐθὺς εἰ ῥῆγμα τῶν πλευρῶν Herv. cum MStis; ex quo Casaubonus εὐθὺς εἰς ἐρήγματα τῶν πλευρῶν effecit. [b] λόφους correxit Casaub. λοιοὺς Herv. cum MStis.

cui denique, quod est omnium maximum, *Callisthenes* ipse interfuit. Eam dico pugnam, quam in Cilicia Alexander cum Dario commisit. *Jam Alexander*, inquit CALLISTHENES, *fauces superaverat, et quas Ciliciæ Pylas vocant. Darius vero per Amanicas Pylas ducto agmine, in Ciliciam cum copiis jam descendit. Ubi certior factus ab indigenis, progressum esse Alexandrum Syriam petentem, sequi illum instituit. Ad fauces ut ventum, prope amnem Pinarum castris locum cepit. Patet autem eo loci*, ut hic ait, *intervallum a mari ad montis radices stadia non amplius quatuordecim. Per hoc spatium*, inquit, *ex transverso labitur prædictus amnis; qui quidem, ubi e montibus erupit, statim latera passim exedit atque excavat; deinde vero, per planitiem ad mare decurrens, altas habet ripas atque abruptas supera tuque difficiles.* His ita positis, addit CALLISTHENES: *Alexandrum conversa signa versus hostem reduxisse; eoque jam adpropinquante, consilium cepisse Darium et ejus duces, universam phalangem eo ipso in loco, ubi tendebant, ordinandi, sicut a principio fecerant, flumine, quod castra ipsa præterfluebat, pro munitione*

Digitized by Google

τάξαι παρὰ θάλατταν, τοὺς δὲ μισθοφόρους ἐξῆς τού- A. U. 349.
τοις παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν [c]ἐχομένους τούτων, τοὺς δὲ Callisthenis imperitia.
πελταστὰς συνάπτοντας τοῖς ὄρεσι.

XVIII. Πῶς δὲ προέταξε τούτους πρὸ τῆς Φάλαγγος, τοῦ ποταμοῦ ῥέοντος παρ' αὐτὴν τὴν στρατοπεδείαν, δυσχερὲς κατανοῆσαι· καὶ ταῦτα τῷ πλήθει
2τοσούτων ὑπαρχόντων. τρισμύριοι μὲν γὰρ ἱππεῖς ὑπῆρχον, ὡς αὐτὸς ὁ Καλλισθένης φησὶ, τρισμύριοι δὲ μισθοφόροι. πόσου δ' εἶχον οὗτοι τόπου χρείαν, εὐχερὲς
3καταμαθεῖν. [d]Πλεῖστον μὲν γὰρ ἱππέων τάττεται βάθος ἐπ' ὀκτὼ πρὸς ἀληθινὴν χρείαν· καὶ μεταξὺ τῶν ἴλῶν ἑκάστης συνυπάρχειν δεῖ διάστημα τοῖς μετώποις, πρὸς τὸ ταῖς ἐπιστροφαῖς δύνασθαι καὶ τοῖς περισπασ-
4μοῖς εὐχρηστεῖν. ἐξ ὧν τὸ στάδιον, ὀκτακοσίους λαμβάνει, τὰ δὲ δέκα τοὺς ὀκτακισχιλίους, τὰ δὲ τέτταρα τρισχιλίους διακοσίους· ὥστ' ἀπὸ τῶν μυρίων χιλίων διακοσίων πεπληρῶσθαι τὸν τῶν τεσσαρεσκαίδεκα στα-
5δίων τόπον. ἐὰν δὲ πάντας ἐκτάττῃ τοὺς τρισμυρίους, βραχὺ λείπει τοῦ τριφαλαγγίαν ἐπάλληλον εἶναι τῶν
6ἱππέων αὐτῶν. Εἰς ποῖον οὖν τόπον ἐτάττετο τὸ τῶν μισθοφόρων πλῆθος; εἰ μὴ νὴ Δία κατόπιν τῶν ἱππέων. ἀλλ' οὔ φησιν, ἀλλὰ συμπεπτωκέναι τούτους τοῖς

[c] Correxi mendosum τούτοις. [d] Πλεῖστον ex conject. scripsi, pro vulgato Πλείστων. Sic vero et Scaligerum scripsisse video.

hosti objecto: deinde vero, ait, *secundum more equites constituisse, pro imos his in fluminis ripa mercenarios, tum cetratos, ita ut montes contingerent.*

XVIII. Sed quonam modo ante phalangis aciem hos Darius locaverit, quum propter ipsa castra fluvius laberetur, compleeti mente difficile est, in tanta præsertim hominum multitudine. Nam *Callisthene* ipso teste, equites erant tricies mille, et mercenarii pari numero. Quæ multitudo armatorum quantum requirat spatii, in promtu est intelligere. Maxima enim altitudo, qua ordinatur equitum acies ad verum justumque prælium, octonùm equitum est: et inter turmas interstitium sit oportet pro cujusque fronte, quo possit commode vel in latus vel retrorsum conversio turmarum institui. Igitur stadium equites octingentos capit; stadia decem, equitum octo millia; stadia quatuor ter mille ducentos: atque ita fit, ut locum illum, quem diximus stadiorum quatuordecim, equitum millia undecim et ducenti fuerint impleturi. Quod si igitur omnia triginta millia in aciem eo loci instruxit; parum abest, quin ex solis equitibus triplicem aciem effecerit, quarum secunda primam subsequebatur, tertia secundam. Cedo igitur locum, ubi mercenariorum manus esset posita? nisi forte dicat aliquis, pone equites eam stetisse. At non hoc dicit CALLISTHENES, qui scribit,

Digitized by Google

Ol. 143. 3. Callisthenis imperitia.

Μακεδόσι κατὰ τὴν ἐπαγωγήν. ἐξ ὧν ἀνάγκη, τοι- 7
σῖσθαι τὴν ἐκδοχήν, διότι τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ τόπου, τὸ
παρὰ θάλατταν, ἡ τῶν ἱππέων ἐπεῖχε τάξις, τὸ δ'
ἥμισυ, τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσιν, ἡ τῶν μισθοφόρων. ἐκ δὲ 8
τούτων εὐσυλλόγιστον, πόσον ὑπῆρχε τὸ βάθος τῶν
ἱππέων, καὶ ποῖον εἶδει τόπον ἀπέχειν τὸν ποταμὸν ἀπὸ
τῆς στρατοπεδείας. Μετὰ δὲ ταῦτα συνεγγιζόντων 9
τῶν πολεμίων, φησὶ, τὸν Δαρεῖον αὐτὸν, κατὰ μέσην
ὑπάρχοντα τὴν τάξιν, παλεῖν τοὺς μισθοφόρους ἀπὸ τοῦ
κέρατος πρὸς αὐτόν. πῶς δὲ λέγεται τοῦτο, διαπορεῖν 10
ἐστί. τῶν γὰρ μισθοφόρων ἀνάγκη καὶ τῶν ἱππέων τὴν
συναφὴν κατὰ μέσον ὑπάρχειν τὸν τόπον. ὥστ' ἐν αὐτοῖς
ἂν τοῖς μισθοφόροις ὁ Δαρεῖος, ποῦ, καὶ πρός τί, καὶ
πῶς ἐπάλει τοὺς μισθοφόρους; Τὸ δὲ τελευταῖον φησὶ, 11
τοὺς ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἱππεῖς ἐπαγαγόντας ἐμβα-
λεῖν τοῖς περὶ τὸν Ἀλέξανδρον· τοὺς δὲ γενναίως δεξα-
μένους ἀντεπάγειν, καὶ ποιεῖν μάχην ἰσχυράν. ὅτι 12
δὲ ποταμὸς ἦν ἐν μέσῳ, καὶ ποταμὸς, οἷον ἀρτίως
[e]εἶπεν, ἐπελάθετο.

XIX. Τούτοις δ' ἐστὶ παραπλήσια τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον. φησὶ γὰρ, αὐτὸν ποιήσασθαι τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν, πεζῶν μὲν ἔχοντα τέτταρας μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους. μέλλοντι 2
δ' εἰς Κιλικίαν ἐμβάλλειν, ἄλλους ἐλθεῖν ἐκ Μακεδο-

[e] εἶπεν Aug. Regii, Vesont.

cum committeretur pugna, conductitium militem concurrisse cum Macedonibus. Qua ex re necessario intelligendum, prædicti loci partem dimidiam, versus mare, ab equitibus fuisse occupatam; dimidium alterum, montes versus, cepisse mercenarios. Quæ quum ita sint, facile iniri ratio potest, quanta fuerit equitum altitudo, et quam longo intervallo fluvius a Darii castris distiterit. Ait deinde, *ubi jam hostes adpropinquabant, Darium, qui in media versabatur acie, mercenarios e cornu ad se vocasse.* Quod qua ratione sit dictum, dubitare licet. Nam mercenarios et equites sese invicem contigisse in medio illo spatio, pronsus erat necesse: Darius igitur, qui jam inter mercenarios esset, ubi, et quorsum, et quomodo mercenarios vocavit? Postremo ait, *equites, qui in dextro stabant cornu, in hostem invehentes, Alexandrum esse adgressos: illum cum suis horum impetum forti animo excepisse, et vice versa in ipsos invectum atrocem pugnam accendisse.* At enim inter duas acies medium fuisse fluvium, et quidem ejusmodi fluvium, qualem paulo ante descripsit, hoc vero *Callisthenes* erat oblitus.

XIX. Similia his sunt, quæ *de Alexandro* scribit, *quem* ait *in Asiam trajecisse cum peditum quadraginta, equitum quatuor millibus et quingentis. Deinde quum inibi esset, ut in Ciliciam intraret, supplementum advenisse ei e*

Digitized by Google

νίας, πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακο- A. U. 549.
2 σίους. ἀφ' ὧν εἴ τις ἀφέλοι τρισχιλίους μὲν πεζοὺς, Callisthenis imperitia.
τριακοσίους δ' ἱππεῖς, ἐπὶ τὸ πλεῖον ποιῶν τὴν ἀπουσίαν
[f]πρὸς τὰς γεγενημένας χρείας· ὅμως πεζοὶ μὲν ἀπολει-
φθήσονται τετρακισμύριοι δισχίλιοι, [[g]ἱππεῖς δὲ πεντα-
4 κισχίλιοι.] Τούτων οὖν ὑποκειμένων, φησὶ, τὸν Ἀλέ-
ξανδρον πυθέσθαι τὴν Δαρείου παρουσίαν εἰς Κιλικίαν,
ἑκατὸν ἀπέχοντα σταδίους ἀπ' αὐτοῦ, [h]διαπεπορευ-
5 μένον ἤδη τὰ στενά. διόπερ ἐξ ὑποστροφῆς πάλιν ποι-
εῖσθαι τὴν πορείαν διὰ τῶν στενῶν, ἄγοντα πρῶτον μὲν
τὴν φάλαγγα, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς, [i]ἐπὶ πᾶσι
6 τὸ σκευοφόρον. ἅμα δὲ τῷ πρῶτον εἰς τὰς εὐρυχωρίας
ἐκπεσεῖν, διασκευάζεσθαι παραγγείλαντα πᾶσιν ἐπι-
παρεμβαλεῖν τὴν φάλαγγα, καὶ ποιήσασθαι τὸ βάθος
αὐτῆς ἐπὶ τριάκοντα καὶ δύο, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἰς
ἐκκαίδεκα, τὸ δὲ τελευταῖον, εἰσεγγίζοντα τοῖς πολε-
7 μίοις, εἰς ὀκτώ. Ταῦτα δ' ἐστὶ μείζω τῶν προειρημένων
ἀλογήματα. τοῦ γὰρ σταδίου λαμβάνοντος ἄνδρας ἐν
τοῖς πορευτικοῖς διαστήμασιν, [k]ὅταν εἰς ἐκκαίδεκα τὸ
βάθος ὦσι, χιλίους ἑξακοσίους, ἑκάστου τῶν ἀνδρῶν ἓξ
8 πόδας ἀπέχοντος· φανερὸν, ὅτι τὰ δέκα στάδια λή-

[f] *τῶν πρὸς τὰς* edidit Casaub. ex conject. [g] Verba uncis incluſa, in fine versus, ex conject. adjeci. [h] *διεστρατευμένον* ex nostra conject. Vulgo *διεστρατωμένον*. [i] *ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ σκευοφ.* Casaub. invitis MStis. [k] Sic correxi cum Xylandro. Vulgo omnes h. l. *ἐκτακαίδεκα*.

Macedonia, quinque millia peditum, equites octingentos. Qua ex multitudine si quis tollat pedites ter mille, equites vero trecentos, ita ut numerum quam maxime augeat eorum, qui propter varios usus potuerunt abesse; relinquentur tamen peditum duo et quadraginta millia, [equitum quinque millia.] His ita positis, narrat CALLISTHENES: *Alexandrum de adventu Darii in Ciliciam certiorem esse factum, quum ab ipso stadia centum distaret, postquam fauces ipse jam superasset. Propterea converso itinere iterum per fauces reduxisse: et in primo quidem agmine habuisse phalangem, proximum huic equitatum, in ultimo agmine impedimenta. Simul ventum in campos patentes, edixisse omnibus Alexandrum, ut in legitimum phalangis ordinem instruerentur, sequeque manipulis adplicarent; altitudinemque acici instituisse, armatorum binûm et triceníûm, postes vero senûm denûm, postremo, ubi jam propius hostem venerunt, octonûm.* Sed hæc quidem deliria sunt, prioribus etiam majora. Enimvero stadium unum capit homines mille sexcentos, quoties intervallorum rationes ad faciendum iter sunt adcommodatæ, senis denis altitudinem agminis constituentibus, et viro quoque pedes senos ab altero distante. Quod quum ita sit, perspicuum est, decem stadia pe-

Digitized by Google

Ol. 143. 3. Callisthenis imperitia.

ψηται μυρίους ἑξακισχιλίους, τὰ δὲ εἴκοσι τοὺς διπλασίους. ἐκ δὲ τούτων εὐθεώρητον, ὅτι, καθ' ὃν καιρὸν 9
ἐποίησε τὴν δύναμιν Ἀλέξανδρος ἑκκαίδεκα τὸ βάθος, ἀναγκαῖον ἦν, εἴκοσι σταδίων ὑπάρχειν τὸ τοῦ τόπου διάστημα, καὶ περιττεύειν ἔτι τοὺς μὲν ἱππεῖς πάντας, τῶν δὲ πεζῶν μυρίους.

XX. Μετὰ δὲ ταῦτα φησὶ, μετωπηδὸν ἄγειν τὴν δύναμιν, ἀπέχοντα τῶν πολεμίων περὶ τετταράκοντα σταδίους. Τούτου δὲ μεῖζον ἀλόγημα δυσχερὲς ἐπι- 2
νοῆσαι. ποῦ γὰρ ἂν εὕροι τις τοιούτους τόπους, ἄλλως τε καὶ κατὰ Κιλικίαν, ὥστε ἐπὶ σταδίους εἴκοσι μὲν τὸ πλάτος, τετταράκοντα δὲ τὸ μῆκος, μετωπηδὸν ἄγειν φάλαγγα σαρισσοφόρον; τοσαῦτα γάρ ἐστιν ἐμπόδια 3
πρὸς τὴν τοιαύτην τάξιν καὶ χρείαν, ἃ τις οὐδ' ἐξαριθμήσαιτο ῥᾳδίως. ἐκ δὲ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καλλισθένους λεγομένων ἱκανὸν ὑπάρχει πρὸς πίστιν. τοὺς γὰρ ἀπὸ 4
τῶν ὀρῶν χειμάῤῥους καταφερομένους τοσαῦτά φησι ποιεῖν ἐκρήγματα κατὰ τὸ πεδίον, ὥστε καὶ τῶν Περσῶν κατὰ τὴν φυγὴν διαφθαρῆναι λέγουσι τοὺς πλείστους ἐν τοῖς τοιούτοις κοιλώμασι. Νὴ Δί', ἀλλ' ἕτοιμος ἐβού- 5
λετ' εἶναι πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν. Τί δ' 6
ἀνετοιμότερον φάλαγγος ἐν μετώπῳ διαλελυμένης καὶ διεστραμμένης; πόσῳ γὰρ ἐκ πορευτικῆς ἀγωγῆς ἁρμοζούσης παρατάξαι ῥᾴδιον, ἢ διαλελυμένην ἐν μετώπῳ καὶ

dites captura esse sexies mille; viginti stadia, alterum tantum. Ex quibus facile intelligitur, quando Alexander aciem suam ita ordinavit, ut ejus profunditas esset militum senûm denûm, campos illum esse nancisci oportuisse viginti stadia patentes; quamquam etiam sic superfuerint, quos locus non capiebat, equites omnes, cum peditum decem millibus.

XX. Deinde vero ait: *Alexandrum, ubi ab hoste stadia circiter quadraginta abfuit, copias suas porrecta et æquata fronte in eum duxisse.* Quo delirio vix quidem majus aliud queat excogitari. Nam ubi terrarum ejusmodi loca invenias, maxime autem in Cilicia, per quæ loca phalangem, sarissis armatam, stadia viginti in latitudinem porrectam, quadraginta in longitudinem stadia, fronte recta et æquata ducas? Nam si quis acie sic ordinata procedere decreverit; tot se illi impedimenta offerent, ut ne percensere quidem illa facile aliquis valeat. Ad cujus rei faciendam fidem vel illa sufficerint, quæ ab ipso *Callisthene* dicuntur. Qui quidem ait, *torrentes fluvios, qui e montibus cadunt, tot locis hiatus aperire in subjecta planitie, ut pars maxima Persarum fugientium in cavis illis pericrit.* At, hercules, voluit Alexander, parata suorum ut acies in conspectum hostium veniret. Quasi vero potuerit quidquam esse imparatius ea phalange, cujus frons esset dissoluta et divulsa. Quanto namque facilius erat futurum, ex agmine ad

Digitized by Google

διεσπασμένην δύναμιν ἐπὶ τὴν αὐτὴν εὐθεῖαν ἀναγαγεῖν, καὶ συστῆσαι πρὸς μάχην ἐν τόποις ὑλώδεσι καὶ περι- 7πεπλασμένοις; Διόπερ οὐδὲ παρὰ μικρὸν ἦν κρεῖττον, ἄγειν διφαλαγγίαν ἢ τετραφαλαγγίαν ἁρμόζουσαν· εἰ καὶ [1]τόπον πρὸς πορείαν εὑρεῖν οὐκ ἀδύνατον, καὶ τὸ παρατάξαι ταχέως ῥᾴδιόν γε, δυνάμενοι διὰ τῶν προδρόμων ἐκ πολλοῦ γινώσκειν τὴν τῶν πολεμίων παρου- 8σίαν. Ὁ δὲ, χωρὶς τῶν ἄλλων, οὐδὲ τοὺς ἱππεῖς προέθετο, μετωπηδὸν ἄγων τὴν δύναμιν ἐν τόποις ἐπιπέδοις· ἀλλ' ἐξ ἴσου ποιεῖ τοῖς πεζοῖς.

A. U. 349. Callisthenis imperitia.

XXI. Τὸ δὲ δὴ πάντων μέγιστον· ἤδη γὰρ σύνεγγυς ὄντα τοῖς πολεμίοις αὐτὸν, εἰς ὀκτὼ ποιῆσαί φησι τὸ 2βάθος. ἐξ οὗ δῆλον, ὅτι κατ' ἀνάγκην ἐπὶ τετταράκοντα σταδίους ἔδει γενέσθαι τὸ μῆκος τῆς φάλαγγος. 3εἰ δ' ὅλως συνήσπισαν κατὰ τὸν ποιητὴν οὕτως, ὥστε συνερεῖσαι πρὸς ἀλλήλους, ὅμως εἴκοσι σταδίων ἔδει τὸν 4τόπον ὑπάρχειν. αὐτὸς δέ φησι, λείπειν τῶν δεκατεσ- 5σάρων σταδίων. καὶ τούτου μέρος μέν τι πρὸς θαλάττῃ [m]* * τοὺς ἡμίσεας ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ· ἔτι δὲ τὴν ὅλην τάξιν ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἱκανὸν τόπον ἀφεστάναι, πρὸς τὸ μὴ τοῖς πολεμίοις ὑποπεπτωκέναι τοῖς κατέχουσι τὰς παρ- 6ωρείας. ἴσμεν γὰρ ὃ ποιεῖ πρὸς τούτους ἐπικάμπιον.

[1] *τόπον πρὸς πορείαν* correxit Casaub. *τοσουτορείας* Herv. Aug. Reg. G. Vesont. *τοσουτορείας* Reg. F. [m] Lacunam, post Xylandrum, notavit Casaubonus. Nihil subsidii præstant scripti libri.

iter composito aciem phalangis instruere, quam interruptas in fronte et divulsas copias ad priorem figuram lineamque rectam revocare, atque in locis sylvosis et anfractis apte ad pugnam eos dirigere? Erat igitur profecto longe satius, divisas copias ducere, in duo vel etiam quatuor agmina partitas, quæ se aliud post aliud sequerentur; quandoquidem et viæ ad ita faciendum iter aptæ poterant inveniri, et legitimam repente instruere aciem facile erat futurum: quum præsertim per præcursores sciri multo ante hostis adventus posset. At hic, ut alia taceam absurda, quum per loca plana exercitum fronte æquata duceret, ne equites quidem præeuntes fecit, sed peditibus eos exæquavit.

XXI. Omnium vero absurdissimum est, quod ait, *Macedonem, quum proxime ab hostibus abesset, altitudinem aciei fecisse octonûm millium.* Ex quo consequitur, phalangem illam stadia quadraginta necessario in longitudinem patuisse. Sed demus, sic constipatam fuisse aciem, quod ait poeta, ut conferti invicem hærerent; omnino tamen stadiorum viginti locum illum esse oportuit. At ipse ait, *minorem fuisse stadiis quatuordecim.* Et hujus quidem partem aliquam propter mare * * * dimidium hujus numeri in dextro cornu: quin etiam scribit idem, *aciem universam a montibus idonea spatio fuisse distantem, ne hosti, qui radices montis obtinebat, subjiceretur.* Scimus sane, dicere illum, *partem aciei*

Digitized by Google

Ol. 143. 3. Callisthenis imperitia.

ὑπολειπόμεθα καὶ νῦν ἡμεῖς τοὺς μυρίους πεζοὺς, πλείους ὄντας τῆς ἐκείνου προθέσεως. ὥστ' ἐκ τούτων 7
ἕνδεκα σταδίους ἐπὶ τὸ πλεῖον ἀπολείπεσθαι τὸ τῆς φάλαγγος μῆκος, κατ' αὐτὸν τὸν Καλλισθένην, ἐν οἷς ἀνάγκη τοὺς τρισμυρίους καὶ δισχιλίους ἐπὶ τριάκοντα τὸ βάθος ὑπάρχειν συνεσπικότας. ὁ δὲ φησιν, εἰς ὀκτὼ 8
τεταγμένων γενέσθαι τὴν μάχην. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν 9
ἁμαρτημάτων οὐδ' ἀπολογίαν ἐπιδέχεται· τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν πράγμασιν ** αὐτόθεν ἔχει τὴν πίστιν. διόπερ, ὅταν καὶ τὰ κατ' ἄνδρα διαστήματα, καὶ τὸ 10
πᾶν τοῦ τόπου μέγεθος ὡρισμένον ὑποθῶσι, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν, ἀναπολόγητον γίγνεται τὸ ψεῦδος.

XXII. Τὰ μὲν γὰρ ἅμα τούτοις ἀλογήματα μακρὸν ἂν εἴη λέγειν πάντα, πλὴν τελέως ὀλίγων. Φησὶ γὰρ, 2
τὸν Ἀλέξανδρον σπουδάζειν κατὰ τὴν τάξιν, ἵνα κατὰ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν ποιήσηται τὴν μάχην. ὁμοίως δὲ κατὰ μὲν ἀρχὰς καὶ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν βούλεσθαι κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον, ὕστερον δὲ μετανοῆσαι. πῶς 3
δ' ἐπέγνωσαν ἀλλήλους οὗτοι, ποῦ τῆς ἰδίας δυνάμεως ἔχουσι τὴν τάξιν, ἢ ποῦ μετέβη πάλιν ὁ Δαρεῖος, ἁπλῶς οὐδὲν λέγεται. πῶς δὲ προσανέβη πρὸς τὴν ὀφρὺν 4
τοῦ ποταμοῦ Φαλαγγιτῶν τάξις, ἀπότομον οὖσαν καὶ

* Adposui lacunæ signum: quod ni placet, vide an ἔχει in ἀδύνατον mutatum malis. Casaubonus pro ἀδύνατον interpretatus erat δυνατὸν.

Alexandri retrorsum ad latus fuisse inflexam. Idcirco etiam nos hic relinquimus in eum usum decem peditum millia, qui major est numerus quam ratio ejus desiderat. Ex istis tandem sequitur, vel ipso auctore Callisthene, pro phalangis longitudine stadia ad summum undecim relinqui; intra quod intervallum necesse est aciem duorum et triginta millium hominum tricenos milites consertis clypeis constipatos in altitudine habuisse. At ille ait, *altitudinem aciei octonûm fuisse hominum, cum est pugnatum.* Sunt vero hoc genus peccata ejusmodi, ut excusationem nullam prorsus admittant. Nam quod per rerum naturam fieri non potest, ** ipsum per se fidem invenit. Quoties igitur aliquis viritim ponit intervallum, et certam loci mensuram designat, numerum item hominum; hi sic mentiatur, nulla ratione potest excusari.

XX. Jam quæ his adjecit absurda alia, commemorare longum sit: panca tantum adferemus. Ait: *Alexandrum in ordinanda acie summo studio id operam dedisse, ut cum ea parte hostilis aciei pugnam capesseret, in qua Darius ipse staret: et similiter Darium quoque initio ex adverso Alexandri pugnare voluisse, mox vero sententiam mutasse.* At, quomodo dignoscere sese invicem reges potuerint, et rescire, in qua parte

Digitized by Google

5 βατώδη; καὶ γὰρ τοῦτο [P]παρὰ λόγον. Ἀλεξάνδρῳ μὲν οὖν οὐκ ἐποιστέον τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν ὁμολογουμένην, [q]παραλαμβάνοντας περὶ αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς πολε- 6 μικοῖς ἀμπειρίαν καὶ τριβὴν ἐκ παιδός· τῷ δὲ συγγραφεῖ μᾶλλον, ὃς διὰ τὴν ἀπειρίαν οὐδὲ τὸ δυνατὸν καὶ τὸ μὴ δυνατὸν ἐν τοῖς τοιούτοις δύναται διευκρινεῖν. 7 Περὶ μὲν οὖν Ἐφόρου καὶ Καλλισθένους ταῦθ' ἡμῖν εἰρήσθω.

A. U. 849. Callisthenis imperitia.

(VII.) *Ephorus et Callisthenes vindicantur a Timæi conviciis.*

* * *

XXIII. Κατὰ τοῦ Ἐφόρου Τίμαιος πλείστην πεποίηται καταδρομὴν, αὐτὸς ὢν δυσὶν ἀμαρτήμασιν ἔνοχος· 2 τῷ μὲν, ὅτι πικρῶς κατηγορεῖ τῶν πέλας ἐπὶ τούτοις, οἷς ἔνοχος αὐτός ἐστι· τῷ δὲ, διότι καθόλου διέφθαρται τῇ ψυχῇ, τοιαύτας ἀποφάσεις [r]ἐκτιθέμενος ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, καὶ τοιαύτας ἐντίκτων δόξας τοῖς ἐντυγ- 3 χάνουσι. Πλὴν εἰ τὸν Καλλισθένην θετέον εἰκότως πολασθέντα μεταλλάξαι τὸν βίον, τί χρὴ πάσχειν Τίμαιον; πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον τούτῳ νεμεσήσαι τὸ δαιμόνιον 4 [s]ἢ Καλλισθένει. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον

Ephorum et Callisth. insectatur Timæus.

P παρὰ λόγον cum Reiskio correxi. Mendose vulgo παρ' ὀλίγον. q παραλαμβάνοντας ex ejusdem Reiskii conjectura. παραλαμβάνεται Reg. G. παραλαμβάνεσθαι Herv. cum ceteris MStis. Hinc Casaub. ex ingenio edidit ὁμολογούμενον ὂν, παραλαμβάνεσθαι παρ' αὐτοῦ. r ἐκτιθέμενος ἐν τοῖς ὑπομν. ἐντιθέμενος τοῖς ὑπομν. Suid. in Ἔνοχος. s ἢ τῷ Καλλισθ. Suid.

sui exercitus uterque stationem cepisset, aut quo tandem post mutatam sententiam transierit Darius, nihil plane horum dicitur. Præterea, qui potuit phalanx ordinata amnis supercilium præruptum et spinis obsitum adscendere et superare? Nam et hoc quis credat? Hujusmodi igitur manifestæ absurditatis Alexandrum damnare, nefas profecto fuerit; quem et disciplina et usu rerum bellicarum a puero imbutum fuisse accepimus: sed scriptorem potius, hominem adeo imperitum, ut ne quidem, quid fieri in talibus queat aut nequeat, internoscere potuerit. Ac de *Ephoro* quidem et *Callisthene* hæc a nobis dicta sufficiant.

(VII.) *Excerpt. Valesian.*

* * *

XXIII. *Ephorum* autem *Timæus* inprimis vehementer insectatus est, cum ipse duobus peccatis sit obnoxius: uni quidem, quod alios acerbe criminetur ob ea maxime delicta, quibus ipse constringitur; alteri vero, quod ingenio fuerit plane corrupto, qui ejusmodi sententias Commentariis suis prodiderit, easque opiniones animis infuderit legentium. Sed si *Callisthenem* merito pœnas dedisse statuendum est; quid *Timæum* pati oportet? Huic enim multo justius numen infensum fuerit, quam Callistheni. Quippe *Cal-*

Digitized by Google

Ol. 143. 3. Timoleontem laudibus effert Timæus.

[t]οὐκ ἐβουλήθη· Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον, [u]ὃν πάντες μεγαλοφυέστερον ἢ κατ' ἄνθρωπον γεγονέναι τῇ ψυχῇ συγχωροῦσιν· οὗτος δὲ Τιμολέοντα, τὸν οὐχ οἷον δόξαντά τι πεπραχέναι μεγαλεῖον, ἀλλ' οὐδ' [u]ἐπιβαλόμενον, μίαν δὲ τῷ βίῳ γραμμὴν διανύσαντα, καὶ ταύτην οὐδὲ σπουδαίαν τρόπον τινὰ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς οἰκουμένης, [x]λέγω δὲ τὴν ἐκ τῆς πατρίδος εἰς Συρακούσας. Ἀλλά μοι δοκεῖ πεισθῆναι Τίμαιος, [y]ὡς, ἂν Τιμολέων, περιλοδοξηκὼς ἐν αὐτῇ Σικελίᾳ, καθάπερ ἐν ὀχυβάφῳ, σύγκριτος φανῇ τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν ἡρώων, κἂν αὐτὸς, ὑπὲρ Ἰταλίας μόνον καὶ Σικελίας πραγματευόμενος, εἰκότως παραβολῆς ἀξιωθῆναι τοῖς ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν καθόλου πράξεων πεποιημένοις τὰς συντάξεις. Περὶ μὲν οὖν Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου, καὶ Καλλισθένους, ἔτι δ' Ἐφόρου καὶ Δημοχάρους, ἱκανὰ [z]τάδ' ἡμῖν ἐστὶ πρὸς τὴν Τιμαίου καταδρομήν, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀφιλοτίμως πεπεισμένους ἀληθεύειν τὸν συγγραφέα τοῦτον.

[t] ἐβουλήθη Suidas, absque particula negante. Sic voluit Reiskius: addubitasse autem videtur Valesius. [u] ἐπιβαλλόμενον Suid. [x] λέγω δὲ idem Suidas. [y] Comma post ὡς interposuit Ernest. ὅταν maluit Reisk. [z] τάδ' correxi. Perperam vulgo τά θ'.

Isthenes Alexandrum in deorum numerum referrre noluit: Timæus vero *Timoleontem* supra omnes deos attollit. Et Callisthenes quidem *eum virum, quem omnes præstantiore vi mentis, quam humana ferat conditio, fuisse consentiunt:* hic vero Timoleontem, qui non modo nihil magnificum videtur gessisse, sed ne suscepisse quidem; et qui unicum in tota vita spatium decucurrit, atque illud parum illustre præ orbis terrarum magnitudine, intervallum scilicet, quod est Corintho Syracusas usque. Sed prorsus mihi videtur Timæus persuasum habuisse, si *Timoleon*, qui in sola Sicilia tamquam in acetabulo gloriam captasset, celeberrimis tamen heroibus comparandus esse videretur; ita et seipsum, tametsi de Italia tantum ac Sicilia tractavisset, cum iis scriptoribus merito comparatum iri, qui universi orbis historiam condiderunt. Hæc igitur pro Aristotele ac Theophrasto et Callisthene, itemque pro Ephoro ac Demochare, adversus Timæi convicia dicta sufficiant, simulque adversus eos, qui hunc scriptorem absque ambitione veritatem proferre persuasum habent.

Digitized by Google

(VIII.) *Timæi et maledicentia in alios, et propria levitas, ex ipsius scriptis elucent.* A. U. 549.

* * *

XXIV. [a]Οὐ διαπορεῖν ἐστι περὶ τῆς αἱρέσεως Τιμαίου. Φησὶ γὰρ, τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφέας διὰ [b]τῶν ὑπερᾴνω πλεονασμῶν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι διαφαίνειν 2 τὰς ἑαυτῶν φύσεις· λέγων, τὸν μὲν ποιητὴν ἐκ τοῦ δαιτρεύειν πολλαχοῦ τῆς ποιήσεως ὡσανεὶ γαστρίμαργον [c]παρεμφαίνειν· τὸν δ' Ἀριστοτέλην, ὀψαρτύοντα πλεονάκις ἐν τοῖς συγγράμμασιν, ὀψοφάγον εἶναι καὶ 3 λίχνον. τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τοῦ Διονυσίου τοῦ τυράννου, κλινοκοσμοῦντος, καὶ τὰς τῶν ὑφασμάτων ἰδιό- 4 τητας καὶ ποικιλίας ἐξεργαζομένου συνεχῶς. Ἀνάγκη τὴν ἀκόλουθον ποιεῖσθαι διάληψιν [d]* * καὶ δυσαρε- 5 στεῖσθαι κατὰ τὴν προαίρεσιν. οὗτος γὰρ ἐν μὲν ταῖς τῶν πέλας κατηγορίαις πολλὴν ἐπιφαίνει δεινότητα καὶ τόλμαν· ἐν δὲ ταῖς ἰδίαις ἀποφάσεσιν, ἐνυπνίων καὶ τεράτων καὶ [e]μύθων ἀπιθάνων καὶ συλλήβδην δεισιδαιμονίας ἀγεννοῦς καὶ τερατείας γυναικώδους ἐστὶ πλήρης. 6 Οὐ μὴν, ἀλλὰ διότι γε συμβαίνει, διὰ τὴν ἀπειρίαν καὶ κακοκρισίαν πολλοὺς ἐνίοτε [f]καθάπερ εἰς τὸν παρόντα τρόπον τινὰ μὴ παρεῖναι, καὶ βλέποντας μὴ

Homerus helluo, judice Timæo.

Aristoteles catillo.

Timæi leve et morosum ingenium.

Præsens abest, et videns non videt.

[a] Οὐ διαπορεῖν. Particulam *negantem*, quæ abest vulgo, adjeci ex conject. [b] τῶν et πλεονασμῶν ex Suida accivi. Vulgo τὸν et πλεονασμὸν. [c] Pora. adjiciendum αὐτὸν vel ἑαυτὸν. [d] *Notam lacunæ* adjeci, quam in vers. Lat. utcumque supplevi. [e] μύθων ex Suida recepi, pro mendoso θυμῶν. [f] καθάπερ εἰς τὸν παρόντας suspicatus erat Valesius. καθάπερ εἰς τόνδε παρόντας scripsit Wetstenius. Si quid mutandum, facilius τρόπον τινὰ in τόνδε τινὰ mutabitur.

* * *

XXIV. De *Timæi ingenio atque studio* non est quod dubitemus. Etenim ipse dicit: *poëtas et historicos frequentiori earumdem rerum in scriptis suis repetitione ingenia sua prodere solere: et Homerum quidem ex eo, quod adeo frequenter epulas instruit in suis poëmatibus, helluonem sese satis ostendere: et Aristotelem, qui suis in commentariis passim obsonia condiat, obsonii adpetentem et catillonem fuisse.* Simili ratione *de Dionysio* tyranno facit judicium, *qui lectos ornaret diligenter, et velorum bonitatem ac varietatem studiose inquireret et adsidue.* Ita vero etiam *de Timæo* consequenter existimandum est, [*et levi et*] *moroso ingenio illum fuisse.* Etenim in aliorum quidem accusationem multam dicendi vim et audaciam ostendit: in suis vero narrationibus ipse somniis et prodigiis refertus est, et fabulis ab omni fide remotis, ac postremo degeneri ac muliebri superstitione. Igitur, *nonnullis præ imperitia ac judicii pravitate usu venire, ut veluti in re præsente absint*

Digitized by Google

Ol. 143. 3. βλέπειν, ἐκ τῶν εἰρημένων γε νῦν καὶ τῶν Τιμαίῳ συμβεβηκότων γέγονε φανερόν.

* * *

Phalaridis taurus.

XXV. Περὶ τοῦ ταύρου τοῦ χαλκοῦ, τοῦ παρὰ Φαλάριδος κατασκευασθέντος ἐν Ἀκράγαντι, εἰς ὃν ἐνεβίβαζεν ἀνθρώπους, κἄπειτα πῦρ ὑποκαίων ἐλάμβανε τιμωρίαν παρὰ τῶν ὑποταττομένων τοιαύτην, ὥστε, ἐκ- 2 πυρουμένου τοῦ χαλκοῦ, τὸν μὲν ἄνθρωπον πανταχόθεν [g]παροπτώμενον καὶ περιφλεγόμενον διαφθείρεσθαι, κατὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀλγηδόνος, ὁπόταν βοήσειεν, μυκηθμῷ παραπλήσιον τὸν ἦχον ἐκ τοῦ κατασκευάσ-

Carthaginem translatus.

ματος προσπίπτειν τοῖς ἀκούουσι· τούτου δὲ τοῦ ταύρου 3 κατὰ τὴν ἐπικράτειαν Καρχηδονίων μετενεχθέντος ἐξ Ἀκράγαντος εἰς Καρχηδόνα, καὶ τῆς θυρίδος διαμενούσης περὶ τὰς [h]συνωμίας, δι' ἧς συνέβαινε καθίεσθαι τοὺς ἐπὶ τὴν τιμωρίαν, καὶ ἑτέρας αἰτίας, δι' ἣν ἐν Καρχηδόνι κατεσκευάσθη τοιοῦτος ταῦρος, οὐδαμῶς δυναμένης εὑρεθῆναι τὸ παράπαν· ὅμως Τίμαιος [i]ἐπεβά- 4 λετο καὶ τὴν κοινὴν φήμην ἀνασκευάζειν, καὶ τὰς ἀποφάσεις τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων ψευδοποιεῖν,

Agrigenti fuisse illum, negat Timæus.

φάσκων, μήτ' εἶναι τὸν ἐν Καρχηδόνι ταῦρον ἐξ Ἀκράγοντος, μήτε γεγονέναι τοιοῦτον ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει.

g Vulgo male παροπτόμενον. h συνωμίας correxi auctore Valesio: cum perperam scriptum esset συνομοσίας. i Correxi vulgatum ἐπέβαλε.

quodammodo, et videntes non videant, ex his quæ *Timæo* contigisse ostendimus, perspici potest.

* * *

XXV. Agrigenti *taurus* olim *æneus* fuit, a *Phalaride* fabricatus, in quem ille homines vivos immittebat, ac deinde supposito igne miseros eo supplicio cruciabat, ut, ære per ignem candefacto, adassati atque ambusti interirent; ac, si quando præ doloris acerbitate exclamarent, sonus mugienti tauro similis exaudiretur. Hic taurus cum iis temporibus, quibus Pœni Siciliæ imperium obtinebant, *Agrigento Carthaginem* translatus sit, maneatque etiamnum fenestra circa ejus interscaplia, qua damnati immittebantur; cumque nulla demum alia caussa reperiri potuerit, propter quam hujusmodi taurus Carthagine fabricatus sit; nihilo minus *Timæus* communem ac pervulgatam famam evertere est adgressus, et poetarum atque historicorum testimonia falsi convincere. Contendit enim, *taurum, qui Carthagine est, Agrigento advectum non esse, neque ejusmodi taurum Agrigenti umquam exstitisse.* Atque in hanc sententiam multa dicit, adversus illam Timæi,

Digitized by Google

5 [k] Καὶ πολλοὺς δέ τινας εἰς τοῦτο τὸ μέρος διατίθεται λόγους, κατὰ τῆς Τιμαίου, τί ποτε δεῖ λέγειν ὄνομα καὶ ῥῆμα· πάντα γὰρ ἐπιδέχεσθαί μοι δοκεῖ τὰ πικρότατα τὸ γένος, οἷς ἐπεῖνος κέχρηται κατὰ τῶν πλησίον. A. U. 549.

6 Ὅτι μὲν οὖν ἐστι φιλαπεχθὴς, καὶ ψεύστης, καὶ τολμηρὸς, σχεδὸν ἱκανῶς ἐκ τῶν προειρημένων ὑπεδείχθη· διότι δ' ἀφιλόσοφός ἐστι καὶ συλλήβδην ἀνάγωγος συγγραφεὺς, ἐκ τῶν λέγεσθαι μελλόντων ἔσται συμφανές. Imperitia Timæi.

7 Ἐν γὰρ τῇ μιᾷ καὶ εἰκοστῇ βίβλῳ, καὶ ταύτης ἐπὶ τελευτῇ, λέγει κατὰ τὴν τοῦ Τιμολέοντος παράκλησιν ταῦτα· διότι τῆς γῆς, τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης, εἰς τρία μέρη διῃρημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δὲ 8 Λιβύης, τῆς δ' Εὐρώπης προσαγορευομένης. ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον [l] Τίμαιον εἰρηκέναι τις ἂν πιστεύσειεν, ἀλλ' 9 οὐδὲ τὸν λεγόμενον Μαργίτην ἐκεῖνον. τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀδαὴς, οὐ λέγω τῶν πρὸς ὑπομνήμασι γεγονότων, * *.

* * *

10 Τὸ μὲν ἐπιτιμῆσαι τοῖς πέλας ἐστὶ ῥᾴδιον· τὸ δ' αὐτὸν ἀναμάρτητον παρέχεσθαι, χαλεπόν.

[k] Καὶ πολλοὺς δέ τινας &c. Hæc Epitomatoris esse verba suspicatus est Valesius. Fortasse autem cum præcedd. fuerant jungenda, et lacunæ signum post λέγειν inserendum. [l] Τιμολέοντα voluit Reiskius.

quomodo adpellem nescio: nullum est enim tam acerbum convicium ex his, quibus ille adversus alios utitur, quod huic illius instituto non arbitrer convenire. Rixosum igitur ac mendacem illum fuisse atque impudentem, satis superque in superioribus ostendimus. Quod vero philosophiæ imperitus, prorsusque indoctus scriptor fuerit, ex his quæ mox dicentur perspicuum fiet. Nam in primo et vicesimo libro, sub finem, in illa *Timoleontis* exhortatione hæc ait: "*cum orbis terrarum sit omnis divisus in tres partes, et alia quidem Asia, alia autem Africa, tertia Europa appellatur.*" Hæc quidem, non dico *Timæum*, sed ne *Margitem* quidem illum protulisse, credibile videatur. Quis est enim adeo ignarus, non illorum qui historiis conscribendis operam dederunt; * *.

* * *

Alios quidem reprehendere, facile est: se vero ipsum ab erroribus præstare immunem, difficile. (*Ora Codicis Urbinatis.*)

Digitized by Google

Ol. 143. 3. (IX.) *Laudes Pacis, nescio quo auctore.*

* * *

Tubæ et gallicantus. XXVI. Πρῶτον μὲν οἶεται, δεῖν ἀναμνησθῆναι τοὺς συνέδρους, διότι κοιμωμένους τὸν ὄρθρον ἐν μὲν τῷ πολέμῳ διεγείρουσιν αἱ σάλπιγγες, κατὰ δὲ τὴν εἰρήνην οἱ ὄρνιθες. Μετὰ δὲ ταῦτα, τὸν Ἡρακλέα, φησὶ, τὸν μὲν Ὀλυμπίων ἀγῶνα θεῖναι καὶ τὴν ἐπεχειρίαν, δεῖγμα ποιούμενον τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως· ὅσοις δ' ἐπολέμησε, τούτους πάντας βεβλαφέναι κατὰ τὴν ἀνάγκην καὶ κατ' ἐπιταγήν, ἑκουσίως δὲ παραίτιον κακοῦ οὐδενὶ γεγονέναι τῶν ἀνθρώπων. Ἐξῆς δὲ τούτοις, παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ τὸν Δία παρεισάγεσθαι δυσαρεστούμενον τῷ Ἄρεϊ, καὶ λέγοντα· 1 2 3

Hercules neminem ultro læsit. Homerus.

Ἔχθιστος δέ μοι ἐσσὶ θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν φρονιμώτατον τῶν ἡρώων λέγειν· 4

Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
Ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκριόεντος.

Euripides. Ὁμογνωμονεῖν δὲ τῷ ποιητῇ καὶ τὸν Εὐριπίδην, ἐν οἷς φησιν· 5

Εἰρήνα βαθύπλουτε,
Καλλίστα μακάρων θεῶν,
Ζῆλός μοι σέθεν. ὡς χρονίζεις!
Δέδοικα δὲ, μὴ

(IX.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* XII. *Cap.* 14.

* * *

XXVI. Ante omnia iis, qui in concilio aderant, *in memoriam revocandum* censuit, *dormientes mane excitari, belli quidem tempore, tubarum cantu; pacis vero, gallorum.* Ait deinde, *ludicrum quidem Olympicum et illas belli ferias instituisse Herculem, declarantem, quis suus esset sensus, quæ mens animi: iis autem omnibus, quibuscum bella gessit, damna ipsum intulisse, necessitate compulsum et alieno jussu; sponte quidem sua neminî mortalium ullum unquam detrimentum importasse.* Subjicit his, *Jovem apud Poetam induci, Marti succensentem, ac dicentem:*

Cœlicolarum unum eximie te semper ego odi,
Quod tibi rixa placet bellumque et prælia sæva.

Consentientem his etiam esse orationem, quæ heroum prudentissimo tribuitur:

Non habet ille tribum, nec sedem, juraque nescit,
Quisquis amat durus crudelia prælia Martis.

Poetæ autem etiam adsentiri Euripidem, cujus hæc sunt:

O pax alma, datrix opum,
O pulcerrima cœlitum,
Quam te mens sitit! o morem!
Obrepat metuo mihi

Digitized by Google

Πρὶν ὑπερβάλῃ με γῆρας,
Πρὶν ἂν χαρίεσσαν προσιδεῖν ὥραν,
Καὶ καλλιχόρους ἀοιδὰς,
Φιλοστεφάνους τε κώμους.

A. U. 540.

6 Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ὁμοιότατον εἶναί φησι τὸν μὲν πόλεμον τῇ νόσῳ, τὴν δ' εἰρήνην τῇ ὑγιείᾳ. ἐν ᾗ μὲν γὰρ καὶ τοὺς κάμνοντας ἀναλαμβάνειν, ἐν ᾧ δὲ καὶ 7 τοὺς ὑγιαίνοντας ἀπόλλυσθαι. καὶ κατὰ μὲν τὴν εἰρήνην τοὺς πρεσβυτέρους ὑπὸ τῶν νέων θάπτεσθαι κατὰ φύσιν, 8 ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τἀναντία. τὸ δὲ μέγιστον, ἐν μὲν τῷ πολέμῳ μηδ' ἄχρι τῶν τειχῶν εἶναι τὴν ἀσφάλειαν· κατὰ δὲ τὴν εἰρήνην μέχρι τῶν τῆς χώρας ὅρων. καὶ τούτοις ἕτερα παραπλήσια.

Bellum morbo, pax sanitati simillis.

(X.) *Scriptor Historiarum debet esse in rebus agendis versatus.*

* * *

XXVII. Δυοῖν γὰρ ὄντων κατὰ φύσιν ὡσανεί τινων ὀργάνων ἡμῖν, οἷς πάντα πυνθανόμεθα καὶ πολυπραγμονοῦμεν, ἀκοῆς καὶ ὁράσεως, ἀληθινωτέρας δ' οὔσης οὐ μικρῷ τῆς ὁράσεως κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· (ὀφθαλμοὶ 2 γὰρ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες·) τούτων Τίμαιος τὴν ἡδίω μέν, ἥττω δὲ, τῶν ὁδῶν ὥρμησε πρὸς τὸ 3 πολυπραγμονεῖν. τῶν μὲν γὰρ διὰ τῆς ὁράσεως εἰς

Oculi certiores testes auribus.

Heracliti dictum.

Ætas ne mala, te prius
Suavem o quam tuear diem,
Plausus undique cum strepent,
Cantusque, et chori, amicaque
Comessatio floribus.

Ad hæc, *simillimum*, ait, *bellum quidem morbo; pacem vero sanitati: per hanc siquidem et qui ægrotant reflci, per illud etiam sanos interire. Accedit, quod vigente pace senes convenienter naturæ sepeliuntur a juvenibus; cujus fit contrarium in bello. Omnium vero maximum illud* esse ait, *quod belli tempore ne muro quidem urbis tenus securitas sperari potest; pacis vero tempore etiam ad fines usque regionis:* et similia istis alia.

(X.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* XII. *Cap.* 15 *et* 16.

* * *

XXVII. Quum *duo* quasi *instrumenta* sint nobis a natura data, quibus rerum omnium cognitionem et capimus, et serio inquirimus, *auditus et visus*, sitque visus non paullo quam auditus verior, ut placet *Heraclito*: (*oculi enim testes*, ait, *sunt certiores auribus*:) harum duarum viarum perveniendi ad rerum notitiam eam solam *Timæus* instituit, quæ est jucundior quidem, sed usu inferior. Nam oculis omnino parcens, solas aures in eam rem adhibuit. Jam

Digitized by Google

Ol. 143. 3. τέλος ἀπέστη, τῶν δὲ διὰ τῆς ἀκοῆς ἀντεποιήσατο. καὶ ταύτης [m] μὲν οὔσης * τινὸς, τοῦ μὲν διὰ τῶν ὑπομνημάτων, τοῦ δὲ δι' ἀνακρίσεως· [n] περὶ τὰς ἀνακρίσεις ῥᾳθύμως ἀνεστράφη, καθάπερ ἐν τοῖς ἀνώτερον ἡμῖν δεδήλωται. Δι' ἣν δ' αἰτίαν ταύτην ἔσχε τὴν αἵρεσιν, εὐχερὲς 4 καταμαθεῖν· ὅτι τὰ μὲν ἐκ τῶν βιβλίων δύναται πολυπραγμονεῖσθαι χωρὶς κινδύνου καὶ κακοπαθείας, ἐάν τις αὐτὸ τοῦτο προνοηθῇ μόνον, ὥστε λαβεῖν ἢ πόλιν ἔχουσαν ὑπομνημάτων πλῆθος, ἢ βιβλιοθήκην που γειτνιῶσαν. λοιπὸν κατακείμενον ἐρευνᾷν δεῖ τὸ ζητούμενον, 5 καὶ συγκρίνειν τὰς τῶν προγεγονότων συγγραφέων ἀγνοίας, ἄνευ πάσης κακοπαθείας. Ἡ δὲ πολυπραγμο- 6 σύνη πολλῆς μὲν προσδεῖται ταλαιπωρίας καὶ δαπάνης· μέγα δέ τι συμβάλλεται, καὶ μέγιστόν ἐστι μέρος τῆς ἱστορίας. Δῆλον δὲ τοῦτ' ἐστὶν ἐξ αὐτῶν τῶν τὰς 7 συντάξεις πραγματευομένων. Ὁ μὲν γὰρ Ἔφορός φησιν· εἰ δυνατὸν ἦν, αὐτοὺς παρεῖναι πᾶσι τοῖς πράγμασι, ταύτην δὴ διαφέρειν πολὺ τῶν ἐμπειριῶν. Ὁ 8 δὲ Θεόπομπος· τοῦτον μὲν ἄριστον ἐν τοῖς πολεμικοῖς,

Commodius ex libris discitur;

certius ex proprio usu.

Ephorus.

Theopompus.

[m] μὲν οὔσης τινὸς. Sic Herv. cum MStis: quod, quoniam melius nihil succurrebat, servavi, adjecta *defectus vel mendæ nota*. Intercidisse vocab. διμερεῦς, suspicatus est Reiskius. δὲ οὔσης διττῶς ex conject. edidit Casaub. [n] Libri omnes dant τοῦ δὲ περὶ τὰς ἀνακρίσεις ῥᾳθύμως ἀπεστράφη. Verba δι' ἀνακρίσεως ex conject. adjecit Casaub. et ἀνεστράφη scripsit pro ἀπεστρ.

quum duobus modis sensus audiendi ad rerum perceptionem possit esse usui, si vel aliorum scriptis utaris, vel ipse, quæ scire voles, inquiras; *in inquirendo* quam fuerit *negligens Timæus*, jam antea in præcedentibus est a nobis ostensum. Quæ autem illum impulerit caussa, ut ad rerum notitiam consequendam hanc potius viam ingrederetur, quam alteram, facile potest cognosci. Enimvero, quæ *librorum auxilio* paratur cognitio, ea neque periculo ulli est conjuncta, neque vexationi. Ubi namque hoc unum aliquis sibi prospexerit, ut in urbe habitet, copia librorum instructa, vel certe ut aliquam prope se bibliothecam habeat; de cetero jam nihil desideratur aliud, nisi ut vel in lectulo jacens, quodcumque scire voluerit, vestiget, et priorum scriptorum dicta (quod sine molestia ulla potest fieri) inter se contendat, et errata eorum observet. At illa rerum curiosa inquisitio, quam suopte Marte facere aliquis instituit, magnis constat laboribus, magno sumtu: cæterum ad historiam plurimum hæc confert, atque adeo pars illius est potissima. Manifestum hoc cuivis esse potest vel illorum ipsorum testimoniis, qui res gestas memoriæ mandarunt. Nam Ephori dictum est, *si posset fieri, ut ipsi, qui scribunt, rebus gerendis intervenirent, hanc demum fore ex omnibus præstantissimam illas cognoscendi rationem.* Et Theopompus, *in bellicis quidem rebus*, ait, *ille præstat omnibus, qui*

Digitized by Google

τὸν πλείστοις κινδύνοις παρατετευχότα· τοῦτον δὲ δυνα- A. U. 548.
τώτατον °ἐν λόγῳ, τὸν πλείστων μετεσχηκότα πολιτικῶν
9 ἀγώνων. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον συμβαίνει ἐπὶ ἰατρικῆς
10 καὶ κυβερνητικῆς. Ἔτι δὲ τούτων ἐμφαντικώτερον ὁ Homerus.
ποιητὴς εἴρηκε περὶ τούτου τοῦ μέρους. ἐκεῖνος γὰρ
βουλόμενος ὑποδεικνύειν ἡμῖν, οἷον δεῖ τὸν ἄνδρα τὸν
πραγματικὸν εἶναι, προθέμενος τὸ τοῦ Ὀδυσσέως πρόσ-
ωπον, λέγει πως οὕτως·

Ἄνδρά μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη.

11 Καὶ προβάς·

Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω,
Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν.

Καὶ ἔτι·

Ἀνδρῶν τε πολέμους, ἀλεγεινά τε κύματα πείρων.

XXVIII. Δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ τῆς ἱστορίας πρόσ- Platonis
2 χημα τοιοῦτον ἄνδρα ζητεῖν. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων φησὶ, dictum
τότε τἀνθρώπεια καλῶς ἕξειν, ὅταν ἢ οἱ φιλόσοφοι adplicatur
3 βασιλεύσωσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσι. Καὶγὼ δ' Historiæ.
ἂν εἴποιμι, διότι τὰ τῆς Ἱστορίας ἕξει τότε καλῶς,
ὅταν ἢ οἱ πραγματικοὶ τῶν ἀνδρῶν γράφειν ἐπιχει-

° ἐν λόγῳ malim cum Reisk.

prælliis quam plurimis interfuit: inter oratores vero excellit, qui plurimas ipse causas egit. Eodemque modo se res habet in medicina, et in arte nautica. Sed melius hoc ipsum et significantius Poeta declaravit. Nam ille quum vellet nobis ostendere, qualem esse oporteat virum politicum, et in rerum actu positum, persona Ulyssis in medium adducta, sic fere ait:

Musa virum memora versutum, qui loca multa
Errans lustravit.

Et mox,

Multorum ille hominum mores cognovit et urbes:
Multa tulit qui dura, salo jactatus et undis.

Et alibi,

Qui multa est passus bellans, multa æquora sulcans.

XXVIII. Ac mihi sane videtur *Historiæ* etiam *dignitas* virum ejusmodi desiderare. Dicebat olim PLATO, *tunc fore beatas res hominum, quando vel philosophi essent regnaturi, vel reges philosophiæ studiis vacaturi.* Ego vero similiter dixerim, bene tunc *Historiæ* fore consultum, quando aut viri in rebus agendis versati Historias scribere instituerint; (non quidem, ut nunc,

Digitized by Google

Ol. 143. 3. ῥήσωσι τὰς ἱστορίας· (μὴ, καθάπερ νῦν, παρέργως· 4
νομίσαντες δὲ καὶ τοῦτ' εἶναι σφίσι τῶν ἀναγκαιοτάτων
καὶ καλλίστων, ἀπεριστάστως παράσχωνται πρὸς τοῦτο
τὸ μέρος [p]τὰ κατὰ τὸν βίον·) ἢ οἱ γράφειν ἐπιβαλλό- 5
μενοι, τὴν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἕξιν ἀναγκαίαν
ἡγήσωνται πρὸς τὴν ἱστορίαν. πρότερον δ' οὐκ ἔσται
Immerita Timæi fama. [q]παῦλα τῆς τῶν ἱστοριογράφων ἀγνοίας. [r]Ὧν ὁ Τί- 6
μαιος οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην πρόνοιαν θέμενος, ἀλλὰ κατα-
βιώσας ἐν ἑνὶ τόπῳ ξενιτεύων, καὶ σχεδὸν [r]ὡσανεὶ κατὰ
πρόθεσιν ἀπειπάμενος καὶ τὴν ἐνεργητικὴν [s]τὴν περὶ τὰς
πολεμικὰς καὶ πολιτικὰς πράξεις, καὶ τὴν ἐκ τῆς
πλάνης καὶ θέας αὐτοπάθειαν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκφέρεται
δόξαν, ὡς ἔλκων τὴν τοῦ συγγραφέως προστασίαν. 7
Καὶ [t]διότι τοιοῦτόν ἐστιν, αὐτὸν ἀνθομολογούμενον
εὐχερὲς παρασχέσθαι τὸν Τίμαιον. κατὰ γὰρ τὸ 8
προοίμιον τῆς ἕκτης βίβλου φησὶ, τινὰς ὑπολαμ-
βάνειν, διότι τινὸς μείζονος δεῖται φύσεως καὶ φιλο-
τονίας καὶ παρασκευῆς τὸ τῶν ἐπιδεικτικῶν λόγων γένος,
ἢ τὸ τῆς ἱστορίας· ταύτας δὲ τὰς δόξας πρότερον μὲν
Ἐφόρῳ φησὶ προστεσεῖν. οὐ δυνηθέντος δ' ἱκανῶς ἐκείνου 9

[p] τὰ abest a libris: ex conject. adjeci Casaubonus. [q] παῦλα cum Ursino correxit Casaub. quum perperam libri πολλὰ darent. [r] ὡσανεὶ Casaubono debetur. ὡς οἱ Herv. cum MStis. Hinc ὡσεὶ Ursinus. [s] Et hoc correxit Casaub. cum esset τῆς περὶ τὰς. [t] Post διότι τὸ τῆς ἱστορίας ex conject. interuit Casaubonus: invitis omnibus libris.

neglectim et quasi aliud agentes; sed ita, ut, hoc esse sibi inter maxima atque pulcerrima negotia existimantes, omissis aliis curis huc studium omne suum conferant:) aut quando, qui conscribendas Historias suscipiunt, in animum induxerint, omnino ei negotio pares se numquam futuros aliter, quam si prudentiam rerum usu collectam sibi paraverint. Quod priusquam eveniat, multa peccandi nullum finem facient, qui Historias conscribunt. *Timæus* vero, qui de comparandis sibi hisce præsidiis ne minimam quidem curam umquam habuit, sed uno loco perpetuo se continuit, ibique hospes vixit, ac velut ex professo propriæ omni experientiæ renunciavit, tam ei quæ ex efficaci usu rerum bellicarum et civilium, quam ei quæ ex peregrinando et varias regiones visendo comparatur: hic, inquam, quo pacto præstantis et gravis Historici famam obtinuerit, equidem nescio. Quod autem Historia ardua cum primis res sit, confitentem ipsum *Timæum* exhibere facile est. Nam is *in libri sexti proœmio* scribit: *non deesse, qui existiment, illud sermonum genus, quod in ostentatione positum est, majore ingenio, industria et adparatu indigere, quam Historiam:* et addit, *jam olim istam sententiam Ephoro fuisse oppositam. Qui quum satis pro rei dignitate hujus sententiæ*

Digitized by Google

"πρὸς τοὺς ταῦτα λέγοντας ἀπαντῆσαι, πειρᾶται συγ- Ol. 143. 3.
κρίνειν αὐτὸς ἐκ παραβολῆς τὴν ἱστορίαν τοῖς ἐπιδει-
κτικοῖς λόγοις.

" πρὸς τοὺς ταῦτα λέγοντας. Et hæc Casaubono debentur. Hervagius cum libris omnibus habet πρὸς ταῦτα λέγοντας.

auctoribus respondere non potuerit; scriptionem utramque inter se conatur ipse Historiam eum orationibus ad comparare.
ostentationem comparatis contendens,

Digitized by Google

Digitized by Google

ΤΗΣ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

RES ÆTOLORUM.

Ol. 143. 4. A. U. 550.

* * *

Ætoli observati.

1. Οἱ Αἰτωλοὶ, διά τε τὴν συνέχειαν τῶν πολέμων, καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τῶν βίων, ἔλαθον οὐ μόνον ἄλλους, 2 ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς, κατάχρεοι γενηθέντες. Διόπερ οἰκείως διακειμένοι πρὸς καινοτομίαν τῆς οἰκείας πολιτείας, εἵλοντο νομογράφους Δορίμαχον καὶ Σκόπαν· Dorimachus et Scopas leges scribunt Ætolis. 3 θεωροῦντες τούτους κατά τε τὰς προαιρέσεις κινητικοὺς ὑπάρχοντας, καὶ κατὰ τὰς οὐσίας ἐνδεδεμένους εἰς 4 πολλὰ τῶν βιωτικῶν συναλλαγμάτων. Οἳ καὶ παραλαβόντες τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἔγραψαν νόμους.

* * *

Scopas Alexandriam se confert.

II. Σκόπας, ὁ Αἰτωλῶν στρατηγὸς, ἀποτυχὼν τῆς ἀρχῆς, ἧς χάριν ἐτόλμα γράφειν τοὺς νόμους, [a] μετέωρος

[a] Suidas *μετέωρος ἦν. ἀφιπέμενος γὰρ εἰς Ἀλεξ.*

I.

Excerpt. Valesian.

* * *

1. ÆTOLI, cum ob bellorum assiduitatem, tum ob suum in privata vita luxum, sensim sensimque gravissimum æs alienum contraxerant. Quare, ad res novas animis propensi, duumviros legibus scribendis constituerunt *Dorimachum* et *Scopam*; quos et ingenio factiosos esse norant, et, quod ad facultates spectat, multis nominibus ære alieno obstrictos. Hi igitur, accepta potestate, leges scripsere.

* * *

II. *Scopas*, Ætolorum prætor, frustratus principatu, cujus maxime causa conscribere leges ausus fuerat, *Alexandriam* spes suas direxit; ratus,

Digitized by Google

Ol. 143. 4. ἦν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν· [b]ταῖς ἐκεῖθεν ἐλπίσι πεπεισμένος ἀναπληρώσειν τὰ λείποντα τοῦ βίου, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ πλεῖον [c]ἐπιθυμίαν. Ἀλλ' ἀκόρεστος 3 ἦν. [d]τούτῳ γὰρ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀφικομένῳ, πρὸς ταῖς ἐκ τῶν [e]ὑπαίθρων ὠφελείαις, ὧν ἦν αὐτὸς κύριος διὰ τὸ πιστεύεσθαι περὶ τῶν ὅλων, καὶ τῆς ἡμέρας ἑκάστης ὀψώνιον ἐξέθηκε ὁ βασιλεὺς αὐτῷ μὲν δεκαμναῖον, τοῖς δὲ ἐπί τινος ἡγεμονίας [f]μετὰ ταῦτα τεταγμένοις μναιαῖον. ἀλλ' ὅμως οὐκ [g]ἀρκεσθεὶς τούτοις, 4 [h]ὡς τὸ πρότερον προσκαρτερῶν τῷ πλείονι διετέλεσε· μέχρι καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς διδοῦσι φθονηθεὶς, τὸ πνεῦμα 5 προσαπέθηκε τῷ χρυσίῳ.

Inexplebili est cupiditate.

* * *

Hydropici. Καθάπερ ἐπὶ τῶν [i]ὑδροπικῶν οὐδέποτε ποιεῖ παῦλαν 6 οὐδὲ κόρον ἡ τῶν ἔξωθεν ὑγρῶν παράθεσις, ἐὰν μὴ τὴν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι διάθεσιν ὑγιάσῃ τις· τὸν αὐτὸν 7 τρόπον οὐδὲ τὴν πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν οἷόν τε κορέσαι, μὴ οὐ τὴν ἐν τῇ ψυχῇ κακίαν λόγῳ τινὶ διορθωσάμενον.

* * *

Παρ' οἷς ἔφυ τοῦτο τὸ φυτὸν, οὐδέποτε κατέληξε 8

[b] Importune Gronovius edidit ταῖς γὰρ ἐκεῖθεν. [c] Post ἐπιθυμίαν, inserit Suidas οὐκ ἔστεργε τοῖς παροῦσι. [d] Omissis verbis τούτῳ γὰρ εἰς Ἀλεξ. ἀφικ. pergit Suidas πρὸς γὰρ ταῖς ὠφελείαις. [e] ὑπαίθρων ex Valesii conject. in contexit. recepi. ὑπέρων dabat codex, quod et ex ὑπεναντίων corruptum suspicari licet. [f] Fors. μετὰ τοῦτον, ut voluit Reisk. [g] ἀρκεσθεὶς ex conject. scripsi. ἠρκέσθη Suidas in Δεκαμναῖος. Vulgo ἠρκεῖτο. [h] ὡς τὸ πρότ. correxi. Vulgo ὃς. Suidas οἷς. [i] ὑδροπικῶν edidit Ernest.

sese urbis illius opibus inopiam suam atque immensam animi cupiditatem expleturum. Sed revera *cupiditate* erat *inexplebili*. Namque Alexandriam delatus, præter commoda atque emolumenta militiæ, quorum ipse dominus erat, utpote summæ rerum præfectus, in singulos dies decem etiam minas stipendii nomine ab rege accipiebat; quum ceteris, in inferiori gradu constitutis, unica mina daretur. Neque his tamen contentus, plura semper, sicut antea, concupiscebat: donec ob hujusmodi cupidinem etiam eis ipsis invisus, qui ei tantas opes largiebantur, auro simul ac spiritu privatus est.

* * *

Excerpt. Antiq. ex Lib. XIII. *Cap.* 1. *init.*

Quemadmodum in eis, qui *aqua intercute* laborant, numquam nec finis nec modus est copiæ humorum, qui in exterioribus corporis partibus colliguntur; nisi quis internum morbum prius sanaverit: ita plane *cupiditatem augendarum opem* exsatiare nemo queat, quin animi vitium ratione correxerit.

* * *

Ex Ora Codicis Urbinatis.

Apud quos stirps ista radices egit,

Digitized by Google

πρότερον, ἢ μεγάλοις κακοῖς περιβαλεῖν τοὺς ἅπαξ A. U. 550.
αὐτῷ χρησαμένους.

II.

RES PHILIPPI.

* * *

III. [k]ΕΓΕΝΕΤΟ περὶ τὴν τοιαύτην κακοπραγμοσύνην· ἣν δὴ βασιλικὴν μὲν οὐδαμῶς οὐδεὶς ἂν εἶναι φήσειεν, ἀναγκαίαν δὲ βούλονται λέγειν ἔνιοι πρὸς τὸν πραγματικὸν τρόπον, διὰ τὴν νῦν ἐπιπολάζουσαν κακο-
2 πραγμοσύνην. [l]Οἱ μὲν γὰρ [m]ἀρχαῖοι πολύ τι τοῦ τοιούτου μέρους ἐκτὸς ἦσαν. τοσοῦτον γὰρ ἀπῆλλοτριῶντο τοῦ κακομηχανεῖν περὶ τοὺς φίλους, χάριν τοῦ [n]τῷ τοιούτῳ τρόπῳ συναύξειν τὰς σφετέρας δυναστείας, ὥστ' οὐδὲ τοὺς πολεμίους ἠροῦντο δι' ἀπάτης νικᾶν·
3 ὑπολαμβάνοντες, οὐδὲν οὔτε λαμπρὸν, οὐδὲ μὴν βέβαιον εἶναι τῶν κατορθωμάτων, ἐάν μή τις ἐκ τοῦ προφανοῦς μαχόμενος ἡττήσῃ ταῖς ψυχαῖς τοὺς ἀντιταττομένους.
4 Διὸ καὶ συνετίθεντο πρὸς σφᾶς, μήτε ἀδήλοις βέλεσι, μήθ' ἑκηβόλοις χρήσασθαι κατ' ἀλλήλων· μόνην δὲ τὴν ἐκ χειρὸς καὶ συστάδην γιγνομένην μάχην ἀληθινὴν
5 ὑπελάμβανον εἶναι κρίσιν πραγμάτων. ἢ καὶ τοὺς

Dolus rege indignus.

Olim aperte, non dolo, gerebantur bella.

[k] Libri omnes ἐγένετό τις. Delevi pronomen. Forsan fuerat ἐγένετό τι. Casaub. ex conject. edidit ἐγένετό τινι. [l] Conjunctionem γὰρ omisit Casaub. invitis MStis. [m] ἀρχαῖοι ex conject. scripsi. Vulgo omnes Ἀχαιοί. [n] Vocab. τρόπῳ post τῷ τοιούτῳ ex conject. adjecl.

ibi numquam prius cessavit, quam magnis calamitatibus eos, qui illa usi sunt, implicuisset.

II.

Excerpt. Antiq. ex Lib. XIII. *Cap.* 1 *et* 2.

* * *

III. TALEM *dolum malum* machinabatur: quem quidem regi convenire nemo sane dixerit; etsi non desunt, qui in tam crebro usu hodie doli mali necessarium eum esse dicant ad res gerendas. Nam antiqui quidem homines ab ejusmodi mente quam longissime aberant, qui dolosas erga socios machinationes imperii amplificandi gratia usque adeo abhorrebant, ut ne hostes quidem per fraudem vellent vincere. Quippe qui victoriam nullam neque satis illustrem, neque stabilem ducerent, nisi quis propalam hostes adgressus, animos ipsis virtute sua fregisset. Propterea convenerat inter ipsos, ut neque occultis telis alter in alterum uterentur, neque missilibus e longinquo jactis: sed cernendi controversias solam putarent legitimam esse rationem, cum pede collato pugnatur cominus. Idcirco etiam, quoties armis decertare statuissent, et

Digitized by Google

Ol. 143. 4. πολέμους ἀλλήλοις προὔλεγον καὶ τὰς μάχας, ὅτε προθοῖντο διακινδυνεύειν, καὶ τοὺς τόπους, εἰς οὓς μέλλοιεν ἐξιέναι παραταξάμενοι. Νῦν δὲ καὶ φαύλου 6
φασὶν εἶναι στρατηγοῦ τὸ προφανῶς τι πράττειν τῶν
Ejus rei vestigium apud Romanos. πολεμικῶν. Βραχὺ δέ τι λείπεται παρὰ Ῥωμαίοις 7
ἴχνος ἔτι τῆς ἀρχαίας αἱρέσεως περὶ τὰ πολεμικά.
καὶ γὰρ προλέγουσι τοὺς πολέμους, καὶ ταῖς ἐνέδραις
σπανίως χρῶνται, καὶ τὴν μάχην ἐκ χειρὸς ποιοῦνται
καὶ συστάδην. Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω πρὸς τὸν ἐπι- 8
πολάζοντα νῦν ὑπὲρ τὸ δέον ἐν τῇ κακοπραγμοσύνῃ
ζῆλον περὶ τοὺς ἡγουμένους, ἔν τε ταῖς πολιτικαῖς καὶ
πολεμικαῖς οἰκονομίαις.

Heraclidem adv. Rhodios subornat Phil. IV. Ὁ δὲ Φίλιππος Ἡρακλείδῃ μὲν, καθάπερ ὑπόθεσιν δούς, ἐπέταξε φροντίζειν, πῶς ἂν κακοποιήσῃ καὶ διαφθείρῃ τὰς τῶν Ῥοδίων νῆας· εἰς δὲ τὴν Κρήτην 2
πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλε, τοὺς ἐρεθιοῦντας καὶ παρορμήσοντας ἐπὶ τὸν κατὰ τῶν Ῥοδίων πόλεμον. Ὁ δ' 3
Ἡρακλείδης, ἄνθρωπος εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ κακὸν,
Vita et mores Heraclidis. ἕρμαιον ἡγησάμενος τὴν ἐπιταγὴν, καὶ διανοηθεὶς °ἄττα
δή ποτ' οὖν παρ' αὐτῷ, μετά τινα χρόνον ὥρμησε, καὶ
παρῆν καταπλέων εἰς τὴν Ῥόδον. Συνέβαινε δὲ, τὸν 4
Ἡρακλείδην τοῦτον τὸ μὲν γένος ἀνέκαθεν εἶναι Ταραντῖνον, πεφυκέναι δὲ ἐκ βαναύσων καὶ χειροτεχνῶν ἀν-

° Correxi mendosam scripturam *αἰνὰ δήτ'*.

bella et prælia sibi invicem denunciabant, loca item, ad quæ aciei instruendæ caussa essent venturi. Nunc autem si quis imperator suum aliquod consilium bellicum minus occuluerit, vitio id illi vertunt. Apud Romanos vero adhuc veterum institutorum rei militaris leviter impressa vestigia quædam manent. Nam et bella indicunt, et insidiis raro utuntur, et cominus rem gerentes pugnam edunt stataria. Hæc nos dicta voluimus adversus istud, quod supra modum inter principes viros nunc viget, et ceu mutua æmulatione quadam alitur, *studium dolo malo utendi in administratione rerum* sive civilium, sive bellicarum.

IV. Ceterum *Philippus*, postquam veluti argumentum suppeditavit *Heraclidæ*, illum jussit *de modo cogitare, quo posset Rhodios dolo circumvenire et classem eorum corrumpere:* ipse interim legatos in Cretam misit, qui ad bellum contra Rhodios suscipiendum Cretenses irritarent atque impellerent. *Heraclides*, qui ad maleficium egregie a natura esset comparatus, Philippi jussum pro lucro deputans, postquam varia consilia animo versasset, post aliquod tempus profectus Rhodum navigavit. Hic enimvero *Heraclides*, quod ad vetustam generis originem, Tarentinus, majoribus erat ortus sordidis, et qui artes sellularias exercerent; ipse ad quodcumque sce-

Digitized by Google

θρώπων, μεγάλα δ' ἰσχηκέναι προτερήματα πρὸς ἀπό- A. U. 530.
νοιαν καὶ ῥᾳδιουργίαν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀναφανδὸν τῷ Vita et mores Heraclidis.
σώματι παρεκέχρητο κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν· εἶτ'
ἀγχίνους ὑπῆρχε καὶ μνήμων, καὶ πρὸς μὲν τοὺς ταπει-
νοτέρους καταπληκτικώτατος καὶ τολμηρότατος, πρὸς
6 δὲ τοὺς ὑπερέχοντας κολακικώτατος. Οὗτος ἀρχῆθεν
μὲν ἐκ τῆς πατρίδος ἐξέπεσε, δόξας τὸν Τάραντα
πράττειν Ῥωμαίοις, οὐ πολιτικὴν ἔχων δύναμιν, ἀλλ'
ἀρχιτέκτων ὑπάρχων, καὶ διά τινας ἐπισκευὰς τῶν
τειχῶν κύριος γενόμενος τῶν κλειδῶν τῆς πύλης, τῆς ἐπὶ
7 τὸ μεσόγαιον φερούσης. καταφυγὼν δὲ πρὸς Ῥωμαίους,
καὶ πάλιν ἐκεῖθεν γράφων καὶ διαπεμπόμενος εἰς τὸν
Τάραντα καὶ πρὸς Ἀννίβαν, ἐπεὶ καταφανὴς ἐγένετο,
προαισθόμενος τὸ μέλλον, αὖθις ἔφυγε πρὸς τὸν Φίλιπ-
8 πον. παρ' ᾧ τοιαύτην περιεποιήσατο πίστιν καὶ δύναμιν,
ὥστε τοῦ καταστραφῆναι τὴν τηλικαύτην βασιλείαν
σχεδὸν αἰτιώτατος γεγονέναι.

* * *

v. Διαπιστοῦντες δὲ οἱ Πρυτάνεις ἤδη τῷ Φιλίππῳ Heraclides fallit Rhodios.
διὰ τὴν περὶ τὰ Κρητικὰ κακοπραγμοσύνην, καὶ τὸν
Ἡρακλείδην ὑπώπτευον ἐγκάθετον εἶναι.

*

2 Ὁ δὲ εἰσελθὼν ἀπελογίζετο τὰς αἰτίας, δι' ἃς
πεφευγὼς εἴη τὸν Φίλιππον.

lus vel flagitium hominis perditi audendum magna præsidia habebat. Primum enim ineunte ætate prostituto palam corpore, impudice vixerat: ad hæc sollertia mentis et memoria valebat: adversus humiles tenuesque terribilis supra modum atque audax, ad demulcendos potentiores adulatorum artes mirifice callebat. Is primo exsulare extorris ab solo patrio fuerat coactus, quod Romanis Tarentum prodere esset visus; non quod inter cives aliquid ipse tunc posset; verum, architectus quum esset, per occasionem reficiendi partem aliquam murorum, claves ejus portæ, qua itur in mediterranea, in potestate tunc habebat. Quum deinde ad Romanos perfugisset, atque inde rursus literas Tarentum et ad Hannibalem mitteret; ubi patuit dolus, exitum rei providens, ad Philippum dehinc aufugit: apud quem eam sibi fidem conciliavit, eo potentiæ crevit, ut evertendi tanti regni præcipua propemodum caussa ipse exstiterit.

* * *

v. Sed *Prytanes*, cum *Philippum* ob perfidiam, qua in rebus Creticis usus erat, suspectum jam haberent, *Heraclidem* quoque dolose ab eo submissum esse suspicabantur. (*Harpocration et Suidas, in* Πρυτάνεις.)

*

Ille vero ingressus, caussas recensuit, cur Philippum fugisset. (*Suid. in* ἀπελογίζ.)

Digitized by Google

Ol. 143. 4.

*

Πᾶν γὰρ βουληθῆναι τὸν Φίλιππον ἀναδίξασθαι, ἢ 3
καταφανῆ γενέσθαι τὴν ἐν τούτοις αὐτοῦ προαίρεσιν. . .
P ἢ καὶ τὸν Ἡρακλείδην ἀπέλυσε τῆς ὑποψίας.

* * *

Veritas triumphat de mendacio.

Καί μοι δοκεῖ μεγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ Φύσις 4
ἀποδεῖξαι τὴν Ἀλήθειαν, καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθεῖναι
δύναμιν. πάντων γοῦν αὐτὴν καταγωνιζομένων, ἐνίοτε δὲ 5
καὶ πασῶν τῶν πιθανοτήτων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττο-
μένων· οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτὴ δι' αὐτῆς εἰς τὰς ψυχὰς
εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων· καὶ ποτὲ μὲν παραχρῆμα 6
δείκνυσι τὴν αὐτῆς δύναμιν, ποτὲ δὲ πολὺν χρόνον
ἐπισκοτισθεῖσα, τέλος αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἐπικρατεῖ, καὶ
καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος.

* * *

Damocles.

Δαμοκλῆς, ὁ μετὰ Πυθίωνος πεμφθεὶς κατάσκοπος 7
πρὸς Ῥωμαίους, ὑπηρετικὸν ἦν σκεῦος εὐφυὲς, καὶ
πολλὰς ἔχων ἀφορμὰς εἰς πραγμάτων οἰκονομίαν.

P ἢ καὶ malim, ni intercidit nonnihil. ἢ καὶ ex conject. posuit Casaub.

*

Omnia enim potius pati voluisse *Philippum*, quam in his consilium suum manifestum fieri *Rhodiis*. . . *Quæ* [res, vel quæ epistola] *etiam Heraclidem suspicione liberavit.* (*Suidas in* Ἀναδίξασθαι *et* Ἀπέλυσε.)

* * *

Equidem existimo, naturam mortalibus *Veritatem* deam constituisse maximam, maximamque illi vim adtribuisse. Nam hæc licet ab omnibus oppugnetur, atque etiam omnes nonnumquam verisimiles conjecturæ a mendacio stent; ipsa tamen per se nescio quomodo in animos hominum sese insinuat, et modo e vestigio illam suam vim exserit, modo, tenebris obtecta longo tempore, ad extremum suapte vi vincit obtinetque, et de mendacio triumphat. (*Excerpt. Antiq. ex Lib.* XIII. *Cap.* 3.)

* * *

Erat *Damocles* industrius minister, et ad res tractandas apprime utilis. Is tum una cum *Pythione* ad speculanda *Romanorum* consilia fuerat missus. (*Excerpt. Valesian.*)

Digitized by Google

III.

A. U. 550.

NABIS, TYRANNUS LACEDÆMONIORUM.

* * *

VI. Ὁ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων τύραννος Νάβις, ἔτος ἤδη τρίτον ἔχων τὴν ἀρχήν, ὀλοσχερὲς μὲν οὐδὲν ἐπεβάλλετο πράττειν, οὐδὲ τολμᾷν, διὰ τὸ πρόσφατον εἶναι τὴν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἧτταν τοῦ Μαχανίδου· καταβολὴν δ' ἐποιεῖτο, καὶ θεμέλιον ὑπεβάλλετο πολυχρονίου καὶ βαρείας τυραννίδος. Διέφθειρε γὰρ τοὺς λοιποὺς ἄρδην ἐκ τῆς Σπάρτης, ἐφυγάδευσε δὲ τοὺς κατὰ πλέον πλούτῳ διαφέροντας ἢ δόξῃ προγονικῇ, τὰς δὲ τούτων οὐσίας καὶ γυναῖκας διεδίδου τῶν ἄλλων τοῖς ἐπιφανεστάτοις καὶ τοῖς μισθοφόροις. οὗτοι δ' ἦσαν ἀνδροφόνοι, καὶ [q] παρασχίσται, λωποδύται, τοιχωρύχοι. καθόλου γὰρ τοῦτο τὸ γένος ἠθροίζετο πρὸς αὐτὸν, ἐπιμελῶς ἐκ τῆς οἰκουμένης, οἷς ἄβατος ἦν ἡ θρέψασα δι' ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν. [r] Ὧν προστάτην καὶ βασιλέα αὐτὸν ἀναδείξας, καὶ χρώμενος δορυφόροις καὶ σωματοφύλαξι τούτοις, [r] δῆλον ὅτι ἐμέλλε πολυχρόνιον ἕξειν τὴν ἐπ' ἀσεβείᾳ φήμην καὶ δυναστείαν [s] ὅς γε, χωρὶς τῶν προειρημένων, οὐκ ἐξηρκεῖτο [t] φυγαδεύων τοὺς πολί-

Nabis succedit Machanidæ.

Sævit Lacedæmone.

Nabis sævit Lacedæmone.

[q] παρασχίσται correxi. παρασχῶται Urb. παράσχιται edd. cum ceteris codicibus. μαχαιται vel μαχηται voluit Toup. [r] δῆλος ἦν malim. Conjunct. ὅτι ex conject. adjecit Casaubonus. [s] ὅς γε ex conject. scripsi, pro vulgato ὅστε. [t] φυγαδεύων Casaub. ex conj. edidit, cum φυγαδεύων darent libri.

III.

Excerpt. Antiq. ex Lib. XIII. *Cap.* 4. 5.

* * *

VI. *NABIS*, Lacedæmoniorum tyrannus, qui tertium jam annum rerum potiebatur, nihil ille quidem majoris rei adgredi vel moliri audebat, quod recens adhuc esset memoria devicti ab Achæis *Machanidæ*: sed mansuræ diutius ac duræ tyrannidis principia ponebat, et fundamenta jaciebat. Reliquias enim nominis Spartani funditus delebat; eosque, qui opibus aut gloria majorum ceteris præstabant, solum vertere cogebat; horumque fortunas et uxores iis, qui inter reliquos eminebant, et mercenario militi dividebat. Hi autem erant homicidæ, effractores, prædones nocturni, murorum effossores. Nam hoc dumtaxat genus hominum, quibus propter impia facinora et scelera pedem in patria sua ponere non licebat, sedulo *Nabis* toto undique ex orbe terrarum ad se arcessebat. Horum ille patronum et regem quum se constituisset, stipatoresque et satellites eos sibi junxisset; in longum videlicet tempus istorum ope et impietatis suæ famam et domi-

Digitized by Google

Ol 143. 4. τας· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς φεύγουσιν οὐδεὶς τόπος ἦν ἀσφα-
λὴς, οὐδὲ καταφυγὴ βέβαιος. τοὺς μὲν γὰρ ἐν ταῖς 7
ὁδοῖς, ἐπαποστέλλων, ἀνῄρει· τοὺς δ' ἐκ τῶν τόπων
ἐπαναγαγόντας ἐφόνευε. τὸ δὲ τελευταῖον, ἐν ταῖς 8
πόλεσι τὰς σύνεγγυς οἰκίας, ὅπου τις τυγχάνοι κατοι-
κῶν τῶν φυγάδων, μισθούμενος δι' ἀνυποψίας ἀνθρώπων,
εἰς ταύτας εἰσέπεμπε Κρῆτας, οἵ τινες ῥήγματα τοι-
οῦντες ἐν τοῖς τοίχοις, καὶ διὰ τῶν ὑπαρχουσῶν θυρίδων
τοξεύοντες, τοὺς μὲν ἑστῶτας τῶν φυγάδων, τοὺς δ'
ἀνακειμένους ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις διέφθειρον· ὥστε 9
μήτε τόπον εἶναι μηδένα φεύξιμον, μήτε καιρὸν ἀσφαλῆ
τοῖς ταλαιπώροις Λακεδαιμονίοις. Καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ 10
τρόπῳ τοὺς μὲν πλείστους αὐτῶν ἠφάνισε.

Novum tormenti genus.

VII. Κατεσκευάσατο δὲ καί τινα μηχανὴν, εἰ μη-
χανὴν ταύτην χρὴ λέγειν. Ἦν γὰρ εἴδωλον γυναικεῖον, 2
πολυτελέσιν ἱματίοις ἠμφιεσμένον, κατὰ δὲ τὴν μορφὴν
εἰς ὁμοιότητα τῆ τοῦ Νάβιδος γυναικὶ [u] διαφόρως
ἀπειργασμένον. ὁπότε δέ τινας τῶν πολιτικῶν ἀνα- 3
καλέσαιτο, βουλόμενος εἰσπρᾶξαι χρήματα· τὰς μὲν
ἀρχὰς διετίθετο λόγους πλείονας καὶ φιλανθρώπους·
ὑποδεικνύων μὲν τὸν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐπικρεμάμενον τῇ 4
χώρᾳ καὶ τῇ πόλει φόβον, διασαφῶν δὲ τὸ πλῆθος τῶν
μισθοφόρων, τὸ τρεφόμενον τῆς ἐπείνων ἀσφαλείας χάριν,
ἔτι δὲ τὰς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ τὰς κοινὰς τῆς πόλεως

[u] Forsan διαφερόντως ἐξειργασμένον.

nationem erat extensurus. Quin et, præter illa quæ jam diximus, cives in exilium pellere non contentus, id operam dabat, ne quis exsulibus locus esset tutus, ne ullum perfugium securum. Alios enim, percussoribus submissis, per vias occidebat; alios ab exilio revocatos trucidabat. Postremo in iis urbibus, quas habitabant exsules, conductis per homines nullo modo suspectos vicinis domibus iis, quas ipsi incolerent, Cretenses eo mittebat, qui, parietibus intergerinis effractis, per apertas fenestras exsulum alios stantes, alios decumbentes in suis ædibus, sagittis configebant et necabant; ut miseris Lacedæmoniis nullus ad perfugium locus satis tutus pateret, nullum tempus a periculo esset immune. Atque hac sane ratione plurimos eorum e medio sustulit.

VII. Idem *Nabis* machinam quoque, si tamen ea machina est dicenda, talem struxerat. *Simulacrum muliebre* erat, pretiosis vestibus adornatum, formæ similitudine Nabidis uxorem arte eximia referens. Quoties civium aliquos tyrannus ad se vocabat, ut pecuniis eos emungeret; principio longa oratione eaque perbenigna ipsos compellabat; periculum, quod regioni et urbi ab Achæis immineret, ipsis ob oculos ponebat; quantum stipendiariorum numerum salutis ipsorum caussa aleret, significabat; quantos in sacris procurandis, aut publicis negotiis, sum-

Digitized by Google

5 δαπάνας. εἰ μὲν οὖν ἐντρέποιντο διὰ τῶν τοιούτων λόγων, A. U. 550.
εἶχεν ἀποχρώντως αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον. Εἰ δέ
6 τινες ἐξαρνούμενοι διαθοῖντο τὴν ἐπιταγὴν, ἐπεφθέγγετο
λόγον τοιοῦτον· Ἴσως ἐγὼ μὲν οὐ δύναμαί σε πείθειν, Apega, Na-
Ἀπῆγαν μέντοι ταύτην δοκῶ σε πείσειν. τοῦτο δ' ἦν bidis uxor.
7 ὄνομα τῇ γυναικὶ τοῦ Νάβιδος. καὶ τοῦτ' ἔλεγε, καὶ
8 ταχέως, ὃ μικρῷ πρότερον ἔλεγον, εἴδωλον. καὶ δεξιωσά-
μενος, ἐπειδὴ ἐκ τῆς καθέδρας ἀνέστησε τὴν γυναῖκα,
καὶ περιέπτυξε ταῖς χερσὶ, [x]προσήγετο κατὰ βραχὺ
9 πρὸς τὰ στέρνα. τοὺς δὲ πήχεις εἶχε καὶ τὰς χεῖρας
πλήρεις σιδηρῶν γόμφων ὑπὸ τοῖς ἱματίοις, ὁμοίως καὶ
10 κατὰ τοὺς μαστούς. [y]ὅταν οὖν προσήρεισε ταῖς χερσὶ
πρὸς τὰ νῶτα τῆς γυναικὸς, κἄπειτα διὰ τῶν ὀργάνων
ἑλκόμενον ἐπέτεινε, καὶ προσῆγε πρὸς τοὺς μαστοὺς κατ'
ἐλάχιστον, πᾶσαν ἠνάγκαζε φωνὴν προΐεσθαι τὸν πιεζό-
11 μενον. Καὶ πολλοὺς δή τινας τῷ τοιούτῳ τρόπῳ διέ-
φθειρε τῶν ἐξαρνουμένων.

VIII. Καὶ τὰ λοιπὰ δ' ἦν τούτοις ὅμοια καὶ σύ- Nabidis
2 στοιχα κατὰ τὴν ἀρχήν. Ἐκοινώνει μὲν γὰρ τοῖς latrocinia.

[x] Loco turbato nullum subsidium praestant libri. προσήγετο ex conject. scripsit Casaub. προσηγεῖτο Herv. cum MStis. Mihi προσῆγε τῇ κατὰ βραχὺ videtur legendum. [y] Particulam οὖν adjecit idem; et προσήρεισε scripsit pro προσήρεισε, quod est in libris. Versionem Latinam ex conject. equidem concinnavi, tamquam esset Ὅταν οὖν προσήρεισε τὰς χεῖρας τῆς γυναικὸς πρὸς τὰ νῶτα κἀπήρτησεν. Verba κατ' ἐλάχιστον, quae vulgo cum seqq. copulantur, ad praecedentia retuli. Non placet autem indicativus verborum modus post ἐπειδὴ v. 8. et post ὅταν v. 10.

tus faceret. Ejusmodi sermonibus si commoverentur, ad destinata exsequenda hoc illi satis erat. Sin aliqui essent, qui, negantes esse sibi opes, detrectarent jussa; in haec tum verba tyrannus erumpebat: *Equidem fortasse, quod cupio, persuadere tibi non valeo; Apegam vero hanc* (id nomen Nabidis conjux habebat) *puto tibi persuasurum.* Simul haec ille dicebat, et statim aderat simulacrum, de quo sumus locuti. Tum tyrannus, postquam dextra prehensam mulierem de sede excitasset, et manibus ejus complexus esset hominem, paullatim hunc ad pectus mulieris admovebat. Erant autem illi brachia et manus ferreis clavis plena, quos vestis occultabat: similiter etiam in mammis infixos habuit clavos. Igitur postquam manus mulieris in dorsum hominis infixisset, et organis deinde, quibus instructa machina erat, attractum intentumque sensim sensimque minimis momentis ad mammas mulieris admovisset; eum, qui ita premebatur, omnem vocem emittere cogebat. Atque hoc modo multos eorum sustulit, qui pecunias dare recusaverant.

(*Excerpt. Valesian.*)

VIII. Reliqua vero erant in ejus imperio his similia ac consentanea. Maritimarum enim praedationum societa-

Digitized by Google

Ol. 143. 4. Κρησὶ τῶν κατὰ θάλατταν ληστειῶν· εἶχε δὲ καθ' ὅλην τὴν Πελοπόννησον ἱεροσύλους, ὁδοιδόκους, φονέας, οἷς μερίτης γενόμενος τῶν ἐκ τῆς ῥᾳδιουργίας λυσιτελῶν, ὁρμητήριον καὶ καταφυγὴν παρείχετο τούτοις τὴν Σπάρτην. Πλὴν κατά γε τοὺς καιροὺς τούτους ξένοι τῶν ἀπὸ τῆς Βοιωτίας εἰς τὴν Λακεδαίμονα παρεπιδημήσαντες ἐψυχαγώγησάν τινα τῶν τοῦ Νάβιδος ἱπποκόμων, ὥστε συναποχωρῆσαι μεθ' ἑαυτῶν, ἔχοντα λευκὸν ἵππον, ὃς ἐδόκει γενναιότατος εἶναι τῶν ἐκ τῆς τυραννικῆς ἱπποστάσεως. τούτου δὲ πεισθέντος καὶ πράξαντος τὸ προειρημένον, καταδιώξαντες οἱ παρὰ τοῦ Νάβιδος εἰς τὴν Μεγάλην Πόλιν, καὶ καταλαβόντες, τὸν μὲν ἵππον εὐθὺς ἀπῆγον καὶ τὸν ἱπποκόμον, οὐδενὸς ἀντιποιουμένου, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τοῖς ξένοις ἐπέβαλον τὰς χεῖρας. οἱ δὲ Βοιωτοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἠξίουν ἄγειν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἀρχήν· οὐδενὸς δὲ προσέχοντος, ἀνεβόα τις τῶν ξένων, βοήθεια. συνδραμόντων δὲ τῶν ἐγχωρίων καὶ μαρτυρομένων τοὺς ἄνδρας ἐπανάγειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἠναγκάσθησαν προϊέμενοι τοὺς ἀνθρώπους οἱ παρὰ τοῦ Νάβιδος ἀπελθεῖν. Ὁ δὲ, [z] πάλαι ζητῶν ἀφορμὰς ἐγκλημάτων καὶ πρόφασιν εὔλογον διαφορᾶς, τότε λαβόμενος ταύτης, εὐθέως ἤλαυνε τὰ Προαγόρου βρέμματα καί τινων ἑτέρων. ἐξ ὧν ἐγένετο ἀρχὴ τοῦ πολέμου.

Origo belli cum Achæis.

[z] πάλαι ex Valesii conject. scripsi, pro vulgato πάλιν.

tem cum *Cretensibus* inierat; ac per universam Peloponnesum sacrilegos, latrones et sicarios sparsos habebat; quibus ipse, particeps lucri scelere hujusmodi parti, arcem ac refugium Spartam præbebat. Forte iis temporibus peregrini quidam, ex Bœotia Lacedæmonem profecti, quemdam ex Nabidis *equisonibus* sollicitaverant, ut cum ipsis una iter faceret, sumto secum equo albo, qui totius regii stabuli generosissimus habebatur. Cum adsensisset equiso, atque ita fecisset, missi a Nabide satellites comprehensum Megalopoli equisonem cum equo abduxere, nemine refragante; post hæc autem peregrinis etiam manus injecere. At Bœoti initio quidem postulabant, ut ad urbis magistratum ducerentur: sed cum nemo commoveretur, quidam ex illis civium fidem implorare contenta voce cœpit. Concursu repente incolarum facto, cum ad magistratum ducendos esse omnibus placeret; missi a Nabide satellites, dimissis peregrinis, abcedere sunt coacti. At *Nabis*, qui criminandi caussas ac speciosum belli prætextum jam pridem quærebat, hunc tum nactus, continuo *Proagoræ* aliorumque armenta abegit: quod principium belli fuit.

Digitized by Google

IV.

A. U. 550.

RES ANTIOCHI IN ARABIA.

* * *

1 IX. ΧΑΤΤΗΝΙΑ, χώρα τρίτη Γερραίων. Πολύβιος ιγ'. Ἔστι δ' ἡ Χαττηνία τἆλλα μὲν λυπρὰ, κώμαις δὲ καὶ πύργοις διεσκεύασται διὰ τὸ [a] εὔκαιρον τῶν Γερραίων· οὗτοι γὰρ αὐτὴν νέμονται. Ἔστι δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Gerræis libertatem concedit Antiochus.

* * *

2 Λάβαι πόλις, ὡς Σάβαι, Χαττηνίας πόλις. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Λαβαῖος, ὡς Σαβαῖος. τῆς αὐτῆς χώρας ἀμφότεραι· ἡ γὰρ Χαττηνία, τῶν Γερραίων ἐστὶ χώρα.

* * *

3 Οἱ δὲ Γερραῖοι ἀξιοῦσι τὸν βασιλέα, μὴ καταλύειν τὰ παρὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς δεδομένα, τοῦτ' ἔστιν, ἀίδιον εἰρήνην καὶ ἐλευθερίαν. Ὁ δὲ, ἑρμηνευθείσης οἱ τῆς ἐπιστολῆς, ἔφη συγχωρεῖν τοῖς ἀξιουμένοις.

* * *

4 Αὐτὸς μὲν παρήγγειλε, φείδεσθαι τῆς τῶν Χαττηνῶν χώρας.

* * *

5 Κυρωθείσης δὲ τῆς ἐλευθερίας τοῖς Γερραίοις, ἐστεφάνωσαν παραχρῆμα τὸν Ἀντίοχον τὸν βασιλέα [b] πεν-

[a] τὴν εὐκαιρον dant scripti libri: ex quo pariter τὴν εὐκαιρίαν poterat effici. [b] στεφανοειδὲς ἀργυρίον. Ante hæc verba intercidisse videtur *auri* mentio.

IV.

Ex Stephano Byzantino et Suida.

* * *

IX. *CHATTENIA*, regio tertia *Gerræorum*. Polybius XIII. Habet autem Chattenia ceteroquin sterile solum: vicis vero et turribus instructa est, propter Gerræorum, qui eam incolunt, opulentiam. Est autem maris Erythræi. (*Steph. Byz. in* Χαττηνία.)

* * *

Labæ oppidum, ut Sabæ; oppidum Chattenicæ. Polybius XIII. Gentile Labæus, ut Sabæus. Ejusdem regionis utrumque est oppidum: nam Chattenia regio est Gerræorum. (*Steph. Byz. in* Λάβαι.)

* * *

Gerræi vero Regem rogant, ne res a Diis sibi tributas (æternam pacem dicebant, et libertatem) everteret. Ille vero, per interpretem sibi explicata epistola, respondit, se postulatis eorum annuere. (*Suidas in* Ἀξιοῖ.)

* * *

Jussit ipse, ut parceretur Chattenorum regioni. (*Steph. Byz. in* Χαττηνία.)

* * *

Libertate *Gerræis* confirmata, *Antiochum* regem illi quingentis argenti talentis, thuris mille, guttæ autem,

Digitized by Google

Ol. 143. 4. ταπεσίους ἀργυρίου ταλάντοις, χιλίοις δὲ λιβανωτοῦ, καὶ διακοσίοις τῆς λεγομένης στακτῆς. Καὶ ἐποίει τὸν πλοῦν ὡς ἐπὶ Τύλον τὴν νῆσον, καὶ ἐποίει τὸν ἀπόπλουν ἐπὶ Σελευκείας. Ἦσαν δὲ τὰ ἀρώματα ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ.

V.

FRAGMENTA GEOGRAPHICA.

*

Loca Italiæ. 1 Κ. ΒΑΔΙΖΑ, πόλις [c]τῆς Βρεττίας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Βαδιζαῖος.

*

2 Λαμπέτεια, πόλις Βρεττίας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Λαμπετειάτης, ἢ Λαμπετειανός.

*

Illyriæ. 3 Μελίτουσσα, πόλις Ἰλλυρίας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Μελιτουσσαῖος, ἢ Μελιτούσσιος.

*

Cretæ. 4 Ἰλαττία, πόλις Κρήτης. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Ἰλάττιος.

*

5 Σίβυρτος, πόλις Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν Σιβύρτιος, ὡς Πολύβιος ἐν τρισκαιδεκάτῳ.

[c] τῆς Βρεττίας ex conject. correxi. Vulgo τῆς Βρεττανίας.

quam *Stacten* vocant, ducentis donarunt, coronæ nomine. Rex vero inde in *Tylum* insulam navigavit; unde Seleuciam navibus est reversus. Erant autem illa *aromata* ad Erytharæum mare. (*Suidas in* Στακτή.)

V.

Ex Stephano Byzantino.

*

Κ. *BADIZA*, oppidum Bruttiorum. Polybius XIII. Gentile Badizæus.

*

Lampetia [aliàs *Clampetia*], Bruttiorum oppidum. Polybius XIII. Gentile Lampetiates aut Lampetianus.

*

Melitussa, urbs Illyriæ: de qua Polybius libro XIII. Gentile Melitussæus vel Melitussius.

*

Ilattia, oppidum Cretæ. Polybius XIII. Gentile Ilattius.

*

Sibyrtus, Cretæ oppidum. Gentile Sibyrtius, ut apud Polybium libro XIII.

Digitized by Google

A. U. 550.

*

6 Ἀδράνη, πόλις Θρᾳκική. Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ η τὴν μέσην λέγει, ἐν τρισκαιδεκάτῃ, Ἀδρήνη. τὸ ἐθνικὸν [d]Ἀδρηνήτης. Thraciæ.

*

7 Ἄρειον πεδίον. Ἔστι καὶ Θρᾴκης ἔρημον πεδίον, χαμαιπετῆ δένδρα ἔχον, ὡς Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ.

*

8 Δίγηροι, ἔθνος Θρᾴκιον. Πολύβιος ιγ΄.

*

9 Καβύλη, πόλις Θρᾴκης, οὐ πόρρω τῆς τῶν Ἀστῶν χώρας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν Καβιληνός.

[d] Fors. Ἀδρηνίτης.

*

Adrane, urbs Thracica. Polybius vero lib. XIII. mediam syllabam per *e* longum effert, *Adrene*. Gentile Adrenites.

*

Martius campus. Est hoc nomine in Thracia quoque campus incultus, in quo arbores humiles ac pusillæ sunt, auctore Polybio lib. XIII.

*

Digeri, populus Thracicus. Polybius XIII.

*

Cabyla, urbs Thraciæ, non longe ab *Astarum* regione. Polybius lib. XIII. Gentile Cabilenus.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

Ol. 144. 1.
A. U. 551.

SCIPIO IN AFRICA.

* * *

Uticam obsidet.

1. Οἱ μὲν οὖν ὕπατοι περὶ ταύτας [a]ἐγίγνοντο τὰς
2 πράξεις. Ὁ δὲ Πόπλιος ἐν τῇ Λιβύῃ κατὰ τὴν παρα-
χειμασίαν πυνθανόμενος, ἐξαρτύειν στόλον τοὺς Καρχη-
δονίους, [b]ἐγίγνετο μὲν καὶ περὶ ταύτην τὴν παρασκευὴν,
3 οὐχ ἧττον δὲ καὶ περὶ τὴν τῆς Ἰτύκης πολιορκίαν. Οὐ

Syphacem reconciliare sperat.

μὴν οὐδὲ τῆς κατὰ τὸν [c]Σύφακα τελέως ἐλπίδος ἀφί-
στατο· διεπέμπετο δὲ συνεχῶς, διὰ τὸ μὴ πολὺ ἀφε-
στάναι τὰς δυνάμεις ἀλλήλων, πεπεισμένος, μετακα-
λέσειν αὐτὸν ἀπὸ τῆς τῶν Καρχηδονίων συμμαχίας.
4 οὐ γὰρ ἀπεγίνωσκε, καὶ τῆς παιδίσκης αὐτὸν ἥδη κόρον
ἔχειν, δι' ἣν εἵλετο τὰ Καρχηδονίων, καὶ καθόλου τῆς

[a] ἐγίνοντο Reg. G. et Aug. ex pr. scriptura. [b] ἐγίγνετο ex Reg. E. adscivi. Ceteri vulgo ἐγίνετο. [c] Σίφακα Herv. consentientibus omnibus MStis. Et sic isti constanter Σίφ. non Σύφ.

I.

Excerpt. Antiq. ex Lib. XIV. *Cap.* 1—10.

* * *

1. DUM Consules in his occupantur: interim *P. Scipio*, in Africa hibernans, ubi cognovit *Carthaginienses* classem parare, ad curam rei nauticæ ipse quoque se convertit, sic tamen, ut in *obsidionem Uticæ* non minus incumberet. Sed nec de *Syphace* spem abjecerat: quin potius, quia amborum copiæ haud procul invicem distabant, adsidue cum eo per nuncios agebat; persuasus, se posse ipsum a Pœnorum societate revocare. Nam quum solita sint Numidarum ingenia cito fastidire quæ cupide adpetierant, et fidem diis pariter atque hominibus facile mutare; non desperabat Scipio,

Digitized by Google

Ol. 144. 1. πρὸς τοὺς Φοίνικας φιλίας, διά τε τὴν φυσικὴν τῶν Νομάδων ἀψικορίαν, καὶ διὰ τὴν πρός τε τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀθεσίαν. Ὢν δὲ περὶ πολλὰ τῇ διανοίᾳ, καὶ ποικίλας ἔχων ἐλπίδας ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος, διὰ τὸ κατορρωδεῖν τὸν ἔξω κίνδυνον, τῷ πολλαπλασίους εἶναι τοὺς ὑπεναντίους, ἐπελάβετό τινος ἀφορμῆς τοιαύτης. Τῶν γὰρ διαπεμπομένων πρὸς τὸν Σύφακά τινες ἀνήγγειλαν αὐτῷ, διότι συμβαίνει, τοὺς μὲν Καρχηδονίους ἐκ παντοδαπῶν ξύλων καὶ φυλλάδος ἄνευ γῆς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ κατεσκευακέναι τὰς σκηνάς· τῶν δὲ Νομάδων τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκ καλάμων, [d]τοὺς δὲ συναγομένους ἐκ τῶν πόλεων κατὰ τὸ παρὸν ἐξ αὐτῆς τῆς φυλλάδος σκηνοποιεῖσθαι, τοὺς μὲν ἐντὸς, τοὺς δὲ πλείους αὐτῶν ἐκτὸς τῆς τάφρου καὶ τοῦ χάρακος. Νομίσας οὖν ὁ Πόπλιος, παραδοξοτάτην μὲν τοῖς πολεμίοις, πραγματικωτάτην δὲ σφίσιν εἶναι τὴν διὰ τοῦ πυρὸς ἐπιβολὴν, ἐγένετο περὶ ταύτην τὴν κατασκευήν. Ὁ δὲ Σύφαξ ἐν ταῖς πρὸς τὸν Πόπλιον διαποστολαῖς ἀεί πως ἐπὶ ταύτην κατήνεγκε τὴν γνώμην, ὅτι δέοι Καρχηδονίους μὲν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπαλλάττεσθαι, Ῥωμαίους δὲ παραπλησίως ἐκ τῆς Λιβύης, τὰ δὲ μεταξὺ τούτων ἔχειν ἀμφοτέρους, ὧν τότε κατεῖχον. Ὢν ὁ Πόπλιος ἀκούων, ἐν τοῖς πρὸ τοῦ χρόνοις οὐδαμῶς ἀνείχετο· τότε δὲ τῷ Νομάδι βραχεῖαν ἔμφασιν ἐποι-

Castra hostium explorat.

Syphacem legationibus ludit.

[d] Forsan τοὺς δ' ἐπισυναγομένους, ut monuit Gron.

posse fieri, ut et puellæ, propter quam Carthaginiensibus se adjunxerat, et omnino amicitiæ Pœnorum satietas eum cepisset. Quum autem in varias partes animum versaret, et ancipites de futuro spes haberet, dimicationem in patentibus campis refugiens, eo quod multis partibus plures erant Pœni, oblatam sibi occasionem hujusmodi adripuit. Renunciaverant ei quidam ex iis, quos ad Syphacem miserat, Carthaginienses hibernacula sua ex lignea omnis generis materia, et frondis congerie, nulla terra immista, exædificasse; Numidarum vero illos, qui eo loci primi constiterant, ex arundinibus, illos, qui nunc demum ex urbibus eodem conveniebant, e sola fronde tentoria structa habere, partim intra, majorem vero partem extra fossam vallumque. Ratus itaque *Scipio*, nihil tentari a se posse, neque magis improvisum hosti, neque magis conducibile suis rationibus, quam si igne hostes adgrederetur, ad hoc inceptum totus se convertit. *Syphax*, quum ad Publium sæpius mitteret, eo semper revolvebatur, ut diceret, *Pœnis Italia, pariterque Romanis Africa esse excedendum: quod ad illa, quæ in medio essent sita, permittendam utrique populo possessionem eorum, quæ uterque jam obtineret.* Quas conditiones *Publius* initio ne auribus quidem admittebat ullo modo: sed tunc per eos, quos ad *Syphacem* mittebat, levem aliquam

Digitized by Google

ἥσατο διὰ τῶν ἀποστελλομένων, ὡς οὐκ ἀδυνάτου τῆς A. U. 551.
11 ἐπιβολῆς οὔσης, ἧς ἐπιβάλλεται. διὸ οὗ συνέβη, τὸν Σύφακα κουφισθέντα πολλαπλασίως ἐπιῤῥωσθῆναι πρὸς
12 τὴν ἐπιπλοκήν. οὗ γιγνομένου, πλείους ἦσαν οἱ διαπεμπόμενοι καὶ πλεονάκις· ἔστι δ' ὅτε καί τινας ἡμέρας
13 ἔμενον παρ' ἀλλήλοις ἀπαρατηρήτως. ἐν αἷς ὁ Πόπλιος ἀεί τινας μὲν τῶν πραγματικῶν, οὓς δὲ καὶ στρατιωτικῶν, ῥυπῶντας καὶ ταπεινοὺς εἰς δουλικὰς ἐσθῆτας διασκευάζων, μετὰ τῶν ἀποστελλομένων ἐξέπεμπε, χάριν τοῦ τὰς προόδους καὶ τὰς εἰσόδους τὰς εἰς ἑκατέραν τὴν παρεμβολὴν ἀσφαλῶς [f]ἐξερευνῆσαι καὶ
14 κατοπτεῦσαι. Δύο γὰρ ἦσαν στρατοπεδεῖαι, μία μέν, Castra Asdrubalis et Syphacis.
ἣν Ἀσδρούβας εἶχε μετὰ πεζῶν τρισμυρίων καὶ τρισχιλίων ἱππέων· ἄλλη δὲ περὶ δέκα σταδίους ἀφεστῶσα ταύτης, ἡ τῶν Νομάδων, ἱππεῖς μὲν εἰς μυρίους ἔχουσα,
15 πεζοὺς δὲ περὶ πεντακισμυρίους. ἦ δὴ καὶ μᾶλλον εὐέφοδος ἦν, καὶ τὰς σκηνὰς εἶχε τελέως εὐφυεῖς πρὸς ἐμπυρισμὸν, διὰ τὸ τοὺς Νομάδας, ὡς ἄρτι εἶπον, μὴ διὰ ξύλων, μηδὲ διὰ γῆς, ἁπλῶς δὲ κάνναις καὶ καλάμοις χρῆσθαι πρὸς σκηνοποιΐας.

II. Ἐπειδὴ δὲ τὰ μὲν τῆς ἐαρινῆς ὥρας ὑπέφαινεν Molitionem adv. Uticam simulat Scipio.
ἤδη, τῷ δὲ Σκιπίωνι πάντα διηρεύνητο πρὸς τὴν προειρημένην ἐπιβολὴν τὰ κατὰ τοὺς ὑπεναντίους· τὰς μὲν

[f] ἐξερευνῆσαι correxi cum Reisk. Vulgo omnes ἐξερευνᾶσθαι.

spem ipsi faciebat, rem posse ita, ut ipse proponebat, convenire. Ita factum, ut Numida, qua fuit levitate, libertatem commeandi ultro citroque multo adhuc libentius, quam ante, et incautius permitteret. Idcirco etiam, dum hæc aguntur, et plures et sæpius ultro citroque sunt missi: interdum vero et dies aliquot alteri in alterorum castris sine ulla cautione habitarunt. Quo tempore *Scipio* cum legatis, quos mitteret, semper aliquos partim spectatæ prudentiæ viros, partim etiam milites, sordido humilique habitu et ad instar servorum concinnatos, proficisci jubebat; qui exitus atque aditus utrorumque castrorum tuto explorarent ac specularentur. Erant enim gemina castra: altera habuit *Asdrubal* cum peditum triginta, equitum tribus millibus: altera castra, decem inde circiter stadia sejuncta, Numidæ habebant, in quibus erant equitum ad decem millia, peditum vero circiter millia quinquaginta. Eratque nempe ad hæc castra facilior aditus quam ad altera, et tabernacula accensu admodum facilia erant; quoniam, ut modo dicebamus, ad tentoria sua exstruenda Numidæ neque ligneam materiam, neque terram adhibent, sed cannas dumtaxat, sive stoream, et arundines.

II. Posteaquam et ver jam adpetebat, et *Scipio* abunde omnia exploraverat de hostibus, quæ ad id, quod

Digitized by Google

Ol. 144. 1. νῆας καθεῖλκε, καὶ μηχανὰς κατεσκεύαζε [g]ταύταις, ὡς πολιορκήσων ἐκ θαλάττης τὴν Ἰτύκην· τοῖς δὲ πεζοῖς, 3
οὖσιν ὡς δισχιλίοις, κατελάβετο πάλιν τὸν ὑπὲρ τὴν πόλιν κείμενον λόφον, καὶ τοῦτον ὠχυροῦτο καὶ διεστάφρευε [h]πολυτίμως· τοῖς μὲν ὑπεναντίοις τοιῶν φαντα- 4
σίαν, ὡς τοῦτο πράττων τῆς πολιορκίας ἕνεκα, τῇ δ' ἀληθείᾳ βουλόμενος ἐφεδρεύειν τοῖς κατὰ τὸν τῆς πράξεως καιρὸν, ἵνα μὴ, τῶν στρατοπέδων ἐκ τῆς παρεμβολῆς χωρισθέντων, οἱ τὴν Ἰτύκην παραφυλάττοντες στρατιῶται τολμήσαιεν ἐξελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως, ἐγχειρεῖν τε τῷ χάρακι διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι, καὶ πολιορκεῖν τοὺς φυλάττοντας. Ταῦτα δὲ παρασκευαζόμενος, 5
Simul per legatos cum Syphace agit.
ἅμα διεπέμπετο πρὸς τὸν Σύφακα, πυνθανόμενος, ἐὰν συγχωρῇ τοῖς παρακαλουμένοις, εἰ καὶ Καρχηδονίοις ἔσται ταὐτὰ κατὰ νοῦν, καὶ μὴ πάλιν ἐκεῖνοι φήσουσι [i]βουλεύεσθαι περὶ τῶν συγχωρουμένων. ἅμα δὲ τούτοις 6
προσενετείλατο τοῖς πρεσβευταῖς, μὴ πρότερον ὡς αὐτὸν ἀτιέναι, πρὶν ἢ λαβεῖν ἀπόκρισιν ὑπὲρ τούτων. [f]Ὧν 7
ἀφικομένων, διακούσας ὁ Νομὰς ἐπείσθη, διότι πρὸς τὸ συντελεῖν ἐστι τὰς διαλύσεις ὁ Σκιπίων, ἔκ τε τοῦ φάναι τοὺς πρέσβεις, μὴ πρότερον ἀπαλλαγήσεσθαι, πρὶν ἢ λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποκρίσεις, ἔκ τε τοῦ διευλαβεῖσθαι τὴν τῶν Καρχηδονίων συγκατάθεσιν. Διὸ 8

[g] ὡς ταύτας πολιορκ. voluit Reisk. eodem Reiskio. [i] βουλεύσασθαι Urb. [h] πολυτελῶς aut φιλοτίμως malim cum

parabat, scire ipsum oporteret; deductas in mare naves machinis instruit, velut ab ea parte *Uticam* oppugnaturus; et duo millia militum ad capiendum, quem antea tenuerat, tumulum super Uticam mittit, eumque impensiore studio munit fossaque præcingit: in speciem, ut hosti persuaderet, ad oppugnationem Uticæ illa se facere; re vera, ut præsidium suis in tempus, quo destinata exsequeretur, prospiceret, ne, ubi legiones castris eduxisset, milites Uticam præsidio tenentes, eruptione facta ex urbe, castra Romana, adeo præsertim Uticæ propinqua, adgredi auderent, et relictas ibi ad custodiam cohortes oppugnarent. Simul hæc parabat *Scipio*, simul legatos ad Syphacem mittebat, qui ex eo quærerent, *si ipse postulatis ejus consentiret, ecquid Pœni etiam forent adsensuri, an rursus de eis, quæ inter ipsos convenisset, deliberare se velle, essent dicturi.* Simul vero Scipio legatos suos ad se prius reverti vetuerat, quam certum responsum esset datum. Qui quum advenissent, *Syphax*, legatione eorum audita, in animum sibi induxit, id studere Cornelium, ut pax conveniret; partim quod negarent illi, se prius redituros, quam responsum ab eo accepissent; partim quod Romanus imperator de consensu Pœnorum esset sollicitus. Igitur, missis lega-

Digitized by Google

καὶ πρὸς μὲν τὸν Ἀσδρούβαν ἐξαυτῆς ἔπεμπε, διασαφῶν τὰ γιγνόμενα, καὶ παρακαλῶν δέχεσθαι τὴν εἰρήνην· αὐτὸς δὲ ῥαθύμως διῆγε, καὶ τοὺς ἐπισυναγομένους Νομάδας ἐντὸς εἶα τῆς παρεμβολῆς αὐτοῦ κατασκηνοῦν. Ὁ δὲ Πόπλιος κατὰ μὲν τὴν ἐπίφασιν ἐποίει τὸ παρακλήσιον, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν [k]ἐν τοῖς μάλιστα περὶ τὰς παρασκευὰς ἦν. Ἐπειδὴ δὲ παρὰ μὲν τῶν Καρχηδονίων τῷ Σύφακι διεσαφήθη, συντελεῖν τὰ κατὰ τὰς συνθήκας, ὁ δὲ Νομὰς, περιχαρὴς ὤν, εἶπε τοῖς πρεσβευταῖς ὑπὲρ τούτων· εὐθέως οἱ πρέσβεις ἀπῆεσαν εἰς τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν, μηνύσοντες τῷ Ποπλίῳ τὰ πραχθέντα παρὰ τοῦ βασιλέως. Ὧν ἀκούσας ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, αὖθις ἐκ τοδὸς ἔπεμπε πρέσβεις, δηλώσοντας τῷ Σύφακι, διότι συμβαίνει, τὸν μὲν Πόπλιον εὐδοκεῖν καὶ σπουδάζειν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, τοὺς δ' ἐν τῷ συνεδρίῳ διαφέρεσθαι, καὶ φάναι διαμένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων. οἳ καὶ παραγενόμενοι διεσάφησαν ταῦτα τῷ Νομάδι. Τὴν δὲ ἀποστολὴν ταύτην ὁ Σκιπίων ἐποιήσατο, χάριν τοῦ μὴ δόξαι παραστοιδεῖν, ἐάν, ἔτι μενούσης τῆς ὑπὲρ τῶν διαλύσεων ἐπικηρυκείας πρὸς ἀλλήλους, πράξῃ τι τῶν πολεμικῶν ἔργων. γενομένης δὲ τῆς [l]ἀπορρήσεως ταύτης, ἅπαν τὸ γιγνόμενον ἀνεπίληπτον ἔξειν ὑπέλαβε τὴν προαίρεσιν.

A. U. 551.

Abrumpit legationes.

[k] τοῖς μάλιστα Herv. cum MStis. Præpositionem ex conj. adjeci. Casaubonus τὰ μάλιστα ex conj. edidit.

[l] ἀπορρήσεως ab Ursino recepit Casaub. ἐπιῤῥήσεως Herv. cum MStis.

tis qui Asdrubalem omnia edocerent, et simul hortarentur, ut pacem acciperet; ipse interim negligenter et incaute agebat, et subinde recens advenientes Numidas extra castra tendere sinebat. *Publius* interim, quum similis negligentiæ simulatione uteretur, reapse tamen necessaria incepto cum maxime adparabat. Ubi Syphaci renunciatum est a Pœnis, *ut inchoatum pacis negotium ad effectum perduceret*, atque ille, gestiens lætitia, ejus rei certiores legatos fecit; e vestigio illi ad castra Romana, ut regis mandata ad Scipionem perferrent, revertuntur. Quibus acceptis, extemplo imperator retro commeare ad Syphacem legatos jubet, qui dicerent, *Publio quidem conditiones probari, eumque studio pacis duci; sed diversam concilii sententiam esse, cui placeat, in eodem res statu, ac prius erant, manere.* Veniunt legati, et, quod fuerant jussi, Numidæ significant. Propterea autem hos remiserat *Scipio*, ne, si manentibus adhuc induciis, quæ pacis caussa factæ fuerant, hostile aliquid tentaret, fidem violasse posset videri. Post istam namque denunciationem liberam sibi fore quidvis faciendi potestatem, neque ulli obnoxiam calumniæ, existimabat.

Digitized by Google

Ol. 144. 1. Syphax deliberat cum Asdrubale.

III. Ὁ δὲ Σύφαξ, ταῦτα διακούσας, ἔφερε μὲν δυσχερῶς, διὰ τὸ προκατηλπικέναι περὶ τῶν διαλύσεων· συνῆει δὲ πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν εἰς λόγους, καὶ διεσάφει τὰ παρὰ τῶν Ῥωμαίων αὐτῷ προσαγγελλόμενα. περὶ 2 ὧν πολλὰ διαπορήσαντες ἐβουλεύοντο, πῶς σφίσι καθήκει χρῆσθαι τοῖς ἐξῆς πράγμασι, πλεῖστον ἀπέχοντες ταῖς ἐνοίαις καὶ ταῖς ἐπιβολαῖς τοῦ μέλλοντος. περὶ 3 φυλακῆς μὲν γὰρ, ἢ τοῦ πείσεσθαί τι δεινὸν, οὐδ' ἠντινοῦν εἶχον πρόληψιν· περὶ δὲ τοῦ δράσαι τι, καὶ προκαλέσασθαι τοὺς πολεμίους [m]εἰς ὁμαλὸν τόπον, πολλή τις ἦν αὐτῶν ὁρμὴ καὶ προθυμία. Πόπλιος δὲ 4 κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον τοῖς μὲν πολλοῖς ὑπεδείκνυε διά τε τῆς παρασκευῆς, καὶ τῶν παραγγελμάτων, ὡς κατὰ τῆς Ἰτύκης ἔχων πρᾶξιν· τῶν δὲ χιλιάρχων τοὺς ἐπι- 5 τηδειοτάτους καὶ πιστοτάτους καλέσας περὶ μέσον ἡμέρας, ἐξέθηκε τὴν ἐπιβολήν· καὶ παρήγγειλε, δειπνοποιησαμένους καθ' ὥραν ἐξάγειν τὰ στρατόπεδα πρὸ τοῦ χάρακος, ἐπειδὰν κατὰ τὸν ἐθισμὸν οἱ σαλπιγκταὶ σημαίνωσιν ἅμα πάντες. Ἔστι γὰρ ἔθος Ῥωμαίοις, 6 κατὰ τὸν τοῦ δείπνου καιρὸν τοὺς [n]βυκανητὰς καὶ σαλπιγκτὰς πάντας σημαίνειν παρὰ τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴν, χάριν τοῦ τὰς νυκτερινὰς φυλακὰς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἵστασθαι κατὰ τοὺς ἰδίους τόπους. Μετὰ 7

Dolum parat Scipio.

Vesperi signa concinunt apud Romanos.

[m] *εἰς ἰσόμαλλον* Herv. cum Aug. Med. Reg. F. G. Tubing. et Vesont. *εἰς ἰσόμαλον* Urb. Reg. E. Unde Casaub. effecit *εἰς ἴσον καὶ ὁμαλὸν*. [n] Correxi vulgatum *βυκανίτας*. Poterat et *βυκανητὰς* scribi.

III. Cum molestia *Syphax* hæc accepit, ut qui de pace certam jam spem præcepisset: ceterum ad colloquendum cum *Asdrubale* profectus, quem acceperat a Romanis nuncium, illi communicat. Habita est inter ipsos super ea re longa consultatio, qua id unum agitabant, quid deinceps sibi esset faciendum: in qua sane deliberatione longe illis inita consilia ab eo, quod erat futurum, aberrarunt. Nam de adhibenda cautione, et de periculis, quæ imminere possent, ne minime quidem cogitarunt: quo pacto agerent aliquid, et in planum locum provocarent hostem, in id unum magno studio erant intenti. Quæ dum aguntur, *Scipio* ex iis, quæ adparabat, quæque imperabat, multitudinis animis hanc opinionem ingenerabat, quasi capiendæ per proditionem Uticæ spem haberet: at tribunis militum, quos maxime idoneos putabat, et quibus plurimum fidebat, circa meridiem convocatis, suum consilium aperuit; eisque edixit, ut tempori cœnarent, et copias dein extra vallum educerent, ubi signum pro more æneatores simul omnes dedissent. Est enim hæc *Romanis consuetudo*, ut hora cœnæ buccinatores omnes et tubicines juxta prætorium concinant, ad id, ut eo tempore nocturnæ vigiliæ in suis quæque locis et stationibus collocentur. Se-

Digitized by Google

δὲ ταῦτα τοὺς κατασκόπους ἀναπαλεσάμενος, οὓς ἐτύγ- A. U. 551.
χανε διαπεμπόμενος εἰς τὰ τῶν πολεμίων στρατόπεδα, συνέκρινε καὶ διηρώτα τὰ λεγόμενα περί τε τῶν °προσβολῶν καὶ τῶν εἰσόδων τῶν εἰς τὰς παρεμβολάς· χρώμενος ἐπικριτῇ τῶν λεγομένων καὶ συμβούλῳ τῷ PΜασσανάσσῃ, διὰ τὴν τῶν τόπων ἐμπειρίαν.

IV. Ἐπειδὴ δὲ πάντ' ἦν εὐτρεπῆ τὰ πρὸς τὴν χρείαν αὐτῷ τὴν ἐνεστῶσαν, ἀπολιπὼν τοὺς ἱππεῖς καὶ τοὺς ἐπιτηδείους ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς, ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις, προῆγεν, ἅρτι ληγούσης τῆς πρώτης φυλακῆς· 2περὶ γὰρ ἑξήκοντα σταδίους ἀπεῖχον οἱ πολέμιοι. συνεγγίσας δὲ τοῖς πολεμίοις περὶ τὴν τρίτην φυλακὴν λήγουσαν, Γαΐῳ μὲν Λαιλίῳ καὶ Μασσανάσσῃ τοὺς ἡμίσεις ἀπονείμας τῶν στρατιωτῶν, καὶ πάντας τοὺς Νομάδας, ἐπέταξε, ποιεῖσθαι τὴν προσβολὴν πρὸς τὸν 3τοῦ Σύφακος χάρακα· παραπαλίσας, ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι, καὶ μηδὲν εἰκῇ πράττειν, σαφῶς εἰδότας, ὅτι, παθ' ὅσον ἐμποδίζει καὶ καλύει τὰ τῆς ὁράσεως τὸ σκότος, κατὰ τοσοῦτον δεῖ συνεκπληροῦν τῇ διανοίᾳ καὶ 4τῇ τόλμῃ τὰς νυκτερινὰς ἐπιβολάς. Αὐτὸς δὲ, τὴν λοιπὴν στρατιὰν ἀναλαβὼν, ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν. ἦν δὲ αὐτῷ συλλελογισμένον, μὴ πρότερον ἐγχειρεῖν, ἕως ἂν οἱ περὶ τὸν Λαίλιον πρῶτοι τὸ πῦρ

Castra hostium incendit Scipio.

° προσβολῶν ex conject. posui. περιβολῶν Herv. cum MStis; quod in τοιχῶν mutavit Casaub. P Μασσανάσσῃ dant plerique codd. et h. l. et deinde.

cundum haec exploratoribus ad se vocatis, quos in castra Punica saepius miserat, quae ab ipsis referebantur de aditibus et de portis castrorum, adcurate inquirebat, et inter se contendebat; in omnibus, quae dicerentur, judicium et consilium adhibens *Massanissae*, utpote illorum locorum periti.

IV. Ubi omnia fuerunt expedita, quae ad ipsius inceptum pertinebant; relicto in castris idoneo selectorum militum praesidio, exeunte prima vigilia cum copiis in hostes, stadia inde sexaginta distantes, ire pergit. Desinente vigilia tertia ad hostes perventum est. Ibi *Scipio* partem alteram copiarum, cum omnibus Numidis, *Laelio* et *Massanissae* adtribuit, et *castra Syphacis* jussit *invadere*; utrumque prius obtestatus, ut *viros fortes se praeberent, nihil temere facerent, meminissent etiam atque etiam, in nocturnis adgressionibus quantum oculis impedimenti et obstaculi ad res gerendas ferat, tantum mentis et virtutis esse capiendum.* Ipse reliquum exercitum sumit, et adversus *Asdrubalem* ducit. Erat autem illi constitutum, non prius manum operi admovere, quam Laelius in castra hostium ignem

Digitized by Google

Ol. 144. 1. Castra hostium incendit Scipio.

[q] ἐμβάλωσι τοῖς πολεμίοις. [r] Οὗτος μὲν, τοιαύτας ἔχων 5
ἐπινοίας, βάδην ἐποιεῖτο τὴν πορείαν· οἱ δὲ περὶ τὸν
Λαίλιον, εἰς δύο μέρη σφᾶς αὐτοὺς διελόντες, ἅμα
προσέβαλλον τοῖς πολεμίοις. τῆς δὲ τῶν σκηνῶν διαθέ- 6
σεως οἷον ἐπίτηδες πρὸς ἐμπυρισμὸν κατεσκευασμένης,
καθάπερ ἀνώτερον εἶπον· ὡς οἱ προηγούμενοι τὸ πῦρ
ἐνέβαλλον, κατανεμηθὲν εἰς τὰς πρώτας σκηνὰς, εὐθέως
ἀβοήθητον ἐποίει τὸ κακὸν, διά τε τὴν συνέχειαν τῶν
σκηνῶν, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῆς ὑποκειμένης ὕλης. Ὁ 7
μὲν οὖν Λαίλιος, ἔχων ἐφεδρείας τάξιν, ἔμενεν· ὁ δὲ
Μασσανάσσης, εἰδὼς τοὺς τόπους, καθ' οὓς ἔμελλον οἱ
[s] φεύγοντες τὸ πῦρ ποιήσασθαι τὴν ἀποχώρησιν, ἐν
τούτοις ἐπέστησε τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας. Τῶν δὲ 8
Νομάδων οὐδεὶς ἁπλῶς συνυπώπτευσε τὸ γιγνόμενον,
οὐδ' αὐτὸς ὁ Σύφαξ, ἀλλ' ὡς αὐτομάτως ἐμπεπρησ-
μένου τοῦ χάρακος, ταύτην ἔσχον τὴν διάληψιν. ὅθεν 9
ἀνυποψήτως οἱ μὲν ἐκ τῶν ὕπνων, οἱ δ' ἀκμὴν ἔτι
μεθυσκόμενοι καὶ πίνοντες, ἐξεπήδων ἐκ τῶν σκηνῶν.
καὶ πολλοὶ μὲν ὑφ' αὐτῶν περὶ τὰς τοῦ χάρακος 10
ἐξόδους συνεπατήθησαν· πολλοὶ δὲ περικαταληφθέντες
ὑπὸ τῆς φλογὸς κατεπρήσθησαν· οἱ δὲ καὶ διαφυγόντες
τὴν φλογὰ, πάντες εἰς τοὺς πολεμίους ἐμπίπτοντες,

[q] ἐμβάλλωσι Aug. Reg. F. Ves. ἐμβάλλουσι Reg. E. [r] Post Οὗτος μὲν inserit γὰρ Med. οὖν malim. [s] φεύξοντες Med.

jam conjecisset. Hæc Publius cogitans, presso incedebat gradu. *Lælius* et *Massanissa*, copias inter se partiti, hostes simul sunt adgressi. Quum autem tabernacula essent ita confecta, quod ante dicebamus, quasi de industria incendio essent præparata; ubi semel, qui in primo erant agmine, ignem conjecissent, conflagrantibus statim primis tentoriis, cum quod erant tabernacula continua, tum propter subjectæ materiæ copiam, nullum prorsus remedium malo poterat adferri. Et *Lælius* quidem, velut subsidio relictus, substiterat: *Massanissa* vero, qui nota haberet itinera, per quæ evasuri essent qui ignem fugiebant, suos milites ad illa loca disposuit. Nemini penitus Numidarum, ac ne *Syphaci* quidem, ulla suspicio ejus, quod agebatur, est suborta; sed, vallum sua sponte incensum esse, omnes putabant. Idcirco, ut quibus nihil hostile suspectum esset, pars e cubilibus semisomnes, pars a compotationibus, quibus etiam tum operam dabant, e tabernaculis exiliebant. Multi, dum extra vallum præcipiti fuga ruunt, a suismet sunt obtriti; multos ab igne correptos flamma hausit: qui flammam effugerant, in hostem incidentes, priusquam scirent, quid pate-

Digitized by Google

οὔθ' ὃ πάσχουσιν, οὔθ' ὃ ποιοῦσι γινώσκοντες, διεφθείροντο. A. U. 551. Castra hostium incendit Scipio.

v. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ Καρχηδόνιοι, θεωροῦντες τὸ πλῆθος τοῦ πυρὸς καὶ τὸ μέγεθος τῆς [t]ἐξαιρομένης φλογὸς, ὑπολαβόντες αὐτομάτως ἀνῆφθαι τὸν [2]τῶν Νομάδων χάρακα, τινὲς μὲν ἐβοήθουν ἐξαυτῆς· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, ἐκτρέχοντες ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ἄνοπλοι συνίσταντο πρὸ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας, ἐκ[3]πλαγεῖς ὄντες ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις. Ὁ δὲ Σκιπίων, τῶν πραγμάτων ὡσανεὶ κατ' εὐχὴν αὐτῷ προχωρησάντων, ἐπιπεσὼν τοῖς ἐξεληλυθόσιν, οὓς μὲν ἐφόνευεν, οὓς δὲ καταδιώκων ἅμα τὸ πῦρ ἐνέβαλλε ταῖς σκηναῖς. [4]Οὗ γενομένου, παραπλήσια συνέβαινε πάσχειν τοὺς Φοίνικας ὑπὸ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς ὅλης περιστάσεως τοῖς [5]ἄρτι ῥηθεῖσι περὶ τῶν Νομάδων. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν τοῦ μὲν τῷ πυρὶ βοηθεῖν αὐτόθεν εὐθέως ἀπέστησαν, γνόντες ἐκ τοῦ συμβαίνοντος, ὅτι καὶ περὶ τοὺς Νομάδας οὐκ αὐτομάτως, καθάπερ ὑπέλαβον, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ἐπιβουλῆς καὶ τόλμης ἐγεγόνει τὸ [6]δεινόν· ἐγίγνοντο δὲ περὶ τὸ σώζειν ἑαυτοὺς, βραχείας σφίσι καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐλπίδος ἔτι καταλειπο[7]μένης. τό τε γὰρ πῦρ ταχέως ἐπενέμετο, καὶ περιελάμβανε πάντας τοὺς τόπους· αἵ τε δίοδοι [u]πλήρεις ἦσαν ἵππων, ὑποζυγίων, ἀνδρῶν, τῶν μὲν ἠμιθνήτων καὶ

[t] ἐξαιρομένης correxi. Vulgo omnes ἐξερχομένης. [u] πλήρεις ἦσαν ἵππων. Correxi cum Reisk. Vulgo ἱππέων.

rentur, aut quid agerent, obtruncabantur.

v. Eo tempore Carthaginienses, ignium multitudinem conspicati, et flammæ sursum se attollentis magnitudinem, sua sponte incendium ortum in Numidarum castris quum putarent, partim ad ferendam opem adcurrerunt; reliqui omnes, e castris facto concursu progressi, inermes pro vallo constiterunt, miraculo inopinati casus defixi. Tum vero *Scipio*, rebus ipsi quasi ex voto succedentibus, in egressos irruens, alios trucidat, alios persequitur fugientes, eademque opera tentoriis ignem injicit. Quod ut factum, et incendii et universæ hujus calamitatis mala non leviora Pœni sunt experti, quam Numidæ, de quibus modo dicebamus. *Asdrubal*, qui ex rebus ipsis ducta conjectura cognoscebat, non temere neque suis, neque Numidicis castris hunc accidisse casum, sed dolo atque audacia hostium ortum esse incendium, omissa statim opis ferendæ cura, saluti suæ consuluit, quum tenuis jam ejus quoque rei spes ipsi esset relicta. Nam et flamma, velociter per continua serpens, omnia loca occupabat; et omnia itinera strage erant obruta equorum jumentorumque, tum virorum, quorum alii ambusti

Digitized by Google

Ol. 144. 1. διεφθαρμένων ὑπὸ τοῦ πυρὸς, τῶν δὲ ἐξεπτοημένων καὶ
παρεστώτων ταῖς διανοίαις· ὥστε καὶ τοῖς ἀνδραγαθεῖν 8
προαιρουμένοις ἐμπόδια ταῦτα γίγνεσθαι, καὶ διὰ τὴν
ταραχὴν καὶ σύγχυσιν ἀνέλπιστον εἶναι τὴν σωτηρίαν.
Παραπλήσια δὲ τούτοις ἦν καὶ τὰ περὶ τὸν Σύφακα 9
Cum paucis effugiunt Syphax et Asdrubal. καὶ τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας. πλὴν οὗτοι μὲν ἀμφότεροι
μετ' ὀλίγων ἱππέων [x] ἐξέσωσαν αὐτούς. αἱ δὲ λοιπαὶ 10
μυριάδες ἀνδρῶν, ἵππων, ὑποζυγίων, ἀτυχῶς μὲν καὶ
ἐλεεινῶς ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀπώλλυντο· αἰσχρῶς δὲ καὶ 11
ἐπονειδίστως ἔνιοι τῶν ἀνδρῶν, τὴν τοῦ πυρὸς βίαν φεύ-
γοντες, ὑπὸ τῶν πολεμίων διεφθείροντο, χωρὶς οὐ μόνον
τῶν ὅπλων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱματίων, γυμνοὶ φονευόμενοι.
καθόλου δὲ πᾶς ἦν ὁ τόπος οἰμωγῆς, βοῆς ἀτάκτου, 12
φόβου, ψόφου παρηλλαγμένου, σὺν δὲ τούτοις πυρὸς
ἐνεργοῦ καὶ φλογὸς ὑπερβαλλούσης πλήρης· ὧν ἓν 13
[y] ἱκανὸν ὂν ἐκπλῆξαι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, μηδ' ὅτι καὶ
πάνθ' ὁμοῦ συγκυρήσαντα παραδόξως. Διὸ καὶ τὸ 14
γεγονὸς οὐδὲ καθ' ὑπερβολὴν εἰκάσαι δυνατὸν οὐδενὶ
τῶν ὄντων ἐστίν· οὕτως [z] ὑπερεπεπαίκει τῇ δεινότητι
πάσας τὰς προειρημένας πράξεις. [a] ᾗ καὶ πολλῶν καὶ 15
καλῶν διειργασμένων Σκιπίωνι, κάλλιστον εἶναί μοι

[x] αὐτοὺς Casaub. invitis libris. [y] ἱκανὸν ἦν malim. [z] ὑπερεπεπαίκει correxit Casaub. ὑπερπεπαίκει Urb. Aug. Reg. E. ὑπὲρ αἰεὶ πεπαίκει Herv. cum ceteris MStis. [a] ᾗ cum Reisk. correxi. Mendose vulgo εἰ καὶ.

et semianimes, alii pavore consternati erant et mentibus alienati; ita quidem, ut etiam, si qui exserendæ virtutis impetum sumerent, ipse tamen tumultus et rerum omnium perturbatio impedimento esset, quo minus sperare salutem possent. Similia his et Syphaci evenerunt et reliquis ducibus. Ceterum *Syphax* et *Asdrubal* periculo sese ambo cum paucis equitibus eripuerunt: cetera vero tot millia virorum, equorum, et jumentorum, infeliciter et miserabiliter sunt igne absumta. Nonnulli, quum turpi atque ignominioso habitu incendium fugerent, manibus hostium periere; qui eos, non solum armis, verum etiam vestimentis nudatos, trucidabant. Omninoque totus locus ejulatu, clamore incondito, metu, immani fragore, ad hæc ignibus late grassantibus et flammarum ingentibus globis erat refertus: quarum rerum vel unica, nedum omnes ita repente ex inopinato obortæ, ad humani ingenii consternationem fuerit satis. Itaque ne imagine quidem ulla exprimere id, quod tunc accidit, mortalium quisquam queat, licet omnia sibi ob oculos ponat, quæ terribilia præ ceteris censentur: adeo facinus illud specie quadam horrifica res omnes hactenus commemoratas superat. Quare licet multa præclare facta a Scipione sint edita; mihi tamen

Digitized by Google

δεκεῖ τοῦτο τοὔργον καὶ παραβολώτατον τῶν ἐκείνῳ A. U. 551.
πεπραγμένων.

* * *

VI. Οὐ μὴν, ἀλλὰ τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης, καὶ Victor Scipio in castra redit.
τῶν πολεμίων τῶν μὲν ἀπολωλότων, τῶν δὲ προτροπάδην πεφευγότων, παρακαλέσας τοὺς χιλιάρχους, ἐκ τοδὸς
2 ἐπηκολούθει. τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς ὁ Καρχηδόνιος ὑπέμεινε, καίπερ αὐτῷ προσαγγελίας γενομένης· τοῦτο δ'
3 ἑαυτοῖς πιστεύων τῇ τῆς πόλεως ὀχυρότητι. μετὰ δὲ ταῦτα, συνθεωρήσας τοὺς ἐγχωρίους στασιάζοντας, κατατλαγεὶς τὴν ἔφοδον τοῦ Σκιπίωνος, ἔφυγε μετὰ τῶν διασεσωσμένων. οὗτοι δ' ἦσαν ἱππεῖς μὲν [b]οὐκ ἐλάττους
4 πεντακοσίων, πεζοὶ δὲ περὶ δισχιλίους. Οἱ δ' ἐγχώριοι συμφρονήσαντες, ἐστρεψαν περὶ σφῶν αὐτῶν τοῖς Ῥω-
5 μαίοις. ὁ δὲ Πόπλιος τούτων μὲν ἐφείσατο, δύο δὲ τὰς παρακειμένας πόλεις ἀφῆκε τοῖς στρατοπέδοις διαρπάζειν· καὶ ταῦτα διαπραξάμενος, αὖθις ἐπὶ τὴν ἐξ
6 ἀρχῆς [c]ἐπανήκει παρεμβολήν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, Consternatio Pœnorum in urbe.
παλιντρόπου τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς ἀποβαινούσης πρὸς τὰς
7 ἐξ ἀρχῆς ἐπιβολὰς, βαρέως ἔφερον τὸ γεγονός. ἐλπίσαντες γὰρ πολιορκήσειν τοὺς Ῥωμαίους, συγκλείσαντες εἰς τὴν ἄκραν τὴν [d]πρὸς ἕω οὖσαν τῆς Ἰτύκης, ἐν

[b] Aut ἐλάττους abeque partic. negante, aut οὐ πλείους utique videtur scribendum. [c] ἐπανῆκε, ἐπανῆκεν aut ἐπανῆγε scribendum monuit Reiskius. [d] Conjecturam Reiskii expressi. Vulgo omnes τὴν πρωτοῦσαν.

facinus istud ex omnibus præclarissimum, et insignis cujusdam præ ceteris audaciæ, videtur fuisse.

* * *

VI. Ceterum ubi illuxit, *Publius*, hostibus partim exstinctis, partim in effusam versis fugam, tribunos militum cohortatus, e vestigio persequi reliquias instituit. Pœnus venientem initio exspectavit, etiam post acceptum de ejus adventu nuncium: faciebat enim illi animos oppidum, in quo erat, egregie munitum. Sed deinde, cives res novas moliri conspicatus, metu imminentis jamjam Scipionis territus, cum ceteris, qui eodem sese e fuga receperant, aufugit: erant autem hi equites fere quingenti, pedites circiter bis mille. Moxque oppidani communi consensu Romanis sese dediderunt. Quibus benigne receptis, proximas duas urbes militi diripiendas *Scipio* concessit: atque his rebus confectis, ad sua castra, unde profectus erat, est reversus. Carthaginienses, quibus suæ spes omnes adeo in contrarium vertebant, et plane secus atque ipsi initio sibi proposuerant, eadem hanc graviter admodum tulerunt. Speraverant illi, se Romanum exercitum in promontorio, quod ab oriente Uticæ est, ubi hiberna castra habebat, inclu-

Digitized by Google

Ol. 144. 1. ἢ τὴν παραχειμασίαν ἐποιοῦντο, κατὰ γῆν μὲν τοῖς πεζοῖς στρατεύμασι, κατὰ θάλατταν δὲ ταῖς ναυτικαῖς δυνάμεσι, καὶ [e]πρὸς τούτοις πάσας ἡτοιμακότες τὰς παρασκευάς· ἅμα τῷ μὴ μόνον τῶν ὑπαίθρων οὕτως 8
ἀλόγως καὶ παραδόξως ἐκχωρῆσαι τοῖς ὑπεναντίοις, ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῆς πατρίδος ὅσον οὐκ ἤδη προσδοκᾶν κίνδυνον, τελέως ἐκπλαγεῖς ἦσαν
Deliberant Pœni. καὶ περίφοβοι ταῖς ψυχαῖς. Οὐ μὴν, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἀναγκαζόντων ποιεῖσθαι πρόνοιαν καὶ βουλὴν 9
ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος, ἦν τὸ συνέδριον ἀπορίας καὶ ποικίλων καὶ τεταραγμένων ἐπινοημάτων πλῆρες. οἱ μὲν 10
γὰρ ἔφασαν, δεῖν πέμπειν ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν, καὶ καλεῖν ἐκ τῆς Ἰταλίας, ὡς μιᾶς ἔτι καταλειπομένης ἐλπίδος τῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ στρατηγῷ, καὶ ταῖς· μετ' ἐκείνου δυνάμεσιν· οἱ δὲ, διαπρεσβεύσασθαι πρὸς τὸν Πόπλιον 11
ὑπὲρ ἀνοχῶν, καὶ λαλεῖν ὑπὲρ διαλύσεων καὶ συνθηκῶν· ἕτεροι δὲ, θαῤῥεῖν καὶ συνάγειν τὰς δυνάμεις, καὶ
Abba oppidum. διαπέμπεσθαι πρὸς τὸν Σύφακα. καὶ γὰρ [f]πλησίον 12
αὐτὸν εἰς τὴν Ἄββαν ἀποκεχωρηκέναι, συναθροίζειν δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ κινδύνου διαφυγόντας. καὶ δὴ καὶ τέλος αὖτη τῶν γνωμῶν ἐκράτησεν. Οὗτοι μὲν οὖν τάς τε 13
δυνάμεις ἤθροιζον, ἐκπέμψαντες τὸν Ἀσδρούβαν· καὶ διεπέμψαντο πρὸς τὸν Σύφακα, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν,

[e] πρὸς τούτοις malim cum Reisk. [f] πλησίον ex Ursini conjectura adscivit Casaub. πλεῖστον αὐτὸν mendose Herv. cum MStis.

suros oppugnaturosque, a terra quidem terrestribus, a mari vero nauticis copiis, suosque omnes adparatus ad hoc inceptum retulerant: nunc vero adeo præter omnem rationem et cunctorum opinionem in tecta e locis apertis concedere compulsi, et hoc amplius, de sua et patriæ suæ salute jamjam se periclitaturos nihil dubitantes, metu penitus perculsi, animis consternabantur. Et quum ipsa rerum necessitate adacti prospicere in posterum, ac quid esset facto opus consultare conarentur; senatus inopia consilii hærebat, et variis perturbatisque consiliis distringebatur. Erant, qui censerent, *ad Hannibalem mittendum, eumque ex Italia esse arcessendum, ceu spe illa unica relicta, quam in eo imperatore et in ejus exercitu ponerent.* Alii, *petendas a Scipione inducias per legatos*, dicebant, *et cum eo esse agendum de finiendo bello ac pace facienda.* Nec vero deerant, qui *bono animo esse omnes* juberent, *exercitum conscribi* decernerent, *et ad Syphacem legatos mitti. Hunc namque haud procul in urbem Abbam se recepisse, ibique omissorum exercituum reliquias colligere.* Atque hæc demum vicit sententia. Ita igitur Carthaginienses, emisso *Asdrubale*, copias reparabant; simulque *Syphacem* per legatos orarunt, ut ferre ipsis opem vellet, ma-

Digitized by Google

καὶ μένειν ἐπὶ τῶν ὑποπεμένων κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς A. U. 551.
πρόθεσιν, ὡς αὐτίκα μάλα τοῦ στρατηγοῦ μετὰ τῶν
δυνάμεων πρὸς αὐτὸν συνάψοντος.

VII. Ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐγίγνετο μὲν Pœni repa-
καὶ περὶ τὴν τῆς Ἰτύκης πολιορκίαν· τὸ δὲ πλεῖον, rant vires.
ἀκούων ἐπιμένειν τὸν Σύφακα, καὶ τοὺς Καρχηδονίους
πάλιν ἀθροίζειν στρατιὰν, ἐξῆγε τὰς δυνάμεις, καὶ
2παρενέβαλε πρὸ τῆς Ἰτύκης. ἅμα δὲ καὶ νείμας [g]τὰ
τῶν λαφύρων, [h]τοὺς ἐμπόρους ἐξαπέστειλε λυσιτελῶς.
3καλῆς γὰρ τῆς ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐλπίδος ὑπογραφομένης
ἐκ τοῦ γεγονότος εὐτυχήματος, ἑτοίμως τὴν παροῦσαν
ἀφέλειαν οἱ στρατιῶται παρ' οὐδὲν ποιούμενοι διετίθεντο
4τοῖς ἐμπόροις. Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν Νομάδων καὶ τοῖς
φίλοις τὸ μὲν πρῶτον ἐδόκει κατὰ τὸ συνεχὲς εἰς τὴν
5οἰκείαν ποιεῖσθαι τὴν ἀναχώρησιν· τῶν δὲ Κελτιβήρων Celtiberi
αὐτοῖς ἀπαντησάντων περὶ τὴν Ἄββαν, οἵτινες ἐτύγ- opportune
χανον ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων ἐξενολογημένοι, πλείους adveniunt.
ὄντες τῶν τετρακισχιλίων, πιστεύοντες ταῖς χερσὶ ταύ-
ταις, οὕτως ἐπέστησαν, καὶ βραχύ τι ταῖς ψυχαῖς
6ἐθάρρησαν. Σὺν δὲ τούτοις ἅμα καὶ τῆς παιδίσκης,
ἥτις ἦν θυγάτηρ μὲν Ἀσδρούβου τοῦ στρατηγοῦ, γυνὴ
δὲ τοῦ Σύφακος, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, δεομένης καὶ
[i]λιπαρούσης μένειν, καὶ μὴ καταλιπεῖν ἐν τοιούτοις

[g] Articulum τὰ, quem ignorant codices, ex conject. adjecit Casaub. [h] Hervagius, consentientibus libris omnibus, dat τοὺς μὲν ἐμπόρους ἐξαπ. unde probabile fit intercidisse nonnihil in ista regione. Particulam μὲν ejecit Casaub. [i] λιπαρούσης μένειν. Posterius verbum Ursini ingenio debetur, quum ὄλμαι darent libri omnes: quod servari poterat, deleta particula καὶ quæ sequitur.

neretque in eodem proposito, quod initio susceperat, nec dubitaret, imperatorem suum mox sese illi cum copiis fore conjuncturum.

VII. Per id tempus dux Romanorum non intermisit quidem Uticæ obsidionem; sed, cognito, Syphacem substitisse, et Pœnos exercitum denuo cogere, illud magis etiam ex usu judicavit, ut, eductis legionibus, ante Uticam justa castra locaret. Simul capta spolia militi partitus, * mercatores cum lucro dimisit: nam quia prospero prælio paullo ante pugnatum erat, in bonam spem de summæ rei victoria adducti milites, prædam modo partam haud magni facientes, mercatoribus libenter divendebant. Regi Numidarum, cum amicis deliberanti, initio quidem placuerat, in itinere inchoato pergere, et domum se recipere. Sed quum circa urbem Abbam *Celtiberi* ei occurrissent, quos Carthaginiensium conquisitores conduxerant, supra millia hominum quatuor; eo auxilio Numidæ confisi, animis aliquantulum receptis, substiterunt. Accessere simul *Sophonisbæ* preces, quæ, ut supra dixi, Asdrubalis filia erat, Syphacis uxor. Hæc maritum obsecrans, multumque obtestans, ut maneret, neque Carthaginienses necessa-

Digitized by Google

Ol. 144. 1. Celtiberi opportune adveniunt.

καιροῖς τοὺς Καρχηδονίους· ἐπείσθη, καὶ προσίσχει τοῖς παρακαλουμένοις ὁ Νομάς. Οὐ μικρὰ δὲ καὶ τοὺς 7
Καρχηδονίους ἐλπίζειν παρεσκεύασαν οἱ Κελτίβηρες· ἀντὶ μὲν γὰρ τῶν τετρακισχιλίων μυρίους αὐτοὺς [k]ἀπήγγελλον εἶναι, κατὰ δὲ τοὺς κινδύνους ἀνυποστάτους ὑπάρχειν καὶ ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς καθοπλισμοῖς. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς φήμης καὶ τῆς χυδαίου 8
καὶ ταυδήμου λαλιᾶς μετεωρισθέντες οἱ Καρχηδόνιοι, διπλασίως ἐπερρώσθησαν πρὸς τὸ πάλιν ἀντιποιήσασθαι
Magni campi. τῶν ὑπαίθρων. καὶ τέλος ἐν ἡμέραις τριάκοντα περὶ τὰ 9
Μεγάλα πεδία καλούμενα βαλλόμενοι χάρακα, συνεστρατοπέδευον ὁμοῦ τοῖς Νομάσι καὶ τοῖς Κελτίβηρσιν, ὄντες οὐκ ἐλάττους οἱ πάντες τρισμυρίων.

Scipio obviam it hostibus.

VIII. Ὡν διασαφηθέντων εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον, εὐθέως ὁ Πόπλιος ἐγίγνετο περὶ τὴν ἔξοδον, καὶ συντάξας τοῖς πολιορκοῦσι τὴν Ἰτύκην ἃ δέον ἦν πράττειν, καὶ τοῖς κατὰ θάλατταν, ἐξώρμησε, τὸ στράτευμα πᾶν ἔχων εὔζωνον. ἀφικόμενος δὲ πεμπταῖος ἐπὶ τὰ 2
Μεγάλα πεδία, καὶ συνεγγίσας τοῖς πολεμίοις, τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν ἐπί τινος λόφου κατεστρατοπέδευσε, περὶ [l]τριάκοντα σταδίους ἀποσχὼν τῶν πολεμίων· τῇ δ' 3
ἑξῆς καταβὰς εἰς τὰ πεδία, καὶ προθέμενος τοὺς ἱππέας, ἐν ἑπτὰ σταδίοις παρενέβαλλε. Δύο δὲ τὰς 4
κατὰ πόδας ἡμέρας μείναντες, καὶ βραχέα διὰ τῶν

[k] ἀπήγγιλλον ex Aug. Vulgo alii ἀπήγγιλον. [l] τριάκ. σταδίων correxi cum Reisk. Vulgo τριάκ. σταδίον.

rio ipsorum tempore desereret, pervicit tandem, et, quod petebat, a Numida impetravit. *Celtiberi* quoque non mediocri spe Carthaginienses implebant; quorum non quatuor, sed decem advenisse millia nunciabatur; eos porro animos in prælia ipsos adferre, id genus armorum, nemo ut vim ipsorum possit sustinere. Ad hanc famam sermonesque vulgo per plebem sparsos erecti Pœni, duplo animosiores evasere ad prodeundum rursus in loca aperta. Trigesimo denique die in *Magnis*, ita vocant, *campis* castra fecerunt, conjuncti Numidis et Celtiberis, non minus triginta in universum millia hominum.

VIII. Cujus rei nuncius postquam in castra Romana est perlatus, protinus *Scipio* ad educendas legiones se comparavit. Ubi igitur Uticam obsidentibus et classis præfectis de iis, quæ fieri vellet, edixisset; cum reliquo omni exercitu, sine ullis impedimentis, ire ad hostes pergit. Quintis castris ad *Magnos campos* est perventum, unde non longe hostes aberant. Primo die in tumulo, triginta ferme stadia distante a Punicis castris, consedit. Postero die in campos e tumulo degressus, equitatu hosti objecto, intra septimum ab hostibus stadium castra locavit. Per insequens deinde biduum quum ibidem utrique

Digitized by Google

ἀκροβολισμῶν καταπειράσαντες ἀλλήλων, τῇ τετάρτῃ A. U. 551.
κατὰ πρόθεσιν ἐξῆγον ἀμφότεροι, καὶ παρενέβαλλον τὰς
δυνάμεις. Ὁ μὲν οὖν Πόπλιος ἁπλῶς κατὰ τὸ παρ' Prælio vincit in Magnis campis.
αὐτοῖς ἔθος ἔθηκε πρῶτον μὲν τὰς τῶν ἀστάτων σημαίας,
ἐπὶ δὲ [m]ταύταις τὰς τῶν πριγκίπων, τελευταίας δ'
ἱππέστησε κατόπιν τὰς τῶν τριαρίων. τῶν δ' ἱππέων τοὺς
μὲν Ἰταλικοὺς ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἔθηκε, τοὺς δὲ Νομάδας
καὶ Μασσανάσσην ἐπὶ τὸ λαιόν. Οἱ δὲ περὶ τὸν
Σύφακα καὶ τὸν Ἀσδρούβαν τοὺς μὲν Κελτίβηρας
μέσους ἔταξαν ἀντίους ταῖς τῶν Ῥωμαίων σπείραις,
τοὺς δὲ Νομάδας ἐξ εὐωνύμου, τοὺς δὲ Καρχηδονίους ἐκ
τῶν δεξιῶν. Ἅμα δὲ τῷ γενέσθαι τὴν πρώτην ἔφοδον,
εὐθέως οἱ Νομάδες ἐνέκλιναν τοὺς Ἰταλικοὺς ἱππεῖς, οἵ
τε Καρχηδόνιοι τοὺς περὶ τὸν Μασσανάσσην, ἅτε πλεο-
νάκις ἤδη προηττημένοι ταῖς ψυχαῖς. Οἱ δὲ Κελτί- Celtiberi omnes pereunt.
βηρες ἐμάχοντο γενναίως, συστάντες τοῖς Ῥωμαίοις.
οὔτε γὰρ φεύγοντες ἐλπίδα σωτηρίας εἶχον, διὰ τὴν
ἀπειρίαν τῶν τόπων, οὐδὲ ζωγρεῖα κρατηθέντες, διὰ τὴν
ἀθεσίαν τὴν εἰς [n]τὸν Πόπλιον. οὐδὲν γὰρ πολέμιον
πεποιηκότες ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὰς ἐν Ἰβηρίᾳ πράξεις,
ἀδίκως ἐφαίνοντο καὶ παρασπόνδως ἥκειν κατὰ Ῥω-
μαίων συμμαχήσοντες τοῖς Καρχηδονίοις. οὐ μὴν, ἀλλ'
ἅμα τῷ κλῖναι τοὺς ἀπὸ τῶν κεράτων, ταχέως κυ-

[m] *ταύταις τὰς* ex conj. correxi. *ἐπὶ δὲ ταύτας τῶν πριγκ.* edd. cum MStis: sed *ἐπὶ δὲ ταύτης τῶν πρ.* Reg. E. [n] *τὸν Πόπλιον* scripsi, monente Reiskio, pro mendoso *τὸν πόλεμον*.

manssissent, ac levibus præliis sese invicem lacessissent; quarto die, destinato utrimque eductis copiis, in aciem descensum est. *Publius* in acie instruenda Romanæ militiæ consuetudinem simpliciter servans, in prima acie signa hastatorum locavit, deinde principum, postremos omnium in subsidiis triarios. Equitatum Italicum a dextro cornu, ab lævo Numidas Massanissamque constituit. *Syphax* et *Asdrubal*, Numidis in sinistro locatis, Carthaginiensibus in dextro, Celtiberos in mediam aciem ex advérso cohortium Romanarum receperunt. Ita instructi concurrunt. Primo autem impetu Numidæ ab Italicis equitibus pelluntur, Carthaginienses a Massanissa, utpote qui animos tot prioribus cladibus fractos habebant. *Celtiberi* vero, cum Romanis congressi, fortiter dimicabant; quod nec in fuga salus ulla ostendebatur, locis ignotis, neque spes veniæ ab Scipione erat, si vivi caperentur, propter perfidiam, qua in ipsum erant usi. Nam quum hostile nihil ab eo, res in Hispania gerente, passi essent; nefarie violata fide mercenariis armis oppugnatum Romanos pro Carthaginiensibus venisse existimabantur. Ceterum, nudata utrimque cornibus acie, circumfusis undi

Digitized by Google

Ol. 144. 1. Prælio vincit Scipio in Magnis campis.

κλωθέντες ὑπὸ τῶν περιγιγνομένων καὶ τριαρίων, αὐτοῦ κατεκόπησαν πάντες, πλὴν τελέως ὀλίγων. Οἱ μὲν οὖν 12
Κελτίβηρες τοῦτον τὸν τρόπον ἀπώλοντο, [o] μεγάλην παρασχόμενοι χρείαν τοῖς Καρχηδονίοις, οὐ μόνον κατὰ τὴν μάχην, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν φυγήν. εἰ μὴ γὰρ 13
τοῦτ' ἐμπόδιον ἐγένετο τοῖς Ῥωμαίοις, ἀλλ' εὐθέως ἐκ ποδὸς ἠκολούθησαν τοῖς φεύγουσι, παντελῶς ἂν ὀλίγοι ἔφυγον τῶν ὑπεναντίων. νῦν δὲ περὶ τούτους γενομένης 14
ἐπιστάσεως, οἵ τε περὶ τὸν Σύφακα μετὰ τῶν ἱππέων ἀσφαλῶς ἐποιήσαντο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκείαν, οἵ τε περὶ τὸν Ἀσδρούβαν μετὰ τῶν διασωζομένων εἰς τὴν Καρχηδόνα.

Lælius et Massanissa perrequuntur Syphacem.

IX. Ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, ἐπεὶ τὰ σκύλα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους εὐτρεπεῖς ἔθετο, συγκαλέσας τὸ συνέδριον, ἐβουλεύετο περὶ τῶν ἐξῆς, τί δέον ἦν ποιεῖν. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, τὸν μὲν στρατηγὸν Πόπλιον καὶ 2
μέρος τι τῆς [p] δυνάμεως μένειν, ἐπιπορευόμενον τὰς πόλεις· τὸν δὲ Λαίλιον καὶ τὸν Μασσανάσσην, λαβόντας τούς τε Νομάδας καὶ μέρος τῶν [q] Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων, ἕπεσθαι τοῖς περὶ τὸν Σύφακα, καὶ μὴ δοῦναι χρόνον εἰς ἐπίστασιν καὶ παρασκευήν. Οὗτοι 3
μὲν, ταῦτα βουλευσάμενοι, διεχωρίσθησαν, οἱ μὲν ἐπὶ τὸν Σύφακα μετὰ τῶν προειρημένων στρατιωτῶν, ὁ δὲ

[o] Post μεγάλην Herv. et codd. omnes addunt verba παρ' ἅλην, quæ cum Ursino delevit Casaub. Intelligi posse nomen χρεῖαν putavit Reisk. [p] δυνάμεως μένειν ex Reiskii conject. Mendose vulgo δυνάμεως, τὸν μὲν ἐπιπορ. [q] Sic correxi monente Gronovio in notis editis. Vulgo Ῥωμαίων.

que principibus et triariis, omnes, paucis admodum exceptis, in ipso pugnæ loco sunt cæsi. Atque ita quidem Celtiberi perierunt, quorum opera magno Carthaginiensibus fuit usui, non solum in pugna, verum etiam in fuga. Nam si Romanorum impetum nihil Celtiberi essent remorati, atque illi statim Pœnos fugientes e vestigio essent persecuti; pauci omnino ex hostibus manus illorum effugissent. Nunc per eam moram, quam isti adtulerunt, et *Syphax* cum suo equitatu sine discrimine in regnum sese recepit suum, et *Asdrubal* cum superstitibus Pœnis Carthaginem pervenit.

IX. Romanus imperator, omnibus ordinatis, quæ ad spolia et ad captivos spectabant, concilium convocat, et, quid porro esset agendum, consultat. Placuit deliberantibus hæc sententia, ut imperator cum parte exercitus in propinquo maneret, oppidaque circumcirca obiret; *Lælius* vero et *Massanissa*, Numidis adsumtis et Romanarum legionum parte, Syphacem persequerentur, neque ullum ei ad deliberandum de suis rebus et ad vires reparandas tempus concederent. Hoc inito consilio, in diversa duces sunt profecti: illi adversus Syphacem cum iis, quos diximus, mili-

Digitized by Google

4 στρατηγὸς ἐπὶ τὰς πόλεις. ὧν αἱ μὲν [q]ἐθελοντὶ προσετί- A. U. 551.
θεντο τοῖς Ῥωμαίοις, διὰ τὸν φόβον· ἃς δὲ πολιορκῶν, Scipio subigit oppida.
5 ἐξ ἐφόδου κατὰ κράτος [r]ἤρει. πάντα δ' ἦν οἰκεῖα μεταβολῆς τὰ κατὰ τὴν χώραν, ἅτε [s]σύνεχῶς ἐγκείμενα ταῖς κακοπαθείαις καὶ ταῖς εἰσφοραῖς, διὰ τὸ πολυχρονίους γεγονέναι τοὺς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πολέμους.
6 Ἐν δὲ τῇ Καρχηδόνι μεγάλης καὶ πρότερον ὑπαρχούσης Extrema consilia Pœnorum.
ἀκαταστασίας, ἔτι μείζω τότε συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν ταραχὴν, ὡς ἂν ἐκ δευτέρου τηλικαύτῃ πληγῇ [t]περιπεπτωκότων ἤδη, καὶ ἀπεικότων τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας.
7 Οὐ μὴν, ἀλλ' οἱ μὲν ἀνδρωδέστατοι δοκοῦντες εἶναι τῶν συμβούλων, ταῖς μὲν ναυσὶν ἐκέλευον ἤδη πλεῖν ἐπὶ τοὺς τὴν Ἰτύκην πολιορκοῦντας, καὶ τήν τε πολιορκίαν πειρᾶσθαι λύειν, καὶ ναυμαχεῖν τοῖς ὑπεναντίοις, ἀπα-
8 ρασκευόις οὖσι πρὸς τοῦτο τὸ μέρος· ἐπί τε τὸν Ἀννίβαν πέμπειν ἠξίουν, καὶ μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιησαμένους ἐξελέγχειν καὶ ταύτην τὴν ἐλπίδα. μεγάλας γὰρ ἀμφοτέραις εἶναι [u]ταῖς ἐπιβολαῖς ἐκ τῶν κατὰ λόγον
9 ἀφορμὰς πρὸς σωτηρίαν. Τινὲς δὲ ταύτας μὲν ἔφασαν μηκέτι φέρειν τοὺς καιροὺς, τὴν δὲ πόλιν ὀχυροῦν, καὶ παρασκευάζεσθαι πρὸς πολιορκίαν. πολλὰς γὰρ δώ-
10 σειν ἀφορμὰς τὸ αὐτόματον, ἂν ὁμονοῶσιν. ἅμα δὲ

q Sic Reg. E. ἐθελοντῇ Herv. cum ceteris MStis. Hinc ἐθελονταὶ Casaub.
r Correxi vulgatum ἧρει vel ἦρει. s Vulgo omnes συνεχῶς τε. Delevi copulam.
t Sic correxi vulgatum περιστωκότων. u In ταῖς ἐπιβολαῖς putem scribendum.

tibus; imperator ad oppida domanda. Et harum quidem aliæ præ metu in voluntariam deditionem venerunt, alias *Scipio* per vim oppugnavit et primo impetu cepit. Erant sane tunc in Africæ regione omnia ad mutationem prona; quod propter longa et diuturna bella, quæ in Hispania Pœni gesserant, continuis ærumnis et tributorum pensionibus supra modum vexati fuerant populi. Carthagine vero quum jam ante ingentis trepidationis essent plena omnia; major etiam tunc temporis rerum cunctarum perturbatio est coorta, quum iterato jam tantam cladem essent perpessi, et spem omnem, quæ in ipsis esset posita, abjecissent. Verumtamen, qui in publico concilio plus animi sibi esse videri volebant, *classem adversus eos, qui Uticam obsiderent, mitti* jubebant; *ut et obsidionem, si fieri posset, solverent, et navali prælio cum hostibus, ab ea parte imparatis, decertarent. Ad Hannibalem quoque* iidem *legatos* decernebant, *ut, iis sine ulla mora missis, hanc quoque spem civitas tentaret. Utrique enim huic incepto magnas inesse opportunitates ad salutem, rationes probabiles suadere.* Disputabant alii, *in occasione tam præcipiti nullum amplius ejusmodi consilii esse locum; sed ipsam urbem esse muniendam, et ad sustinendam obsidionem omnia comparanda: multas namque rei bene gerendæ occasiones fortunam, si concordes invicem manerent, ultro fore*

Digitized by Google

Ol. 144. 1. βουλεύεσθαι περὶ διαλύσεως καὶ συνθηκῶν παρήνουν, ἐπὶ τίσι, καὶ πῶς ἂν λύσιν ποιήσαιντο τῶν ἐνεστώτων κακῶν. Γενομένων δὲ καὶ πλειόνων λόγων περὶ ταῦτα, πάσας 11 ἐκύρωσαν ἅμα τὰς γνώμας.

Tunetem occupat Scipio.

x. Κριθέντων δὲ τούτων, οἱ μὲν εἰς τὴν Ἰταλίαν μέλλοντες πλεῖν εὐθέως ἐκ τοῦ βουλευτηρίου προῆγον ἐπὶ θάλατταν, ὁ δὲ ναύαρχος ἐπὶ τὰς ναῦς· οἱ δὲ λοιποὶ περί τε τῆς κατὰ τὴν πόλιν ἀσφαλείας προενοοῦντο, καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος ἐβουλεύοντο συνεχῶς. Καὶ ὁ Πόπλιος, καταγέμοντος ἤδη τοῦ στρατοπέδου τῆς 2 λείας, διὰ τὸ μηδένα ἀντιπράττειν, ἀλλὰ πάντας εἴκειν ταῖς ἐπιβολαῖς, ἔκρινε, τὸ μὲν τῶν λαφύρων πλεῖον εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς παρασκευὴν, αὐτὸς δὲ τὴν 3 στρατείαν ἀναλαβὼν εὔζωνον, καταλαβέσθαι τὸν ἐπὶ Τύνητι χάρακα, καὶ [x] καταστρατοπεδεῦσαι τοῖς Καρχηδονίοις ἐν συνόψει· μάλιστα γὰρ οὕτως ἐκφοβήσειν ὑπελάμβανε καὶ καταπλήξειν αὐτούς. Οἱ μὲν οὖν 4 Καρχηδόνιοι, μετ' ὀλίγας ἡμέρας τά τε πληρώματα καὶ τὰς σιταρχίας ἑτοίμας ἔχοντες ἐν ταῖς ναυσὶν, ἐγίγνοντο [y] πρὸς ἀναγωγῇ καὶ τοῖς προκειμένοις· ὁ δὲ Πόπλιος ἦκε πρὸς τὸν Τύνητα, καὶ, φυγόντων τὴν ἔφοδον αὐτοῦ τῶν παραφυλαττόντων, κατέλαβε τὸν τόπον. Ὁ δὲ Τύνης ἀπέχει μὲν τῆς Καρχηδόνος ὡς 5

[x] καταστρατοπιδεῦσαι Suidas dedit. Libri omnes vulgo στρατοπιδεῦσαι. [y] πρὸς ἀναγωγῇ ex conj. scripsi. Vulgo omnes πρὸς ἀναγωγὴν.

oblaturam. Simul vero etiam *de pace et de fœderis conditionibus ut deliberaretur*, iidem auctores erant, *quibus legibus et qua ratione liberari a præsentibus malis possent.* Quibus de rebus quum plures essent dictæ sententiæ, omnes simul a coucilio sunt probatæ.

x. Atque his ita decretis, qui in Italiam erant profecturi, a curia recta ad mare se contulerunt; qui præerat classi, ad naves. Ceteri vero similiter partim securitati urbis prospiciebant, partim alia pro se quisque ministeria sine intermissione obibant. At *Scipio*, gravem jam spoliis exercitum trahens, quod nemo illi resisteret, sed ejus in ceptis omnes concederent, partem prædæ majorem in vetera castra, ubi adparatus erant militares, decrevit mittendam. Ipse cum expedito jam exercitu castra ad Tunetem occupat, ut in conspectu Carthaginiensium signa constitueret; ratus, hoc pacto plurimum illis se timoris atque terroris incussurum. Post dies paucos, ubi jam Pœni naves suas defensoribus et remigio atque commeatu instruxissent, ad deducendas naves ipsi quidem se accinxerunt, et ad ea, quæ modo dicebamus, exequenda; Publius vero Tunetem ducit, eumque locum, relictum fuga custodum, occupat. *Tunes* Carthagine abest stadia ferme CXX. locus cum opesi-

Digitized by Google

ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους, ἔστι δὲ σύνοπτος σχεδὸν ἐξ ὅλης τῆς πόλεως, διαφέρει δ' ὀχυρότητι καὶ φυσικῇ καὶ χειροποιήτῳ, καθάπερ καὶ πρότερον ἡμῖν εἴρηται. Τῶν δὲ Ῥωμαίων ἄρτι κατεστρατοπεδευκότων, ἀνήγοντο ταῖς ναυσὶν οἱ Καρχηδόνιοι, πλοῦν ποιούμενοι τὸν πλοῦν εἰς τὴν Ἰτύκην. Ὁ δὲ Πόπλιος, ὁρῶν τὸν ἀνάπλουν τῶν ὑπεναντίων, καὶ δεδιὼς, μή τι [z]περὶ τὸ σφέτερον αὐτῶν ναυτικὸν συμβῇ, διεταράσσετο, πάντων ἀνυποπτήτως διακειμένων καὶ ἀπαρασκεύως πρὸς τὸ μέλλον. αὖθις δ' ἐκ μεταβολῆς ἀναστρατοπεδεύσας, ἠπείγετο βοηθήσων τοῖς ἰδίοις πράγμασι. Καταλαβὼν δὲ τὰς καταφράκτους ναῦς, πρὸς μὲν τὰς ἐξαιρέσεις καὶ προσαγωγὰς τῶν ὀργάνων, καὶ καθόλου πρὸς πολιορκίαν, εὖ καὶ δεόντως ἐξηρτυμένας, πρὸς δὲ ναυμαχίαν ἥκιστα παρεσκευασμένας, τὸν δὲ τῶν ὑπεναντίων στόλον, ἐξ ὅλου τοῦ χειμῶνος πρὸς αὐτὸ τοῦτο κατηρτισμένον· τὸ μὲν ἀνανάγεσθαι καὶ ναυμαχεῖν ἀπογνοὺς, [a]συνορμήσας δὲ τὰς καταφράκτους νῆας, περιέστησε ταύταις τὰς φορτηγοὺς ἐπὶ τρεῖς καὶ τέτταρας τὸ βάθος· [a]κἄπειτα καθελόμενος τοὺς ἱστοὺς καὶ τὰς κεραίας, ἔζευξε τούτοις αὐτὰς βιαίως. * * *

A. U. 551.

Pœni adgrediuntur classem Scipionis.

[z] περὶ τὸ σφέτερον αὐτῶν. Articulum τὸ, quem ignorant libri, adjecit Casaub. αὐτῶν ex conject. scripsi pro vulgato αὐτῷ. [a] Forsan συνορμήσας. [b] κἄπειτα καθελόμενος τοὺς ἱστοὺς &c. In vocabulo κἄπειτα subito desinunt libri omnes Polybiani: reliqua verba ex Suida, monente Gronovio, adjeci.

bus, tum suapte natura, sicut jam ante ostendimus, tutus, quique ex omni fere parte Carthaginis potest conspici. Vix dum satis eo loci Romanus consederat, cum Carthaginienses sublatis ancoris classe *Uticam* petere adgrediuntur. Quam eorum molitionem conspicatus *Scipio*, conturbari animus illi cœpit, metu ne quid ea res detrimenti Romanæ classi importaret, nemine ibi quidquam hostilis suspicante, et rebus omnibus ad imminens certamen imparatis. Igitur motis rursus castris, retro converso agmine ad ferendam suis opem adcurrit. Ubi quum naves rostratas offendisset ad erigendas quidem admovendasque machinas, et omnino ad obsidionis usus rite ac convenienter comparatas, ad prælium vero navale minime omnium adcommodatas, quum e contrario in eum usum per totam hiemem classis hostilis fuisset aptata; damnata spe prodeundi in altum, et cum hostibus classe decertandi, rostratas naves subduxit, et onerariarum triplicem aut etiam quadruplicem ordinem eis circumdedit. Deinde demissis malis atque antennis, firmiter his naves colligavit. * * *

Digitized by Google

Ol. 144. 1.

II.

PTOLEMÆUS PHILOPATOR, REX ÆGYPTI.

* * *

Agathocles adsentator Ptol. Philop.

XI. ΠΟΛΥΒΙΟΣ ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ φησὶ, 1
Ἀγαθοκλέους τοῦ Οἰάνθης υἱοῦ, ἑταίρου δὲ τοῦ Φιλο-
πάτορος βασιλέως, κόλακα γενέσθαι Φίλωνα.

* * *

Cleino, Ptolemæi Philad. amica.

Πολύβιος, ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, 2
Κλεινοῦς, φησὶ, τῆς οἰνοχοούσης αὐτῷ [Πτολεμαίῳ τῷ
Φιλαδέλφῳ] εἰκόνας πολλὰς ἀνακεῖσθαι κατὰ τὴν
Ἀλεξάνδρειαν μονοχίτωνας, καὶ ῥυτὸν ἐχούσας ἐν ταῖς
χερσίν. Αἱ δὲ κάλλισται τῶν οἰκιῶν, φησὶν, οὐ Μυρ- 3
τίου, καὶ Μνησίδος, καὶ Ποθεινῆς προσαγορεύονται;
καί τοι Μνῆσις μὲν ἦν αὐλητρὶς, καὶ Ποθεινή· Μύρτιον 4
δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν [b]εἰκτηριάδων.

Agathocles, Philopatoris.

Τοῦ δὲ Φιλοπάτορος βασιλέως Πτολεμαίου οὐκ Ἀγα- 5
θόκλεια ἡ ἑταίρα ἐκράτει, ἡ καὶ πᾶσαν ἀναθρέψασα
τὴν βασιλείαν;

* * *

Res Ægypti plurium annorum hoc lib. complexus est auctor.

XII. [c]Εἶεν δέ τινες ἐπαποροῦντες, πῶς ἡμεῖς τὰς
ἄλλας πράξεις ἁπάσας κατ' ἐνιαυτὸν γράφοντες τὰς
παραλλήλους, περὶ μόνων τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐν καιρῷ
[d]τῷ νῦν ἐκ πλείονος χρόνου πεποιήμεθα τὴν ἐξήγησιν.

[b] Ante Casaubonum edebatur δεικτηριάδων. [c] Εἶεν ex Valesii conject. edidi. Vulgo Ὅσῳ δέ τινες. [d] τῷ νῦν correxi cum Reisk. Mendose vulgo ἐν καιρῷ τῷ σὺν. τόσην suspicatus erat Valesius.

XI. POLYBIUS Libro XIV scribit, *Agathocli*, Œnanthes filio, *Philopatoris* regis sodali, assentatorem fuisse *Philonem*. (*Athenæus Deipnosoph. Lib.* VI. *cap.* 13.)

* * *

Polybius Historiarum libro XIV scribit, *Cleinûs*, quæ illi (*Ptolemæo Philadelpho*) a poculis fuit, statuas Alexandriæ multas erectas, indutas simplici tunica, et poculum in manibus tenentes. Splendidissimæ autem domus, ait, nonne *Myrtii* aut *Mnesidis* aut *Potheines* adpellatione insigniuntur? quamquam fuerunt tibicinæ Mnesis et Potheine, Myrtium vero una ex publice constitutis prostibulis. *Philopator* vero *Ptolemæus* rex nonne sub potestate atque imperio *Agathocleæ* fuit meretricis, quæ etiam totum regnum ejus evertit? (*Idem, libro* XIII. *cap.* 5.)

Excerpt. Valesian.

* * *

XII. Ne quis autem forte miretur, cur, cum singulis annis res omnes eodem anno gestas conjunctim scribere soleamus, in solis Ægypti rebus commemorandis tanto a tempore repetitam narrationem instituamus; ve-

Digitized by Google

ἡμεῖς δὲ τοῦτο πεποιήκαμεν διά τινας τοιαύτας αἰτίας. A. U. 551. Res Ægypti plurium annorum.
2 Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος, ὁ Φιλο-
3 πάτωρ, μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὸν περὶ Κοίλην Συρίαν πόλεμον, ἀποστὰς πάντων τῶν καλῶν, ἐτράπη πρὸς βίον ἄσωτον καὶ τοιοῦτον, οἷον ἀρτίως διεληλύθαμεν[e]. ὀψὲ
4 δέ ποτε βιασθεὶς ὑπὸ τῶν πραγμάτων, ἐνέπεσεν εἰς τὸν νῦν δεδηλωμένον πόλεμον· ὃς, χωρὶς τῆς εἰς ἀλλήλους ὠμότητος καὶ παρανομίας, οὔτε παράταξιν, οὔτε ναυμαχίαν, οὔτε πολιορκίαν, οὔθ' ἕτερον οὐδὲν ἔσχε μνήμης ἄξιον. Διόπερ ὑπέδραμεν, οὕτω κἀμοὶ τῷ γράφοντι
5 [f]ῥᾳδίαν ἔσεσθαι, καὶ τοῖς ἀναγινώσκουσιν εὐμαθεστέραν τὴν διήγησιν, εἰ μὴ κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιψαύων μικρῶν καὶ οὐκ ἀξίων ἐπιστάσεως πραγμάτων ἀποδιδοίην τὸν λόγον· ἀλλ' εἰσάπαξ οἱονεὶ σωματοειδὴ ποιήσας τὴν τοῦ βασιλέως προαίρεσιν ἀπαγγείλαιμι περὶ αὐτῆς.

[Ζήτει. ἐνέλειπε γὰρ φύλλα μή. ἐν οἷς περὶ τοῦ Πτολεμαίου ἐνεφέρετο καὶ Ἀρσινόης.]

[e] Post διεληλύθαμεν vulgo inseruntur verba illa: Ζήτει &c. quæ (monente Valesio) ad finem rejeci; quæ tamen ad initium potius hujus capitis spectare videntur. [f] Commodius erat ῥᾳδιουργίαν, quod maluerat Vales.

lim is sciat, hujusmodi rationibus nos maxime eo adductos esse. *Ptolemæus* rex, de quo hic sermo est, cognomento *Philopator*, confecto in Cœlesyria bello, a studio rerum omnium honestarum ad luxuriosum ac perditum vivendi genus se contulit, ut proxime a nobis ostensum est. Sero tandem rerum necessitate compulsus in id bellum incidit, de quo nunc disseruimus: quo quidem in bello, præter mutuam crudelitatem atque perfidiam, nullum pedestre, nullum navale prælium, nulla obsidio, nihil denique quidquam memoria dignum extitit. Quamobrem cum scribenti mihi, tum legentibus, faciliorem et planiorem fore narrationem existimavi, si non per singulos annos minima quæque nec observatu digna carpens atque delibans exponerem; sed simul ac semel quasi uno corpore complexus hujus regis studia ac mores aperirem.

[*Reliqua quærenda. Deerant enim XLVIII folia in quibus de Ptolemæo et Arsinoë agebatur.*]

Digitized by Google

Digitized by Google

ΤΗΣ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

Ol. 144. 2.
A. U. 553.

SCIPIO IN AFRICA

vincit Hannibalem, et bello finem imponit.

* * *

1. Ὁ ΔΕ Πόπλιος βαρέως μὲν ἔφερεν ἐπὶ τῷ μὴ μόνον σφίσι παρῆρῆσθαι τὴν χορηγίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐχθροῖς παρεσκευάσθαι δαψίλειαν τῶν ἀναγκαίων· ἔτι δὲ βαρύτερον ἐπὶ τῷ παραβεβηκέναι τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας τοὺς Καρχηδονίους, καὶ πάλιν ἐξ ἄλλης ἀρχῆς ἐγείρεσθαι τὸν πόλεμον. Διὸ καὶ παραυτίκα προχειρισάμενος πρεσβευτὰς, Λεύκιον [a]Σέργιον, καὶ Λεύκιον [b]Βαίβιον, καὶ Λεύκιον Φάβιον, ἐξαπέστειλε, διαλεξομένους τοῖς Καρχηδονίοις ὑπὲρ τῶν γεγονότων, ἅμα δὲ καὶ δηλώσοντας, ὅτι κεκύρωκε τὰς συνθήκας ὁ

Romanis Pœni annonam intercipiunt.

Legati Scipionis ad Pœnos.

[a] Aut hoc, aut Σερουίλιον, fuit ex Livio restituendum. Σεργούιον Med. Σεργόβιον edd. cum ceteris codd. [b] Βαίβιον ex Livio adscivi. Σίγτιον edd. cum Aug. puto et Med. et Urb. Σίντιον Reg. F. Σέντιον Reg. G. Σάντιον Reg. E. Σίντιον suspicatus est Gronov.

I.

Excerpt. Antiq. ex Lib. XV. *Cap.* 1—19.

* * *

ETSI moleste ferebat *Scipio*, non solum *periisse Romanis tantum commeatuum*, sed etiam hostibus jam esse illo casu partam rerum omnium necessariarum copiam; multo tamen erat illi gravius, quod, jusjurandum et pactas induciis quum violassent Carthaginienses, novum inde belli initium esset oriturum. Propterea delectos e vestigio legatos *L. Sergium*, [sive, *Servilium*,] *L. Bœbium* et *L. Fabium*, Carthaginem proficisci jubet, qui injuriam acceptam cum Pœnis expostularent, simulque significarent, *popu-*

Digitized by Google

Ol. 144. 2. Legati Scipionis ad Pœnos.

δῆμος τῶν Ῥωμαίων. ἄρτι γὰρ ἦκε τῷ Ποπλίῳ γράμ- 4
ματα, διασαφοῦντα περὶ τῶν προειρημένων. Οἱ δὲ, 5
παραγενηθέντες εἰς τὴν Καρχηδόνα, τὸ μὲν πρῶτον εἰς
τὴν σύγκλητον, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἐπὶ τοὺς πολλοὺς
ἀπαχθέντες, ἔλεγον ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων μετὰ παῤῥη-
σίας· πρῶτον μὲν ἀναμιμνήσκοντες, ὡς οἱ παρ' ἐκείνων 6
πρεσβευταὶ, παραγενηθέντες εἰς Τύνητα πρὸς σφᾶς, καὶ
παρελθόντες εἰς τὸ συνέδριον, οὐ μόνον τοῖς θεοῖς σπεί-
σαιντο, καὶ τὴν γῆν προσκυνήσαιεν, καθάπερ ἔστιν ἔθος
τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις· ἀλλὰ καὶ πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν 7
ἀγεννῶς τοὺς πόδας καταφιλοῖεν τῶν ἐν τῷ συνεδρίῳ,
μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἀναστάντες, ὡς κατηγορήσαιεν
σφῶν αὐτῶν, διότι καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς γενομένας συνθήκας
Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ἀθετήσαιεν αὐτοί. διόπερ 8
ἔφασαν οὐκ ἀγνοεῖν, ὅτι πᾶν εἰκότως ἂν πάθοιεν ὑπὸ
Ῥωμαίων· ἀλλὰ τῆς τύχης ἕνεκα τῶν ἀνθρώπων ἐδέ-
οντο, μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον· ἔσεσθαι γὰρ τὴν σφετέ-
ραν ἀβουλίαν ἀπόδειξιν τῆς Ῥωμαίων καλοκαγαθίας.
Ὧν μνημονεύοντα τὸν στρατηγὸν ἔφασαν τὸν αὐτὸν οἱ 9
πρέσβεις, καὶ τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ τότε γεγονότας,
ἐκπλήττεσθαι, τίνι ποτὲ πιστεύοντες ἐπελανθάνοντο μὲν
τῶν τότε ῥηθέντων, ἀθετεῖν δὲ τολμῶσι τοὺς ὅρκους καὶ
τὰς συνθήκας. Σχεδὸν δὲ τοῦτ' εἶναι δῆλον, ὡς Αν- 10
νίβα πεποιθότες, καὶ ταῖς μετὰ τούτου παρούσαις δυνά-

lum Romanum pacis conditiones probasse. Commodum enim per id tempus Publio redditæ erant literæ, quibus id ipsum nunciabatur. *Carthaginem* ut venerunt *legati*, producti primo in curia, mox ad populum, magna cum libertate de rebus præsentibus disseruerunt. Ante omnia commemorarunt, quomodo *legati Punici Tunetem ad se venissent, ibique in concilium admissi, non solum tellure adorata diis libassent, qui mos est etiam aliorum hominum; sed hoc amplius humili atque abjecto animo in terram procubuissent, et eorum, qui in concilio sedebant, pedes essent osculati; deinde, ubi se humo erexissent, quomodo sese accusavissent ipsi, quod pacem, quæ erat Carthaginiensibus cum Romanis, ipsi principio violassent: proinde professi essent, non negare se, quin digni essent omnia pati, quæ Romani vellent; orare tamen per communem hominum fortunam, ne quid in se durius populus Romanus consuleret: futuram enim Pœnorum imprudentiam benignitatis et moderationis Romanorum posteris documentum. Horum sermonum memorem imperatorem eumdem, ceterosque qui tunc interfuissent concilio, demirari satis non posse, quo tandem præsidio freti Carthaginienses, eorum, quæ tunc sunt dicta, obliti, jusjurandum et fidem induciarum violarint. Fere tamen liquido constare hoc hominibus, eo audaciæ ipsos pervenisse ob eam fiduciam, quam in*

Digitized by Google

11 μεσι, ταῦτα τολμῶσι ποιεῖν· κακῶς φρονοῦντες. σαφῶς γὰρ εἰδέναι πάντας, ὅτι ἐκεῖνοι, δεύτερον ἔτος ἤδη φεύγοντες ἐκ πάσης Ἰταλίας εἰς τοὺς περὶ Λακίνιον τόπους, κἀκεῖ συγκεκλεισμένοι, καὶ μονονοὺ πολιορκούμενοι, 12 μόλις ἑαυτοὺς ἐκσεσωκότες ἥκουσι νῦν. Οὐ μὴν, ἀλλὰ, εἰ καὶ νενικηκότες τοὺς ἐκεῖ παρῆσαν, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἔμελλον διακινδυνεύειν, τοὺς δυσὶ μάχαις ἐξῆς ὑμᾶς ἤδη νενικηκότας, ὅμως ἀμφιδόξους ἔχειν ἔδει τὰς ἐλπίδας ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος, καὶ μὴ μόνον τοῦ νικᾶν ἔννοιαν 13 λαμβάνειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ σφαλῆναι πάλιν. οὗ [c]συμβάντος, ποίους ἐπικαλέσεσθε, ἔφη, θεούς; ποίοις δὲ χρώμενοι λόγοις τὸν ἐκ τῶν κρατούντων ἕλεον ἐπιστά- 14 σεσθε πρὸς τὰς ἑαυτῶν συμφοράς; Πάσης εἰκὸς ὑμᾶς ἐλπίδος ἀποκλεισθήσεσθαι, καὶ παρὰ θεῶν, καὶ παρ' ἀνθρώπων, διὰ τὴν ἀθεσίαν καὶ τὴν ἀβουλίαν.

A. U. 552. Legati Scipionis ad Pœnos.

II. Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις, τοιαῦτα διαλεχθέντες, 2 ἀνεχώρησαν. Τῶν δὲ Καρχηδονίων ὀλίγοι μὲν ἦσαν οἱ [d]συναινοῦντες, μὴ παραβαίνειν τὰς ὁμολογίας· οἱ δὲ πλείους καὶ τῶν [e]πολιτευομένων καὶ τῶν βουλευομένων βαρέως μὲν ἔφερον τὰς ἐν ταῖς συνθήκαις ἐπιταγὰς, δυσχερῶς δ' ἀνείχοντο τὴν τῶν πρεσβευτῶν παῤῥησίαν, πρὸς δὲ τούτοις οὐχ οἷοί τ' ἦσαν προίσθαι τὰ κατη-

Legati violantur in reditu.

[c] *συμβαίνοντος* Reg. F. G. Vesont. Tub. [d] Post *συναινοῦντες* nescio an exciderit *καὶ παραπαλοῦντες*. [e] Mendose *πολιτευομένων* Aug. Regii tres, Vesont. Tubing.

Hannibale ponerent, et eo exercitu, quem ille in Africam adduxisset. Sed enim errare ipsos vehementer. Quem enim fugeret, Hannibalem cum suis copiis, postquam tota Italia cedere esset coactus, alterum ipsum annum circa Lacinium hæsisse, eoque fuisse conclusum, ac tantum non obsessum, ut vix inde eripere sese potuerit, ut huc venirct? Atqui, etiamsi victor ex Italia Hannibal excessisset; quia tamen nobiscum acie est illi confligendum, qui duas continuas victorias de vobis reportavimus; spes de futuro incertas habere vos par erat, neque victoriam dumtaxat animo præcipere debebatis, sed etiam illud cogitare, vinci denuo vos posse. Quod si accidat, quos opem poscetis deos? quibus verbis victores convenietis, ut illos ad vestrarum calamitatum commiserationem adducatis? Merito sane vobis, quæ vestra est levitas atque imprudentia, spes omnes et divinæ et humanæ opis fuerint præclusæ.

II. Hæc legati quum dixissent, curia excesserunt. *Carthaginiensium* pauci omnino fuere, qui fœderis servandi essent auctores. Pars major eorum, qui rempublicam gerebant, quique intererant concilio, et impositas leges conditionibus pacis gravabantur, et dicendi libertatem Romanorum legatorum iniquo ferebant animo: ad hæc, ut deductas in portum

Digitized by Google

Ol. 144. 2. Legati violantur in reditu.

γμένα πλοῖα, καὶ τὰς ἐκ τούτων χορηγίας. τὸ δὲ συν- 3
έχον, οὐ μικρὰς, ἀλλὰ μεγάλας εἶχον ἐλπίδας, νικήσειν διὰ τῶν περὶ τὸν Ἀννίβαν. Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς 4
ἔδοξε, τοὺς πρέσβεις ἀνατοπρίτους ἐξαποστέλλειν· τῶν δὲ πολιτευομένων οἷς ἦν προκείμενον, ἐκ παντὸς τρόπου συγχέαι πάλιν τὸν πόλεμον, οὗτοι συνεδρεύσαντες μηχανῶνταί τι τοιοῦτον. Ἔφασαν, δεῖν πρόνοιαν ποιή- 5
σασθαι τῶν πρεσβευτῶν, ἵνα μετ' ἀσφαλείας ἀνακομισθῶσιν εἰς τὴν ἰδίαν παρεμβολήν. καὶ παραυτίκα 6
τούτοις μὲν ἡτοίμαζον δύο τριήρεις παραπομπούς· πρὸς δὲ τὸν ναύαρχον Ἀσδρούβαν διστέμψαντο, παρακαλοῦντες, ἑτοιμάσαι πλοῖα μὴ μακρὰν τῆς τῶν Ῥωμαίων παρεμβολῆς, ἵν', ἐπειδὰν αἱ παραπέμπουσαι νῆες ἀπολείπωσι τοὺς Ῥωμαίους, [f]ἐπαναχθέντα ταῦτα καταπονήσῃ τοὺς πρεσβευτάς· ἐφώρμει γὰρ αὐτοῖς τὸ ναυτι- 7
κὸν κατὰ τοὺς πρὸ τῆς Ἰτύκης ἐγκειμένους τόπους. Οὗτοι μὲν οὖν, ταῦτα διαταξάμενοι πρὸς τὸν Ἀσδρού- 8
βαν, ἐξέπεμπον τοὺς Ῥωμαίους, ἐντειλάμενοι τοῖς ἐπὶ τῶν τριήρων, [g]ἐὰν παραλλάξωσι τὸν [h]Βάκραν ποταμὸν, αὖθις ἀπολιπόντας ἀποπλεῖν ἐν τῷ ὅρῳ τοὺς πρεσβευτάς. καὶ γὰρ ἦν ἐκ τούτων τῶν τόπων συνορᾶν ἤδη 9
τὴν τῶν ὑπεναντίων παρεμβολήν. Οἱ δὲ παραπέμποντες, 10

[f] ἐπαναχθέντας Herv. cum Reg. F. G. et Vesont. [g] ὡς ἐὰν Herv. cum MStis.
[h] Βάκραν correxi. Forsan Βαγράδαν scripsit Polyb. Sed h. l. libri omnes Μάκραν scribunt, et μακρὰν Herv.

oscrariis et commeatus, qui in eis erant, dimitterent de manibus, non poterant adduci. Quod vero caput continebat caussæ: non levem aliquam, sed ingentem spem habebant per *Hannibalem* vincendi. Igitur multitudini placebat, ut sine responso legati dimitterentur. At principes civitatis, quibus erat propositum, quo bellum iterum accenderent, miscere omnia, in unum congregati, dolum hujusmodi commoliuntur. Securitati Romanorum legatorum prospiciendum dixerunt, ut ad sua castra tuto revehantur: ac statim duas iis triremes præpararunt, quæ ipsos prosequerentur. Ad *Asdrubalem* vero imperatorem Pœnum miserunt, qui cum ipso agerent, ut *non procul a Romanis castris militet in navibus teneret paratos, qui legatos populi Romani, simulac a prosequentis ipsos præsidio fuerint relicti, invadant, eosque submergant.* Classis namque Punica in locis ad *Uticam* prominentibus stationem habebat. Et hi quidem, datis in hanc sententiam mandatis ad Asdrubalem, Romanos dimittunt, præfectisque triremium præcipiunt, ut, postquam [*Macræ*, sive] *Bagradæ* fluminis ostium superaverint, deductos eatenus legatos ibi relinquant, et Carthaginem redeant: nam ex eo loco hostium castra jam conspici poterant. Qui prosequebantur, simulac

Digitized by Google

ἐπεὶ κατὰ τὸ συνταχθὲν παρήλλαξαν τὸν ποταμὸν, A. U. 552.
11 ἀσπασάμενοι τοὺς Ῥωμαίους, αὖθις ἐπανέπλεον. Οἱ Legati Rom. violantur.
δὲ περὶ τὸν [i]Λεύκιον ἄλλο μὲν οὐδὲν ὑφεωρῶντο δεινόν· νομίσαντες δὲ, τοὺς παραπέμποντας δι' ὀλιγωρίαν αὐτοὺς
12 προαπολιπεῖν, ἐπὶ ποσὸν ἐδυσχέραινον. Ἅμα δὲ τῷ μονωθέντας αὐτοὺς πλεῖν, ἐπανάγονται τρισὶ τριήρεσιν
[k]ἐξ ὑποβολῆς οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ παραβαλόντες τῇ Ῥωμαϊκῇ πεντήρει, τρῶσαι μὲν οὐχ οἷοί τ' ἦσαν, ὑποχωρούσης τῆς νεὼς, οὐδὲ τοῦ καταστρώματος ἐπιβῆναι,
13 διὰ τὸ γενναίως ἀμύνεσθαι τοὺς ἄνδρας· ἐκ παραβολῆς δὲ καὶ περιξ προσμαχόμενοι, κατεστέρεσκον τοὺς ἐπι-
14 βάτας, καὶ διέφθειρον πολλοὺς αὐτῶν· ἕως οὗ κατιδόντες οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς προνομεύοντας τὴν παραλίαν ἀπὸ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας παραβοηθοῦντας ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν,
15 ἐξέβαλον τὴν ναῦν εἰς τὴν γῆν. Τῶν μὲν οὖν ἐπιβατῶν οἱ πλεῖστοι διεφθάρησαν, οἱ δὲ πρεσβευταὶ παραδόξως [l]ἐξεσώθησαν.

III. Γενομένων δὲ τούτων, αὖθις ὁ πόλεμος ἄλλην Novum belli initium.
ἀρχὴν εἴληφε βαρυτέραν τῆς πρόσθεν, καὶ δυσμενικω-
2 τέραν. Οἵ τε γὰρ Ῥωμαῖοι, δοκοῦντες παρεσπονδῆσθαι, φιλοτίμως διέκειντο πρὸς τὸ περιγενέσθαι τῶν Καρχηδονίων· οἵ τε Καρχηδόνιοι, [m]συνιδόντες σφίσι τὰ πε-

[i] Λεύκιον h. l. Aug. Regii tres, Vesont. Tubing. [k] ἐξ ὑπερβολῆς Urb. Aug. Ursin. Regii tres, Vesont. Tubing. [l] Vulgo ἐξέσωσαν. [m] Sic Urb. Aug. Reg. E. συνιδόντες Herv. Reg. F. G. Vesont. quod in συνιδόντες mutavit Casaub. συνιδόντες malim.

prædictum amnem superaverant, pro eo ut jussi fuerant, Romanis valedicunt, et retro vela vertunt. Offendit nonnihil ea res Lucium et ceteros legatos; non quo mali quidquam suspicarentur, sed quod incuria et contemtu deducentium fieri putarent, ut citius, quam conveniret, ab iis relinquerentur. Verum ubi soli jam Romani cœperunt navigare; subito Carthaginienses tribus triremibus ex insidiis in eos invehuntur, et Romanam quinqueremem sunt adgressi. Quam etsi rostro ferire celeritate subterlabentem non potuerunt, neque in tabulatum ejus insilire, militibus, qui ibi stabant, fortiter eos repellentibus; tamen cominus commissa pugna, et omni ex parte impetu facto, vulneribus defensores adfecerunt, multosque eorum intercremerunt: donec Romani, suos, e castris in oram pabulatum egressos, opis sibi ferendæ gratia ad littus adcurrentes conspicati, navim in terram ejecerunt. Periit propugnatorum pars maxima, legati præter spem opinionemque evaserunt.

III. His ita factis, novum belli principium exstitit, et quidem gravius quam ante, atque ex acrioribus odiis. Nam et Romani, quod fidem sibi violatam dicerent, omne studium atque operam, ut Carthaginienses devincerent, adhibuerunt: et Carthaginien-

Digitized by Google

Ol. 144. 2. πραγμένα, πρὸς πᾶν ἑτοίμως εἶχον, πρὸς τὸ μὴ τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριοι γενηθῆναι. Τοιαύτης δὲ τῆς ἐξ 3
ἀμφοῖν παραστάσεως ὑπαρχούσης, προφανὲς ἦν, ὅτι δεήσει μάχῃ κρίνεσθαι περὶ τῶν ἐνεστώτων. ἐξ οὗ συνέ- 4
βαινε, μὴ μόνον τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Λιβύην πάντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν καὶ Σικελίαν καὶ Σαρδόνα μετεώρους εἶναι καὶ περιστᾶσθαι ταῖς
Hannibal in Africa. διανοίαις, καραδοκοῦντας τὸ συμβησόμενον. Κατὰ δὲ 5
τὸν καιρὸν τοῦτον Ἀννίβας, ἐλλείπων τοῖς ἱππικοῖς,
Tychæus Numida. διέπεμπε πρός τινα Νομάδα Τυχαῖον, ὃς ἦν μὲν οἰκεῖος
[n] Σύφακος, ἱππεῖς δὲ μαχιμωτάτους ἔχειν ἐδόκει τῶν κατὰ τὴν Λιβύην· παρακαλῶν αὐτὸν, βοηθεῖν, καὶ 6
συνεπιλαμβάνεσθαι τοῦ καιροῦ, σαφῶς γινώσκοντα, διότι, Καρχηδονίων κρατησάντων, δύναται διαφυλάττειν τὴν ἀρχὴν, Ῥωμαίων δ' ἐνικησάντων, καὶ τῷ βίῳ κινδυνεύσει διὰ τὴν Μασσανάσσου φιλαρχίαν. Οὗτος οὖν 7
πεισθεὶς τοῖς παρακαλουμένοις, ἦλθε μετὰ δισχιλίων ἱππέων πρὸς τὸν Ἀννίβαν.

Oppida subigit Scipio. IV. Πόπλιος δὲ, τὰ περὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν ἀσφαλισάμενος, καὶ καταλιπὼν [o] Βαίβιον ἀντιστράτηγον, αὐτὸς μὲν [p] ἐπεπορεύετο τὰς πόλεις· οὐκέτι παραλαμβάνων 2
εἰς τὴν πίστιν τοὺς ἐθελοντὴν [q] σφᾶς ἐγχειρίζοντας, ἀλλὰ

[n] Σίφακος, per ο, constanter codd. Hervag. Et mox deinde ἱ Βαίβιος. Casaub. [q] σφᾶς αὐτοὺς Med.

[o] Βαίβιον h. l. scribunt codd. nostri et [p] Perperam libri ἐπεχειρεύετο. Correxit

ses, sceleris quod admiserant sibi conscii, quidvis facere aut pati erant parati, quod ne in potestatem hostium venirent. Quum igitur utriusque populi hic esset impetus et ardor animi; nemo erat, qui dubitaret, fore opus, ut tam vehemens disceptatio ferro cerneretur. Quæ res faciebat, ut non solum Italiæ populi et Africæ, verum etiam Hispaniæ, Siciliæ, et Sardiniæ, in spem rerum novarum erigerentur, et ad exspectationem rerum futurarum intenti, ancipites cogitationes animis agitarent. Eodem tempore *Hannibal*, qui equitatu deficiebatur, ad Numidam *Tychæum*, e Syphacis familiaribus, et qui unus ex omnibus Afris aptissimos ad pugnam equos habere perhibebatur, legatos misit, qui auxilium ab eo peterent, rogarentque, ut *præsentem occasionem ne dimitteret; verum ita sibi persuaderet, stare suum imperium ita demum posse, si penes Carthaginienses victoria stetisset; sin Romani vicissent, etiam de vita ipsum, propter Massanissæ cupiditatem dominandi, periclitaturum.* Hac cohortatione inductus *Tychæus*, cum duobus millibus equitum ad Hannibalem venit.

IV. *Publius* ubi securitati classis prospexisset, *Babium* summæ rei præfectum vicem suam in castris relinquens, ipse cum exercitu profectus, quacumque incederet, urbes adgrediebatur: non jam, ut ante, voluntate

Digitized by Google

μετὰ βίας ἀνδραποδιζόμενος, καὶ φανερὰν ποιῶν τὴν A. U. 552.
ὀργὴν, ἣν εἶχε πρὸς τοὺς πολεμίους διὰ τὴν Καρχηδονίων
3 παρασπόνδησιν· πρὸς δὲ Μασσανάσσην διεπέμπετο συν- Massanis-
εχῶς, ἀποδηλῶν αὐτῷ, τίνα τρόπον παραβεβηκότες εἶεν sam revo-
cat.
οἱ Φοίνικες τὰς σπονδὰς, καὶ παρακαλῶν, ἀθροίζειν ὡς
πλείστην δύναμιν, καὶ συνάπτειν αὐτῷ κατὰ σπουδήν.
4 Ὁ γὰρ Μασσανάσσης ἅμα τῷ γενέσθαι τὰς συνθήκας,
καθάπερ εἴρηται πρότερον, εὐθέως [r]ἀφώρμησε μετὰ τῆς
ἰδίας δυνάμεως, προσλαβὼν δέκα σημαίας Ῥωμαϊκὰς
ἱππέων καὶ πεζῶν, καὶ πρεσβευτὰς παρὰ τοῦ στρα-
τηγοῦ, χάριν τοῦ μὴ μόνον τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἀπο-
λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Σύφακος προσκατακτή-
σασθαι διὰ τῆς Ῥωμαίων ἐπικουρίας. ὃ καὶ συνέβη
5 γενέσθαι. Συνέτυχε δὲ καὶ τοὺς ἐκ Ῥώμης πρεσβευτὰς Legati
Roma
περὶ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς εἰς τὸν ναυτικὸν χάρακα [s]τῶν redeunt.
6 Ῥωμαίων καταπλεῦσαι. τοὺς μὲν οὖν παρ' αὐτῶν ὁ
Βαίβιος παραχρῆμα πρὸς τὸν Πόπλιον ἐξέπεμψε, τοὺς
δὲ τῶν Καρχηδονίων παρακατεῖχε, τά τε λοιπὰ δυ-
σθύμως διακειμένους, καὶ νομίζοντας ἐν τοῖς μεγίστοις
7 εἶναι κινδύνοις. πυθόμενοι γὰρ τὴν γεγενημένην ἐκ τῶν
Καρχηδονίων ἀσέβειαν πρὸς τοὺς τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις,
πρόδηλον ἐδόκουν εἶναι σφίσι τὴν ἐκ τούτων τιμωρίαν.
8 Ὁ δὲ Πόπλιος, διακούσας τῶν παραγεγονότων, ὅτι

[r] ἀφώρμησε ex conject. scripsi cum Reisk. Vulgo omnes ἀφορμήσας. [s] τὸν τῶν Ῥωμαίων. ed. ante Casaub. Articulum τὸν delevit Casaub. cum tamen ferri potuisset.

sua dedentes se in fidem recipiens, sed per vim expugnans, et sub jugum omnes mittens; quanta in hostes incitatus esset ira propter Carthaginiensium perfidiam, præ se ferens. Idem et ad *Massanissam* nuncios subinde mittebat, significans, quo pacto scelere Pœnorum ruptæ essent inducie; hortansque, ut coacto quanto maximo posset exercitu ad se quam primum veniret. Massanissa namque statim post pactas inducias, quod ante ostendimus, ab exercitu Romano cum suis copiis discesserat, signaque etiam decem qua equitum qua peditum e legionibus Romanis legatosque ab imperatore acceperat, eo consilio, ut Romanorum ope adjutus non solum regnum paternum reciperet, sed etiam Syphacis imperium suo adjiceret: quod etiam factum est. Eodem quoque accidit tempore, ut *ab Roma legati* ad navalia castra Romanorum adpellerent. Bæbius igitur, Romanis ad imperatorem extemplo missis, Carthaginienses legatos penes se detinuit, qui et aliis curis anxii erant, et in summis periculis sese versari existimabant. Audito enim scelere in Romanos legatos admisso, quo sese Carthaginienses impiaverant, ne dubitandum quidem illis videbatur, Romanos hanc immanitatem in se ulturos. *Scipio*, ut ab iis, qui venerant, accepit,

Digitized by Google

Ol. 144. 2. προθύμως ἥ τε σύγκλητος ὅ τε δῆμος ἀποδέξαιντο τὰς γενομένας δι' αὐτοῦ συνθήκας πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, καὶ διότι πρὸς πᾶν τὸ παρακαλούμενον ἑτοίμως ἔχοιεν,

Pœnorum legatos incolumes dimittit Scipio. ἐπὶ μὲν τούτοις ἔχαιρε μεγάλως· τοὺς δὲ τῶν Καρχη- 9
δονίων προσέταξε τῷ Βαιβίῳ μετὰ πάσης φιλανθρωπίας ἀποπέμπειν εἰς τὴν οἰκείαν· πάνυ καλῶς βουλευσάμενος, ὡς γε μοι δοκεῖ, καὶ φρονίμως. [s]Θεωρῶν γὰρ 10
τὴν σφετέραν πατρίδα περὶ πλείστου ποιουμένην τὴν περὶ τοὺς πρεσβευτὰς πίστιν, ἐσκοπεῖτο, παρ' αὑτῷ συλλογιζόμενος, οὐχ οὕτω τί δέον παθεῖν Καρχηδονίους, ὡς τί δέον ἦν πρᾶξαι Ῥωμαίους. Διὸ παρακατασχὼν 11
τὸν ἴδιον θυμὸν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς γεγονόσι πικρίαν, ἐπειράθη διαφυλάξαι, κατὰ τὴν παροιμίαν, πατέρων εὖ κείμενα ἔργα. τοιγαροῦν καὶ τοὺς ἐν τῇ Καρχηδόνι 12
πάντας ἤττησε ταῖς ψυχαῖς, καὶ τὸν Ἀννίβαν αὐτὸν, ὑπερθέμενος τῇ παλοκαγαθίᾳ τὴν ἐκείνων ἄνοιαν.

Zamam abit Hannibal. v. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, θεωροῦντες τὰς πόλεις ἐκπορθουμένας, ἔπεμπον πρὸς τὸν Ἀννίβαν, δεόμενοι μὴ μέλλειν, ἀλλὰ προσπελάζειν τοῖς πολεμίοις, καὶ κρίνειν τὰ πράγματα διὰ μάχης. Ὁ δὲ, διακούσας, τοῖς μὲν 2
παροῦσιν ἀπεκρίθη τἆλλα σκοπεῖν, [t]περὶ δὲ τούτου ῥᾳθυμεῖν, [u]διαλήψεσθαι γὰρ τὸν καιρὸν αὐτός. Μετὰ

[s] *θεωρῶν γὰρ.* Conjunctionem ex conject. adjecit Casaub. [t] *περὶ δὲ τούτου* correxi cum Reisk. Vulgo omnes *περὶ δὲ τοῦ ῥᾳθ.* [u] *διαλήψεσθαι γὰρ* ex conject. scripsi. Vulgo *διαλήψεται* absque conjunct.

senatum populumque Romanum pacis a se pactæ cum Carthaginiensibus conditiones magno cum studio probasse, et ad omnia, quæ postulasset, faciles se præbuisse; eo nuncio vehementer lætatus, *Bæbio* mandavit, ut Carthaginiensium legatis nullum non humanitatis comitatisque genus exhiberet, eosque Carthaginem dimitteret. Ac mihi videtur *Scipio*, qui sciret, populum Romanum nihil habere antiquius fide erga legatos, sapientissimo ac prudentissimo consilio hoc fecisse, qui, rem eam apud se reputans, non tam cogitavit, *quid digni essent pati Carthaginienses*, quam *Romanis quid facere conveniret*. Is igitur, iracundiæ suæ moderatus et cupiditati, qua flagrabat, scelus admissum ulciscendi, conatus est, ut veteri verbo dicitur, *majorum præclara exempla tueri*. Itaque et eorum, qui Carthagine erant, et ipsius Hannibalis, quorum amentiam virtute et probitate sua superaverat, mirum in modum hoc facinore infregit animos.

v. Carthaginienses enimvero, cum vident urbes capi, et omni clade belli adfici, ad *Hannibalem* mittunt, orant, moram omnem ut tollat, hostibus adpropinquet, atque acie cum iis decernat. Quæ ille mandata ut accepit, iis, qui advenerant, respondit: *ceteris rebus ipsi prospiciant; de hoc quidem non laborent: tempus enim agendi quod adtinet, de eo se ipsum apud se statutu-*

Digitized by Google

δέ τινας ἡμέρας ἀναζεύξας ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἀδρύ- A. U. 552.
μητα τόπων, προῆλθε, καὶ κατεστρατοπέδευσε πρὸς
Ζάμαν. αὕτη δ' ἔστι πόλις, ἀπέχουσα Καρχηδόνος
4 ὡς πρὸς τὰς δύσεις ὁδὸν ἡμερῶν πέντε. κἀκεῖθεν ἐξέ-
πεμψε τρεῖς κατασκόπους, βουλόμενος ἐπιγνῶναι, πῶς
στρατοπεδεύουσι, καὶ πῶς [x]χειρίζεται τὰ κατὰ τὰς
5 παρεμβολάς. Ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς Πό- Speculatores Hannibali remittit Scipio.
πλιος, ἐπαναχθέντων ὡς αὐτὸν τῶν κατασκόπων, τοσοῦ-
τον ἀπέσχε τοῦ κολάζειν τοὺς ἁλωκότας, καθάπερ
ἔθος ἐστὶ τοῖς ἄλλοις, ὡς τοὐναντίον, συστήσας αὐτοῖς
χιλίαρχον, ἐπέταξε, πάντα καθαρίως ὑποδεῖξαι τὰ
6 κατὰ τὴν παρεμβολήν. Γενομένου δὲ τούτου, προσ-
επύθετο τῶν ἀνθρώπων, εἰ πάντα φιλοτίμως αὐτοῖς ὑπο-
7 δέδειχεν ὁ συσταθείς. τῶν δὲ φησάντων, δοὺς ἐφόδια
καὶ παραπομπὴν ἐξαπέστειλε, προστάξας, ἐπιμελῶς
8 Ἀννίβᾳ διασαφεῖν περὶ τῶν ἀπηντημένων αὐτοῖς. [y]Ὧν
παραγενηθέντων, θαυμάσας ὁ Ἀννίβας τὴν μεγαλο-
ψυχίαν καὶ τόλμαν τἀνδρὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς ὀρμὴν Colloqui cum Scipione cupit Hannibal.
ἔπεσε τοῦ βούλεσθαι συνελθεῖν εἰς λόγους τῷ Ποπλίῳ.
9 πρίνας δὲ τοῦτο, διεπέμψατο κήρυκα, φάσκων βού-
10 λεσθαι κοινολογηθῆναι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων. Ὁ
δὲ Πόπλιος, ἀκούσας ταῦτα τοῦ κήρυκος, συγκατε-
τίθετο τοῖς παρακαλουμένοις· ἔφη δὲ, [y]πέμπειν πρὸς

[x] χειρίζεται Casaubonus ex conject. edidit. χειρίζει dant libri omnes. χειρίζουσι malim: sed ad στρατοπεδεύουσι excidisse videtur nominativus οἱ ἀντιστρατήγοι vel οἱ Ῥωμαῖοι. [y] πέμψειν Reisk.

rum. Post dies paucos motis castris e locis circa *Adrumetum*, pergit ire, et circa *Zamam* oppidum castra locavit, quod quinque dierum itinere occasum versus ab Carthagine abest. Inde tres speculatores ab eo missi, quorum opera cognosceret, ubi Scipio castra metaretur, et quo pacto cuncta in castris administrarentur. Qui ad Romanum imperatorem quum essent deducti, tantum abfuit, ut de captis supplicium sumeret, quod facere alii solent, ut contra e tribunis militum unum eis adtribuerit, jussum, omnia ipsis bona fide ostendere, quæ essent in castris. Quod ubi factum erat, ab iisdem percunctatus est, *estne adcurate omnia ipsis ostendisset is, qui comes eis fuerat datus?* Quumque dixissent speculatores, *ita esse factum;* viatico donatos, datis qui prosequerentur, retro ad Hannibalem dimisit, jussitque, ut *cuncta Hannibali, quæ sibi accidissent, aut quæ cognovissent, diligenter renunciarent.* Post reditum speculatorum *Hannibal*, magnitudinem animi et fiduciam Scipionis demirans, impetum nescio quomodo sumsit cum illo colloquendi. Deinde, ut sedit ejus animo hæc sententia, præconem ad *Scipionem* misit, qui diceret, *velle se cum ipso de summa rerum colloqui.* Publius, audito præconis nuncio, potestatem ejus, quod postulabat, Pœno

Digitized by Google

Ol. 144. 2. αὐτὸν, διασαφῶν, ἐπειδὰν μέλλῃ συμπορεύεσθαι, τὸν τόπον καὶ τὸν καιρόν. ταῦτα μὲν οὖν ἀκούσας ὁ κήρυξ, 11
ἐπανῆλθε πάλιν εἰς τὴν ἰδίαν παρεμβολήν. Τῇ δ' 12
ἐπαύριον ἦκε Μασσανάσσης, ἔχων πεζοὺς μὲν εἰς ἑξακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ περὶ [z] τετρακισχιλίους. ὃν ἀποδε- 13
ξάμενος ὁ Πόπλιος φιλανθρώπως, καὶ συγχαρεὶς ἐπὶ τῷ πάντας ὑπηκόους πεποιῆσθαι τοὺς πρότερον Σύφακι πειθομένους, ἀνέζευξε· καὶ παραγενηθεὶς πρὸς πόλιν 14
Castra ad Naragara. [a] Ναράγαρα, κατεστρατοπέδευσε, πρός τε τὰ ἄλλα τόπον εὐφυῆ καταλαβόμενος, καὶ τὴν ὑδρείαν ἐντὸς βέλους ποιησάμενος.

VI. Κἀντεῦθεν ἐξέπεμψε πρὸς τὸν τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸν, φάσκων, ἕτοιμος εἶναι συμπορεύεσθαι πρὸς αὐτὸν εἰς λόγους. ὧν ἀκούσας Ἀννίβας, ἀνέζευξε, καὶ 2
συνεγγίσας, ὥστε μὴ πλεῖον ἀπέχειν τριάκοντα σταδίων, κατεστρατοπέδευσε πρός τινα λόφον, ὃς τὰ μὲν λοιπὰ πρὸς τὸν παρόντα καιρὸν ὀρθῶς ἔχειν ἐδόκει, τὴν δ' ὑδρείαν ἀποτέρω μικρὸν εἶχε· καὶ πολλὴν ταλαι-
πωρίαν ὑπέμενον οἱ στρατιῶται περὶ τοῦτο τὸ μέρος.
Colloquium Hannibalis cum Scipione. Κατὰ δὲ τὴν ἑξῆς ἡμέραν προῆλθον ἀπὸ τῆς ἰδίας 3
παρεμβολῆς ἀμφότεροι μετ' ὀλίγων ἱππέων· καπεῖτα χωρισθέντες ἀπὸ τούτων, αὐτοὶ συνῆλθον εἰς τὸ μέσον,
Hannibalis oratio. ἔχοντες ἑρμηνέα μεθ' ἑαυτῶν. Δεξιωσάμενος δὲ πρῶτος 4

[z] τετρακισχιλίους ex Livio correxi. Vulgo omnes περὶ ἑξακισχιλίους. [a] Ναράγαρα ex eodem Livio adscivi, pro mendose Μάργαρον.

facit, *missurum etiam se ad illum dixit, qui locum et tempus indicaret, ubi convenire Hannibalem constituisset.* His auditis in castra Punica redit præco. Postridie ejus diei *Massanissa* cum sex millibus peditum, quatuor equitum, venit. Quem ubi comiter excepisset *Scipio*, gratulatus ei, quod populos omnes, qui Syphaci prius paruerant, sui juris fecissent, castra inde movit. Ventum est ad [Margarum, sive] *Naragaram* urbem, ibi Scipio consedit, capto loco cum ad cetera opportuno, tum quod aquatio intra teli conjectum erat.

VI. Eo ex loco nuncium ad Carthaginiensem imperatorem misit, *paratum se esse* significans *ad conveniendum ipsum colloquii causa.* Hannibal, eo accepto nuncio, castra movet. Postquam propius ventum, ut jam triginta non amplius stadia in medio essent; in tumulo Pœnus consedit, commodo alioquin ad institutum negotium, nisi quod longinquioris paullo aquationis erat, ita ut ejus milites in aquando laboris plurimum sustinerent. Postero die imperatores ambo e suis castris, equitibus paucis comitati, progrediuntur: deinde soli, submotis comitibus, cum singulis interpretibus in medium procedunt. Tum HANNIBAL

Digitized by Google

A. U. 552. Hannibalis oratio.

[k] Ante παρὰ δὲ lacunæ signum posui, et intercidisse puto verba μὲν παρά τισι Ἰασείῳ. Casaubonus sua auctoritate edidit τροσαγορ. δὲ παρὰ τοῖς πλ. [l] Ante τὸν Νηλέως υἱὸν excidisse Ἰασσὸν suspicatus est Reisk. τὸν Νηλ. υἱὸν ex ing. edidit Casaub. cum esset τῶν Νηλ. υἱῶν, quod servari poterat adjecto ἴσα. Sed mox rursus corrupte libri omnes τοὺς πείσαντας, quod pariter correxit Casaub. [m] In Ἑστιάδος consentiunt libri, nisi quod ἑστιάδος det Reg. G. Ἑστίας suspicatus est Casaub. quod et cum eodem in vers. Lat. expressi. Ἑστιάδος defendit Reisk. *Dianam, Vestalem vel Focalem* cognominatam suspicans. [n] Hiatus notam adposuit Casaub. Deesse videtur ἀκυρίας.

Jassius,] a plerisque vero *Bargylicticus* adpellari solet, adpellatione indita ab iis urbibus, quæ in ejus recessu sunt conditæ. Hi primam sibi generis originem fuisse ab Argivis gloriantur, proximam a Milesiis; quum majores ipsorum, post ingentem bello Carico acceptam cladem civium, filium *Nelei*, qui Miletum coloniam deduxerat, in suam accivissent urbem. Oppidi magnitudo decem est stadiorum. Fama est, eaque apud Bargylietas pro vera obtinet, *simulacrum Dianæ Cindyadis, etsi sub dio positum, neque ningi umquam, neque compluere* quod etiam de *Vesta* apud *Jassenses* dicitur. Nec desunt, ne ex historiæ quidem scriptoribus, qui hæc in literas retulerunt. Ego vero dictis hujusmodi eorum, qui res gestas scribunt, nescio quo modo per totum hoc opus non possum non obsistere, et impatientissime illa ferre. Nam equidem puerilis utique levitatis duco hæc talia, quæ propius considerata non solum a rationibus probabilibus abhorrent, sed etiam ab eo quod fieri potest. Dicere enim, *quædam corpora in lumine posita umbram non efficere*, hominis est deplorati ingenii. Hoc tamen *Theopompus* fecit, qui auctor est, *eos, qui in templum Jovis in Arcadia,*

Digitized by Google

ἄξιον ἐμβάντας καὶ Ἀρκαδίαν ἀσπίους γίγνεσθαι. A. U. 553.
τούτῳ δὲ παραπλήσιόν ἐστι καὶ τὸ νῦν λεγόμενον.
9 Ὅσα μὲν οὖν συντείνει πρὸς τὸ διασώζειν τὴν τοῦ In narrandis mirabilibus modus tenendus.
πλήθους εὐσέβειαν πρὸς τὸ θεῖον, δοτέον ἐστὶ συγγνώμην
ἰδίοις τῶν συγγραφέων, τερατευομένοις καὶ λογοποιοῦσι
περὶ τὰ τοιαῦτα· τὸ δ' ὑπεραῖρον οὐ συγχωρητέον.
10 Τάχα μὲν οὖν ἐν παντὶ δυσπαράγραφός ἐστιν ἡ τοσό-
της· οὐ μὴν ἀπαράγραφός γε. Διὸ καὶ παρὰ βραχὺ
11 μὲν ° ἢ καὶ ἀγνοεῖν ἢ καὶ ψευδοδοξεῖν, δεδόσθω συγ-
γνώμη· τὸ δ' ὑπεραῖρον ἀθετείσθω κατά γε τὴν ἐμὴν
δόξαν.

IV. *Res Peloponnesi.*

* * *

XIII. ΚΑΤΑ τὴν Πελοπόννησον τίνα μὲν ἐξαρχῆς Nabis, tyrannus Laced.
προαίρεσιν ἐνεστήσατο Νάβις, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων τύ-
ραννος, καὶ πῶς, ἐκβαλὼν τοὺς πολίτας, ἠλευθέρωσε
τοὺς δούλους καὶ συνῴκισε ταῖς τῶν δεσποτῶν γυναιξὶ
2 καὶ θυγατράσιν· ὁμοίως δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἀναδείξας
τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν οἷον ἄσυλον ἱερὸν τοῖς ἢ δι' ἀσέβειαν
ἢ πονηρίαν φεύγουσι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ἤθροισε
3 πλῆθος ἀνθρώπων ἀνοσίων εἰς τὴν Σπάρτην· ἐν τοῖς πρὸ
τούτων δεδηλώκαμεν. Πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον κατὰ

° ἢ καὶ ἀγνοεῖν ἢ καὶ. Sic Casaub. ex conject. Libri omnes cum Hervagio εἰ καὶ ἀγνοεῖν καὶ ψευδ. Unde Reiskius maluit μὲν τι καὶ ἀγνοεῖν καὶ ψευδ.

quod nemini adire licet, fuerint ingressi, umbræ expertes reddi. Cui simile est, quod modo dicebamus. Enimvero in iis quidem, quæ ad conservandam vulgi pietatem erga divinum numen pertinent, danda est nonnullis scriptorum venia, si miraculorum narrationibus et id genus fabulis indulgeant: verumtamen, quod modum excedit, id illis non condonandum. Et est quidem fortasse in omni re difficile, terminum invenire, ubi sistas; non plane tamen ejus inveniendi negata est facultas. Itaque, si meo standum judicio, detur his venia aut ignorantibus quædam, aut falsa etiam opinantibus, dumtaxat intra modum: sin autem res modum penitus excesserit, repudianda censetur.

(IV.) *Excerptum Valesianum.*

* * *

XIII. In Peloponneso quodnam ab initio fuerit institutum *Nabidis*, Lacedæmoniorum tyranni, ac quomodo expulsis civibus servos ad libertatem vocaverit, ac dominorum uxoribus ac filiabus matrimonio conjunxerit, superioribus libris ostendimus; ac præterea quomodo potentiam suam tamquam asylum quoddam cunctis, ob impietatem ac malitiam patria profugis, ostentans, perditorum hominum colluviem Spartam congregaverit. Nunc vero, qua ratione his temporibus, quæ paullo

Digitized by Google

Ol. 144. 3. Messenam proditione capit.

τοὺς προειρημένους καιροὺς, σύμμαχος ὑπάρχων Αἰτωλοῖς, Ἠλείοις, Μεσσηνίοις, καὶ πᾶσι τούτοις ὀφείλων καὶ κατὰ τοὺς ὅρκους, καὶ κατὰ τὰς συνθήκας βοηθεῖν, εἴ τις ἐπ' αὐτοὺς ἴοι, παρ' οὐδὲν ποιησάμενος τὰς προειρημένας πίστεις, ἐπεβάλετο παρασπονδῆσαι τὴν τῶν Μεσσηνίων πόλιν, νῦν ἐροῦμεν. * * *

V. *Polybii Excursus, de Zenone et Antisthene, scriptoribus Rhodiis.*

* * *

Zeno et Antisthenes Rhodii, Historici illustres.

XIV. Ἐπεὶ δέ τινες τῶν τὰς κατὰ μέρος γραφόντων πράξεις γεγράφασι καὶ περὶ τούτων τῶν καιρῶν, ἐν οἷς τά τε κατὰ Μεσσηνίους, καὶ τὰ κατὰ τὰς προειρημένας [P] ναυμαχίας συνετελέσθη, βούλομαι βραχέα περὶ αὐτῶν διαλεχθῆναι. Ποιήσομαι δὲ οὐ πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' 2 ὅσους ὑπολαμβάνω μνήμης ἀξίους εἶναι καὶ διαστολῆς· εἰσὶ δ' οὗτοι Ζήνων καὶ Ἀντισθένης, οἱ Ῥόδιοι. Τούτους 3 δὲ ἀξίους εἶναι κρίνω διὰ πλείους αἰτίας. καὶ γὰρ κατὰ τοὺς καιροὺς γεγόνασι, [q] καὶ πατρίδι πεπολίτευνται, καὶ καθόλου πεποίηνται τὴν πραγματείαν οὐκ ὠφελείας χάριν, ἀλλὰ δόξης καὶ τοῦ καθήκοντος ἀνδράσι πολιτικοῖς. Τῷ δὲ τὰς αὐτὰς γράφειν ἡμῖν πράξεις, 4 ἀναγκαῖόν ἐστι, μὴ παρασιωπᾶν, ἵνα μὴ τῷ τῆς πατρί-

P ναυμαχίας correxi cum Reisk. Vulgo συμμαχίας. q καὶ πατρίδι ex conject. scripsi. Vulgo mendose καὶ περὶ περι ex cod. Peiresc. edebatur, quod ex καὶ περὶ ἴσι corruptum suspicatus est Vales. καὶ ἐν τῇ πατρίδι voluit Reisk.

ante notavi, socius cum esset Ætolorum, Eliensium ac Messeniorum, iisque omnibus, ubi opus esset, opem ferre teneretur, cum ex juramento solenniter præstito, tum ex fœdere, nihilominus calcata omni fide *Messeniorum* urbem violare sit adgressus, deinceps referam. * * *

V. *Excerptum Valesianum.*

* * *

XIV. Sed quoniam nonnulli ex iis, qui *particulares Historias* condiderunt, de his quoque temporibus scripsere, quibus et ista Messeniis acciderunt, et pugnatæ sunt navales illæ pugnæ, quæ a nobis expositæ sunt; fert animus, pauca de ipsis illis scriptoribus disserere. Dicam autem non de omnibus, sed de iis dumtaxat, qui memoratu maxime digni atque illustres mihi videntur. Hi sunt *Zeno atque Antisthenes, Rhodii:* quos multis ex caussis nobilissimos esse existimo. Nam et illis ipsis temporibus vixerunt, et rempublicam in patria sua administrarunt, atque postremo non utilitatis propriæ caussa, sed gloriæ studio, ac prout viros decet in republica versatos, ad scribendum se contulerunt. Quoniam vero easdem res ac nos ipsi historiæ mandarunt, non sunt silentio prætereundi; ne histo-

Digitized by Google

δος ὀνόματι καὶ τῷ δοκεῖν οἰκειοτάτας εἶναι Ῥοδίοις τὰς κατὰ θάλατταν πράξεις, ἡμῶν ἀντιδοξούντων πρὸς αὐτοὺς, ἔνιοι μᾶλλον ἐπακολουθήσουσιν ἐκείνοις, ἢπερ ἡμῖν, οἱ φιλομαθοῦντες. Οὗτοι τοιγαροῦν ἀμφότεροι πρῶτον μὲν τὴν περὶ Λάδην ναυμαχίαν οὐχ ἧττω τῆς περὶ Χῖον, ἀλλ' ἐνεργεστέραν καὶ παραβολωτέραν ἀποφαίνουσι, καὶ τῇ κατὰ μέρος τοῦ κινδύνου χρείᾳ καὶ συντελείᾳ· καὶ καθόλου, φασὶ, τὸ νίκημα γεγονέναι κατὰ τοὺς Ῥοδίους. Ἐγὼ δὲ, διότι μὲν δεῖ ῥοπὰς διδόναι ταῖς αὐτῶν πατρίσι τοὺς συγγραφέας, συγχωρήσαιμ' ἄν· οὐ μὴν τὰς ἐναντίας τοῖς συμβεβηκόσιν ἀποφάσεις ποιεῖσθαι περὶ αὐτῶν. ἱκανὰ γὰρ τὰ κατ' ἄγνοιαν γιγνόμενα τοῖς γράφουσιν, ἃ διαφυγεῖν ἄνθρωπον δυσχερές. Ἐὰν δὲ κατὰ προαίρεσιν ψευδογραφῶμεν, ἢ πατρίδος ἕνεκεν, ἢ φίλων, ἢ χάριτος, τί διοίσομεν τῶν ἀπὸ τούτου τὸν βίον ποριζομένων; ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι, τῷ λυσιτελεῖ μετροῦντες, ἀδοκίμους ποιοῦσι τὰς αὐτῶν συντάξεις· οὕτως οἱ πολιτικοὶ, τῷ μισεῖν ἢ τῷ φιλεῖν ἑλκόμενοι, πολλάκις εἰς [r]τὸ αὐτὸ τέλος ἐμπίπτουσι τοῖς προειρημένοις. δι' ὃ δεῖ καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιμελῶς τοὺς μὲν ἀναγινώσκοντας παρατηρεῖν, τοὺς δὲ γράφοντας αὐτοὺς παραφυλάττεσθαι.

A. U. 558. Dissentiunt a Polybio de Pugna navali ad Laden.

XV. Δῆλον δ' ἔστι τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν ἐνεστώτων,

[r] Adjeci articulum, qui aberat vulgo.

riæ studiosi, patriæ celebritate eaque opinione inducti, quod rei navalis gloria Rhodiorum propria esse videtur, si quando ab illis scriptoribus dissentiamus, illorum sententiæ libentius quam nostræ accedant. Igitur ambo illi primum quidem aiunt, *Prælium navale ad Laden non infertius fuisse pugna ad Chium, sed longe acrius ac formidolosius: et cum particulatim in singulis pugnæ momentis atque rebus gestis, tum in summa rei penes Rhodios stetisse victoriam*, adfirmant. Ego vero, scriptores paululum in patriæ suæ gratiam inclinare debere, non diffitear: sed ita tamen, ut ne talia de ea prædicent, quæ sunt rebus gestis contraria. Etenim sunt alia sat multa peccata, in quæ ex veri ignoratione scriptores incurrunt; quæ quidem, cum homines nati simus, vitare difficile est. Quod si etiam de industria falsum scientes scribamus, sive in patriæ, sive in amicorum gratiam; quid interest inter nos atque eos, qui ejusmodi instituto victum sibi comparant? Nam quemadmodum illi, veritatem utilitate sua metiendo, scriptis suis auctoritatem detrahunt: sic viri in republica exercitati, sæpenumero odio aut amore attracti, in idem atque isti vitium incidere solent. Proinde et lectores diligenter ad hoc attendere oportet, et scriptores ipsos sedulo sibi ab hac parte cavere.

xv. Atque hoc ex iis, quæ in mani-

Digitized by Google

Cl. 144. 2. De Pugna navali ad Laden.

Ὁμολογοῦντες γὰρ οἱ προειρημένοι, διὰ τῶν κατὰ μέρος, ἐν τῇ περὶ Λάδην ναυμαχίᾳ δύω μὲν αὐτέκδρους πεντήρεις τῶν Ῥοδίων ὑποχειρίους γενέσθαι τοῖς πολεμίοις· ἐκ δὲ τοῦ κινδύνου μιᾶς νηὸς ἐπαραμένης τὸν δόλωνα διὰ τὸ τετρωμένην αὐτὴν θαλαττοῦσθαι, πολλοὺς καὶ τῶν ἐγγὺς τὸ παραπλήσιον ποιοῦντας ἀποχωρεῖν πρὸς τὸ πέλαγος· τέλος δὲ μετ' ὀλίγων καταλειφθέντα τὸν ναύαρχον ἀναγκασθῆναι ταυτὸ τοῖς προειρημένοις πράττειν· καὶ τότε μὲν εἰς τὴν Μυνδίαν ἀπουρώσαντας καθορμισθῆναι, τῇ δ' ἐπαύριον ἀναχθέντας εἰς Κῶ διᾶραι· τοὺς δὲ πολεμίους τὰς πεντήρεις ἐνάψασθαι, καὶ καθορμισθέντας ἐπὶ τὴν Λάδην, ἐπὶ τῇ κείνων στρατοπεδείᾳ ποιήσασθαι τὴν ἔπαυλιν· ἔτι δὲ, τοὺς Μιλησίους, καταπλαγέντας τὸ γεγονὸς, οὐ μόνον τὸν Φίλιππον, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἡρακλείδην στεφανῶσαι διὰ τὴν ἔφοδον. Ταῦτα δ' εἰρηκότες, ἃ προφανῶς ἐστιν ἴδια τῶν ἡττημένων, ὅμως καὶ διὰ τῶν κατὰ μέρος, καὶ διὰ τῆς καθολικῆς ἀποφάσεως, νικῶντας ἀποφαίνουσι τοὺς Ῥοδίους· καὶ ταῦτα, τῆς ἐπιστολῆς ἔτι μενούσης ἐν τῷ πρυτανείῳ, τῆς ὑπ' αὐτοὺς τοὺς καιροὺς ὑπὸ τοῦ ναυάρχου πεμφθείσης περὶ τούτων τῇ τε βουλῇ καὶ τοῖς πρυτάνεσιν, οὐ ταῖς Ἀντισθένους καὶ Ζήνωνος [a]ἀποφάσεσιν *, ἀλλὰ ταῖς ἡμετέραις.

1 2 3 4 5 6 7 8

XVI. Ἐξῆς δὲ τοῖς προειρημένοις, γράφουσι περὶ τοῦ

[a] Post ἀποφάσεσιν supple μαρτυρούσης aut simile verbum.

bus nunc habemus, perspicuum est. Nam cum auctores illi superius nominati in rerum singularum expositione fateantur, *in pugna navali ad Laden duas Rhodiorum quinqueremes cum ipsis viris ab hoste esse captas; et in ipso discrimine, cum navis una vulnerata, jamjamque submergenda, dolonem sustulisset, multos ex proximis navibus exemplum secutos, in altum refugisse, tandemque præfectum classis, cum paucis relictum, idem invitum fecisse; ac tum quidem in Myndiam tempestate ejectos, postridie inde profectos in insulam Co trajecisse; hostes vero et quinqueremes captas ad naves suas religasse, et, adpulsis navibus ad insulam Laden, in ipsis Rhodiorum castris stationem fecisse; præterea Milesios, rei eventu territos, non Philippo solum, sed etiam Heraclidi urbem ingressis coronas obtulisse:* hæc cum illi fateantur, quæ victos manifesto arguunt; nihilominus cum in singulis partibus, tum in generali sententia, quam de summa rei ferunt, *Rhodios victores* pronunciant: idque, cum etiamnunc in prytaneo exstent literæ, his de rebus per id ipsum tempus a navarcho scriptæ ad senatum magistratusque Rhodiorum, quæ literæ non *Antisthenis ac Zenonis* narrationi, sed nostræ, consentiunt.

XVI. Postea iidem auctores de injuria scribunt, contra fœderis leges

Digitized by Google

2 κατὰ Μεσσηνίους παρασπονδήματος. Ἐν ᾧ φησιν ὁ Ζήνων, ὁρμήσαντα τὸν Νάβιν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, καὶ διαβάντα τὸν Εὐρώταν ποταμὸν, παρὰ τὸν Ὁπλίτην προσαγορευόμενον πορεύεσθαι διὰ τῆς ὁδοῦ τῆς στενῆς παρὰ τὸ Πολιάσιον, ἕως ἐπὶ τοὺς [t]κατὰ Σελλασίαν 3 ἀφίκετο τόπους· ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ Θαλάμας ἐπιβαλόντα κατὰ [u]Φαρὰς παραγενέσθαι πρὸς τὸν Πάμισον ποταμόν. 4 Ὑπὲρ ὧν οὐκ οἶδα, πῶς χρὴ λέγειν. τοιαύτην γὰρ φύσιν ἔχει τὰ προειρημένα πάντα συλλήβδην, ὥστε μηδὲν διαφέρειν τοῦ λέγειν, ὅτι ποιησάμενός τις ἐκ Κορίνθου τὴν ὁρμὴν, καὶ διαπορευθεὶς τὸν Ἰσθμὸν, καὶ συνάψας ταῖς [x]Σκιρωνίσιν, εὐθέως ἐπὶ τὴν [y]Κοντοπορίαν [z]ἐπεβάλετο, καὶ [a]παρὰ τὰς Μυκήνας ἐποιεῖτο τὴν 5 πορείαν εἰς Ἄργος. Ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον παρὰ μικρόν ἐστιν, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν διάθεσιν ἔχει πρὸς ἄλληλα. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Ἰσθμόν ἐστι καὶ τὰς Σκιράδας πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Κορίνθου, τὰ δὲ κατὰ τὴν Κοντοπορίαν καὶ Μυκήνας, ἔγγιστα πρὸς δύσεις χειμερινάς. 6 ὥστ' εἶναι τελέως ἀδύνατον, ἀπὸ τῶν προηγουμένων 7 ἐπιβαλεῖν τοῖς προειρημένοις τόποις. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ 8 περὶ τοὺς κατὰ τὴν Λακεδαίμονα συμβέβηκεν. ὁ μὲν γὰρ Εὐρώτας καὶ τὰ περὶ τὴν [b]Σελλασίαν κεῖται τῆς Σπάρτης ὡς πρὸς τὰς θερινὰς ἀνατολάς· τὰ δὲ κατὰ Θαλάμας, καὶ Φαρὰς, καὶ Πάμισον, ὡς πρὸς τὰς

A. U. 553. De expeditione Nabidis adv. Messenam.

[t] κατὰ Σελλασίαν correxi ex mente Valesii. Vulgo h. l. κατὰ ἕλλας ex cod. Peir. [u] Vulgo Φάρας. et sic infra ad vers. 8. h. c. [x] Σκιρωνίσιν correxi monente Valesio. Mendose h. l. codex Κυρυνίσιν. [y] Vulgo h. l. Κοντοπόρειαν. [z] Immo ἐπέβαλε. [a] παρὰ τὰς Μυκ ex conj. correxi. Vulgo περὶ τὰς Μυκ. [b] Pro Σελλασίαν h. l. utrobique Βελλασίαν dabat cod. Peiresc.

Messeniis illata. Quo loco *Zeno* ait: *Nabim, Lacedæmone profectum, trajecto Eurota fluvio, juxta rivum, qui Hoplites vocatur, via, quam Sthenen seu angustam vocant, iter fecisse præter Poliasium, donec ad Sellasiæ agrum pervenit. Inde Thalamas delatum per oppidum Pharas ad Pamisum fluvium venisse.* De quibus equidem quid dicam, non habeo. Prorsus enim idem est, ac si diceres, Corintho profectum quempiam, trajecto Isthmo, postquam Scironidas ad petras accessit, recta Contoporiam venisse, ac præter Mycenas iter Argos fecisse. Hæc enim haudquaquam levi differentia, sed plane contrario situ sibi invicem sunt opposita: quippe Isthmus et Scironia saxa ad ortum sunt Corintho; Contoporia autem ac Mycenæ proxime ad occasum hibernum. Proinde fieri nullo modo potest, ut, qui iter illud teneat, ad loca superius memorata umquam aceedat. Eadem vero ratio est illorum Laconiæ locorum. Namque *Eurotas* et ager *Sellasiorum* ad orientem æstivum *Spartæ* siti sunt; *Thalamæ* vero et *Pharæ* ac *Pamisus* amnis pro-

Digitized by Google

Ol. 144. 3. De expeditione Nabidis adv. Messenam.

χειμερινὰς δύσεις. ὅθεν οὐχ οἷον ἐπὶ τὴν [a]Σελλασίαν, 9
ἀλλ' οὐδὲ τὸν Εὐρώταν δέον ἐστὶ διαβαίνειν τὸν προτι-
θέμενον παρὰ Θαλάμας ποιεῖσθαι τὴν πορείαν εἰς τὴν
Μεσσηνίαν.

XVII. Πρὸς δὲ τούτοις φησὶ, τὴν ἐπάνοδον ἐκ τῆς
Μεσσήνης πεποιῆσθαι τὸν Νάβιν κατὰ τὴν πύλην, τὴν
φέρουσαν ἐπὶ Τέγεαν. Τοῦτο δ' ἔστιν ἄλογον. πρό- 2
κειται γὰρ τῆς Τεγέας ἡ Μεγάλη Πόλις ὡς πρὸς τὴν
Μεσσήνην, ὥστ' ἀδύνατον εἶναι, καλεῖσθαί τινα πύλην
παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις ἐπὶ Τέγεαν. ἀλλ' ἔστι παρ' αὐ- 3
τοῖς πύλη Τεγεάτις προσαγορευομένη, καθ' ἣν ἐποίησε
τὴν ἐπάνοδον Νάβις· ᾧ πλανηθεὶς, ἔγγιον ὑπέλαβε τὴν
Τέγεαν εἶναι [b]Μεσσηνίων. τὸ δ' ἔστιν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' 4
ἡ Λακωνικὴ καὶ ἡ Μεγαλοπολίτις χώρα μεταξὺ κεῖται
τῆς Μεσσηνίας καὶ Τεγεάτιδος. Τὸ δὲ τελευταῖον· 5
φησὶ γὰρ, τὸν Ἀλφειὸν, ἐκ τῆς πηγῆς εὐθέως κρυ-
φθέντα, καὶ πολὺν ἐνεχθέντα τόπον ὑπὸ γῆς, ἐκβάλλειν
περὶ Λυκόαν τῆς Ἀρκαδίας. Ὁ δὲ ποταμὸς, οὐ πολὺν 6
τόπον ἀποσχὼν τῆς πηγῆς, καὶ κρυφθεὶς ἐπὶ δέκα
[c]στάδια, πάλιν ἐκπίπτει· καὶ τὸ λοιπὸν φερόμενος διὰ 7
τῆς Μεγαλοπολίτιδος, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐλαφρὸς, εἶτα
λαμβάνων αὔξησιν, καὶ διανύσας ἐπιφανῶς πᾶσαν τὴν
προειρημένην χώραν [d]ἐπὶ σ' σταδίους, γίγνεται πρὸς

[b] Μεσσηνίων ex Valesii conj. correxi. Corrupte vulgo μίων. [c] σταδίους Suid. [d] ἐπὶ δέκα σταδίους ἐκφανὴς γίγνεται Suid.

xime ad occasum hibernum. Quo fit, non modo ut Sellasiam pervenire, sed ne Eurotam quidem trajicere debeat is, qui per Thalamas in Messeniam iter instituerit.

XVII. Insuper scribit, *Nabidem Messena reversum esse per portam, qua iter est Tegeam.* Quod est absurdum. Namque ante Tegeam, versus ipsam Messenam, sita est Megalopolis; ut nulla porta apud Messenios ita vocari possit, *ad Tegeam.* Est quidem apud eos porta, quæ *Tegeatis* appellatur, qua Nabis domum reversus est: qua re in errorem inductus Zeno, proximam Messenæ Tegeam esse existimavit. Atqui aliter res habet: nam Laconicus ac Megalopolitanus ager Messeniam inter ac Tegeatidem interjacet. Postremo idem *Zeno* adfirmat: *Alpheum, ab ipso statim fonte occultatum, postquam per longinqua terræ spatia subterraneus fluxit, circa Lycoam Arcadiæ oppidum esse egerere.* At hic fluvius, non procul a suis fontibus infra terram subiens, ac per decem stadia occultus, rursus erumpit: ac deinceps per Megalopolitanum agrum fluens, initio quidem modicus, postea incremento accepto, celebris univer-

Digitized by Google

Λυκόαν, ἤδη προσειληφὼς καὶ τὸ τοῦ [e] Λουσίου ῥεῦμα, A. U. 553.
8 καὶ παντελῶς [f] ἄβατος ὢν καὶ βαρύς. * * * [g] Οὐ μὴν, De expeditione Nabidis adv. Messenam.
ἀλλὰ καὶ πάντα μοι δοκεῖ τὰ προειρημένα, διαπτώματα μὲν εἶναι, πρόφασιν δὲ ἐπιδέχεσθαι καὶ παραίτησιν· τὰ μὲν γὰρ δι' ἄγνοιαν γέγονε, τὸ δὲ περὶ τὴν ναυμαχίαν διὰ τὴν πρὸς τὴν πατρίδα φιλοστοργίαν.
9 [h] Εἶτα, τίς οὐκ εἰκότως ἂν Ζήνωνι μέμψαιτο, διότι τὸ πλεῖον οὐ περὶ τὴν τῶν πραγμάτων ζήτησιν, οὐδὲ περὶ τὸν χειρισμὸν τῆς ὑποθέσεως, ἀλλὰ περὶ τὴν τῆς λέξεως κατασκευὴν ἐσπούδακε, καὶ δῆλός ἐστι πολλάκις ἐπὶ τούτῳ σεμνυνόμενος, καθάπερ καὶ πλείους ἕτεροι τῶν
10 ἐπιφανῶν συγγραφέων; Ἐγὼ δὲ φημὶ μὲν, δεῖν πρόνοιαν ποιεῖσθαι καὶ σπουδάζειν ὑπὲρ τοῦ δέοντος ἐξαγγέλλειν τὰς πράξεις· δῆλον γὰρ, ὡς οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ συμβάλλεται τοῦτο πρὸς τὴν ἱστορίαν· οὐ μὴν ἡγεμονικώτατόν γε καὶ πρῶτον αὐτὸ παρὰ τοῖς μετρίοις
11 ἀνδράσι τίθεσθαι. πολλοῦ γε [i] δεῖ· ἄλλα γὰρ ἂν εἴη καλλίω μέρη τῆς ἱστορίας, ἐφ' οἷς ἂν μᾶλλον σεμνυνθείη πολιτικὸς ἀνήρ.

XVIII. Ὃ δὲ λέγειν βούλομαι, γένοιτ' ἂν οὕτω De pugna Antiochi et Scopæ ad Panium. Ol. 145. 2. A. U. 556.
2 μάλιστα καταφανές. Ἐξηγούμενος γὰρ ὁ προειρημένος συγγραφεὺς τήν τε Γάζης πολιορκίαν καὶ τὴν γενομένην

[e] Λυκόαν correxi ex Suida. Vulgo Λυσίου. [f] Abest vulgo ὢν, quod ex Suida adjeci. Sed apud eumdem Suidam abest καὶ ante παντελῶς. [g] Ubi lacunæ notam posui, ibi in MSto legitur: Ζήτει· ἐλλιπὲς δίλυσι. [h] Εἶτα τίς οὐκ correxi cum Reiskio. Mendose vulgo Εἴ τις ουν. [i] Correxi vulgatum δεῖν.

sam illam regionem permeat per ducenta stadia, et sic demum Lycoam attingit, adscito jam flumine Lusio validus omnino, nec vado permeabilis. * * * Enimvero cuncta hujusmodi mihi quidem peccata esse videntur, sed quæ excusationem ac veniam admittant: hæc enim ex ignoratione veri profecta sunt; illud vero, de pugna navali, ex innato erga patriam amore fluxit. Quamquam non immerito aliquis *Zenonem* accuset, quod non in ipsa rerum inquisitione, neque in argumenti sui tractatione, sed in *dictionis elegantia* plurimum studii posuit, atque in eo sæpiuscule se jactat: quod quidem et plerique alii scriptores celeberrimi nominis fecere. Ego vero curam quidem ac studium in eo collocandum esse censeo, ut res gestæ eleganter atque ornate proferantur; neque enim exigua, sed maxima inde utilitas historiæ accedit: ita tamen, ut ne prima ac potissima ea pars a viris moderatis habeatur. Multum profecto abest: aliæ enim sunt præstantiores Historiæ partes, in quibus vir, rerum civilium gnarus, justius sese ostentet.

XVIII. Hoc, quod dico, ex sequenti exemplo manifestum fiet. Idem hic Scriptor, ubi *Gazæ obsidionem* atque

Digitized by Google

Ol. 144. 3. De pugna ad Panium. Ol. 145. 2.

παράταξιν Ἀντιόχου πρὸς Σκόπαν ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ περὶ τὸ Πάνιον, περὶ μὲν τὴν τῆς λέξεως κατασκευὴν δῆλός ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον ἐσπουδακὼς, ὡς ὑπερβολὴν τερατείας μὴ καταλιπεῖν τοῖς τὰς ἐπιδεικτικὰς καὶ πρὸς ἔκπληξιν τῶν πολλῶν συντάξεις ποιουμένοις. τῶν γε μὴν πραγμάτων ἐπὶ τοσοῦτον ὠλιγώρησεν, ὥστε πάλιν ἀνεπίβλητον εἶναι τὴν εὐχέρειαν καὶ τὴν ἀπειρίαν τοῦ συγγραφέως. Προθέμενος γὰρ πρώτην διασαφεῖν τὴν 4 τῶν περὶ τὸν Σκόπαν ἔκταξιν, τῷ μὲν δεξιῷ κέρατί φησι τῆς ὑπαρείας ἔχεσθαι τὴν φάλαγγα μετ' ὀλίγων ἱππέων· τὸ δ' εὐώνυμον αὐτῆς, καὶ τοὺς ἱππεῖς πάντας τοὺς ἐπὶ τούτου τεταγμένους, ἐν τοῖς ἐπιπέδοις κεῖσθαι. τὸν δ' Ἀντίοχον [k]ἔτι μὲν τῆς ἑωθινῆς ἐκπέμψαι φησὶ 5 τὸν πρεσβύτερον υἱὸν Ἀντίοχον, ἔχοντα μέρος τι τῆς δυνάμεως, ἵνα προκαταλάβηται τῆς ὀρεινῆς τοὺς ὑπερκειμένους τῶν πολεμίων τόπους· τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν 6 ἅμα τῷ φωτὶ διαβιβάσαντα τὸν ποταμὸν, μεταξὺ τῶν στρατοπέδων ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐκτάττειν, τιθέντα τοὺς μὲν φαλαγγίτας ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν κατὰ μέσην τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, τῶν δ' ἱππέων τοὺς μὲν ἐπὶ τὸ λαιὸν κέρας τῆς φάλαγγος, τοὺς δ' ἐπὶ τὸ δεξιὸν, ἐν οἷς εἶναι καὶ τὴν κατάφρακτον ἵππον, ἧς ἡγεῖτο πάσης ὁ νεώτερος Ἀντίοχος τῶν υἱῶν. μετὰ δὲ ταῦτα, φησὶ, τὰ θηρία 7 προτάξαι τῆς φάλαγγος ἐν διαστήματι, καὶ τοὺς μετ'

[k] ἔτι μὲν correxi cum Reisk. Vulgo ἐπὶ μὲν.

illud *prælium* narrat, *quo Antiochus in Syria Cœle ad Panium cum Scopa conflixit*, in sermonis ornatu tantum studium posuisse deprehenditur, ut illos etiam, qui ex professo ad ostentationem ac plausum scripta sua componunt, longo intervallo superarit. In rebus autem ipsis adeo negligens fuit, ut hac levitate illius atque imperitia nulla major esse possit. Ordinem enim *instructæ a Scopa aciei* primum exponere exorsus, *in dextro quidem cornu phalangem cum modica parte equitatus ad pedem montis constitisse* scribit; *cornu vero ejusdem sinistrum, atque omnes in eo cornu ordinatos equites, planitiem tenuisse. Ceterum Antiochum prima etiamnum luce partem copiarum, præfecto majore e filiis Antiocho, præmisisse, ut editiora montium loca, quæ hostibus immineant, occuparet: dein sole illucescente, trajecto cum reliquis copiis fluvio, inter utraque castra in planitie aciem instruxisse; ac phalangem quidem uno ordine mediæ hostium acici opposuisse; equitatus vero partem ad sinistrum phalangis cornu constituisse, partem ad dextrum, in quo et cataphracti erant equites, quibus Antiochus, filiorum junior, erat præfectus.* Deinde subdit, *elephantos ante ipsam phalangem in prima acie certis inter-*

Digitized by Google

Ἀντιπάτρου Ταραντίνους, τὰ δὲ μεταξὺ τῶν θηρίων πληρῶσαι τοῖς τοξόταις καὶ σφενδονήταις, αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς ἑταιρικῆς ἵππου καὶ τῶν ὑπασπιστῶν κατόπιν ἐπιστῆναι τοῖς θηρίοις. Ταῦτα δὲ ὑποθέμενος, τὸν μὲν κέντρον Ἀντίοχον, φησὶν, ὃν ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἔθηκε κατὰ τὸ λαιὸν τῶν πολεμίων, ἔχοντα τὴν κατάφρακτον ἵππον, τοῦτον ἐκ τῆς ὀρεινῆς ἐπεκχθέντα τρέψασθαι τοὺς ἱππέας τοὺς περὶ τὸν Πτολεμαῖον τὸν Ἀερόπου, καὶ καταδιώκειν, ὃς ἐτύγχανε τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπιτεταγμένος ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐπὶ τῶν εὐωνύμων. τὰς δὲ φάλαγγας, ἐπεὶ συνέβαλον ἀλλήλαις, μάχην ποιεῖν ἰσχυράν. ὅτι δὲ συμβαλεῖν ἀδύνατον ἦν, τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν εὐζώνων προτεταγμένων, τοῦτο οὐκέτι συνορᾷ.

A. U. 553. De pugna ad Panium, A. U. 556.

XIX. Μετὰ δὲ ταῦτα, φησὶ, καταπροτερουμένην τὴν φάλαγγα ταῖς [1]εὐχερείαις καὶ πιεζομένην ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν, ἀναχωρεῖν ἐπὶ πόδα· [m]τὰ δὲ θηρία, τοὺς ἐγκλίνοντας ἐνδεχόμενα, καὶ συμπίπτοντα τοῖς πολεμίοις, μεγάλην παρέχεσθαι χρείαν. Πῶς δὲ ταῦτα γέγονεν ὀπίσω τῆς φάλαγγος, οὐ ῥᾴδιον καταμαθεῖν, ἢ πῶς, γενόμενα, παρεῖχετο χρείαν μεγάλην, ὅτε γὰρ ἅπαξ αἱ φάλαγγες συνέπεσον ἀλλήλαις, οὐκέτι δυνατὸν ἦν, κρῖναι τὰ θηρία, τίς [n]τῶν ὑποπιπτόντων φίλιος ἢ

[1] Forsan εὐχειρίαις. [m] Adjeci δὲ, quod abest vulgo. [n] Articulum adjeci cum Reiskio.

vallis ordinatos fuisse cum equitibus Tarentinis, quibus præerat Antipater; intervalla autem belluarum sagittariis ac funditoribus Antiochum compleviase; ipsum, cum Amicorum ala et corporis custodibus, post belluas stetisse. Atque his ita præmissis, mox *juniorem Antiochum*, quem *in planitie e regione sinistri hostium cornu cataphractis equitibus præfectum* posuerat, *eumdem*, ait, *subito ex collibus coortum, equites, quibus Ptolemæus Aëropi filius præerat, in fugam vertisse, ac diu persecutum esse; qui quidem Ptolemæus Ætolos in planitie ad lævam positos ducebat: ipsas autem phalanges, postquam congressæ invicem sunt, acre prælium fecisse.* Atqui non animadvertit, prorsus fieri non potuisse, ut, in prima aciei consistentibus elephantis et equitibus levique armatura, phalanges inter se congrederentur.

XIX. Postea subjicit, *Macedonum phalangem, agitatam cedentem incumbentium Ætolorum, pede presso se recepisse; elephantos vero, cum cedentes reciperent, atque in hostem ferrentur, magno adjumento fuisse.* Qua ratione autem elephanti a tergo phalangis fuerint, aut, si ibi fuerunt, quo pacto magnum adtulerint commodum, intelligere difficile est. Simul enim ac phalanges inter se concurrerunt, discernere belluæ amplius non potue-

Digitized by Google

Ol. 144. 3. De pugna ad Panium.

πολέμιός ἐστι. Πρὸς δὲ τούτοις φησὶ, τοὺς Αἰτωλῶν 4
ἱππέας δυσχρηστεῖσθαι κατὰ τὸν κίνδυνον διὰ τὴν ἀσυν-
ήθειαν τῆς τῶν θηρίων φαντασίας. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐπὶ 5
τοῦ δεξιοῦ ταχθέντες ἐξαρχῆς ἀπείραιοι διέμενον, ὡς
αὐτός φησι· τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος τῶν ἱππέων, τὸ μερι-
σθὲν ἐπὶ τὸ λαιὸν, ὑποφεύγει πᾶν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν
Ἀντίοχον ἠττημένον. ποῖον οὖν μέρος τῶν ἱππέων ἦν 6
κατὰ μέσην τὴν φάλαγγα τὸ τοὺς ἐλέφαντας ἐπλητ-
τόμενον; Ποῦ δὲ ὁ βασιλεὺς γέγονε; καὶ τίνα παρέ- 7
σχηται χρείαν ἐν τῇ μάχῃ, τὸ κάλλιστον σύστημα
περὶ αὐτὸν ἐσχηκὼς καὶ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων;
Ἁπλῶς γὰρ οὐδὲν εἴρηται περὶ τούτων. Ποῦ δὲ ὁ 8
πρεσβύτερος τῶν υἱῶν Ἀντίοχος, ὁ μετὰ μέρους τινὸς
τῆς δυνάμεως προκαταλαβόμενος τοὺς ὑπερδεξίους τό-
πους; Οὗτος μὲν γὰρ οὐδὲ εἰς τὴν στρατοπεδείαν 9
ἀνακεχώρηκεν αὐτῷ μετὰ τὴν μάχην. εἰκότως· δύο
γὰρ Ἀντιόχους ὑπέθετο, τοῦ βασιλέως υἱοὺς ὄντας,
ἑνὸς τοῦ τότε συνεστρατευμένου. Πῶς δὲ ὁ Σκόπας 10
ἅμα μὲν αὐτῷ πρῶτος, ἅμα δ' ἔσχατος ἀνελήλυθεν
ἐκ τοῦ κινδύνου; Φησὶ γὰρ, αὐτὸν ἰδόντα τοὺς περὶ τὸν
νεώτερον Ἀντίοχον ἐκ τοῦ διώγματος ἐπιφαινομένους
κατὰ νώτου τοῖς φαλαγγίταις, καὶ διὰ τοῦτο τὰς τοῦ
νικᾶν ἐλπίδας ἀπογνόντα, ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν·
μετὰ δὲ ταῦτα συστῆναι τὸν μέγιστον κίνδυνον, κυκλω- 11
θείσης τῆς φάλαγγος ὑπό τε τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων,

runt, uter cedentium amicus, uter hostis esset. Præterea, *equitatum*, ait, *Ætolorum inusitata belluarum specie inter pugnandum territum esse.* Atqui *in dextro locati cornu equites, incolumes atque integri perstitere*, ut idem refert: *ceteri vero, in sinistro cornu distributi, ab juniore Antiocho superati, tergo verterunt.* Quinam igitur sunt equites illi, in media phalange positi, qui belluarum adspectu cohorruerunt? Ubinam vero rex ipse adfuit? et quem sui usum in pugna præbuit, cum lectissimum et peditum et equitum agmen circa se haberet? Neque enim de his quidquam omnino dicit. Ubinam vero gentium est major Antiochus, filius, qui cum parte exercitus præmissus superiora loca occupaverat? Hic enim ne confecto quidem prælio in castra reversus ab illo memoratur. Atque id merito: duos enim Antiochi filios posuit, cum non nisi unus tunc ad bellum cum patre esset profectus. Denique quonam pacto *Scopas*, apud hunc Scriptorem, primus simul ac postremus ex pugna discessit? Etenim, *Scopam*, scribit, *cum juniorem Antiochum, a persequendo reversum, a tergo phalangitis instare cerneret, tum penitus de victoria desperantem se recepisse: postea vero, maximum in discrimen adductam rem esse, inclusa hinc ab elephantis, inde ab equitibus phalange;*

Digitized by Google

καὶ τελευταῖον ἀποχωρῆσαι τὸν Σκόπαν ἀπὸ τοῦ κιν- A. U. 553.
δύνου.

XX. Ταῦτα δέ μοι δοκεῖ, καὶ καθόλου τὰ τοιαῦτα Stylum colens Zeno, neglexitres.
τῶν ἀλογημάτων, πολλὴν ἐπιφέρειν αἰσχύνην τοῖς συγ-
2γραφεῦσι. Διὸ δεῖ μάλιστα μὲν πειρᾶσθαι πάντων
κρατεῖν τῶν τῆς ἱστορίας μερῶν· καλὸν γάρ· εἰ δὲ μὴ
τοῦτο δυνατὸν, τῶν ἀναγκαιοτάτων καὶ τῶν μεγίστων ἐν
3αὐτῇ πλείστην ποιεῖσθαι πρόνοιαν. Ταῦτα μὲν οὖν
προήχθην εἰπεῖν, θεωρῶν, νῦν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν
ἄλλων τεχνῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων, τὸ μὲν ἀληθινὸν καὶ
4πρὸς τὴν χρείαν ἀνῆκον ἐν ἑκάστοις, ἐπισεσυρμένον· τὸ
δὲ πρὸς ἀλαζονείαν καὶ φαντασίαν, ἐπαινούμενον καὶ
ζηλούμενον, ὡς μέγα τι καὶ θαυμάσιον, ὃ καὶ τὴν
κατασκευὴν ἔχει ῥᾳδιστέραν, καὶ τὴν εὐδόκησιν ὀλιγο-
5δεστέραν, καθάπερ αἱ λοιπαὶ τῶν γραφῶν. Περὶ δὲ Ad Zenonem scripsit Polybius.
τῆς τῶν τόπων ἀγνοίας τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν, διὰ
τὸ μεγάλην εἶναι τὴν παράπτωσιν, οὐκ ὤκνησα γράψαι
6καὶ πρὸς αὐτὸν Ζήνωνα· κρίνων, καλὸν εἶναι τὸ μὴ
τὰς τῶν πέλας ἁμαρτίας ἴδια προτερήματα νομίζειν,
καθάπερ ἔνιοι ποιεῖν εἰώθασιν· ἀλλὰ μὴ μόνον τῶν ἰδίων
ὑπομνημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, καθόσον οἷοί
τε ἐσμὲν, ποιεῖσθαι πρόνοιαν καὶ διόρθωσιν χάριν τῆς
7κοινῆς ὠφελείας. Ὁ δὲ, λαβὼν τὴν ἐπιστολὴν, καὶ
γνοὺς ἀδύνατον οὖσαν τὴν μετάθεσιν, διὰ τὸ προεκδε-

Scopamque postremum cessisse ex discrimine.

XX. Hæc vero atque omnino hujusmodi errata magno pudori Scriptoribus esse existimo. Proinde maxime quidem enitendum est, ut omnes Historiæ partes ac numeros expleamus; id enim imprimis laudabile est: sin vero illud consequi non possumus, maxime in præcipuis ac summe necessariis ejus partibus est elaborandum. Atque, hæc ut dicerem, eo sum adductus, quod, perinde ut in cæteris quibusque artibus ac studiis, sic etiam in Historia, veram rationem, atque id quod ad usum pertinet, plerumque negligi videam; quod vero *ad ostentationem et ad pompam compositum* est, laudari ac probari tamquam magnum aliquid atque mirabile; cum tamen id ipsum in *Historia* perinde ac in reliquis scribendi generibus, et elaboratu facilius sit, et ad placendum multo minoribus indigeat adjumentis. Cæterum de illa locorum agri Laconici ignoratione, eó quod gravis esse is error videretur, ad ipsum *Zenonem* literas scribere non dubitavi; hominis ingenui esse arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli solent, sed cum nostris, tum etiam alienis commentariis, utilitatis publicæ gratia, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere. Ille autem, accepta epistola, cum exemplaria emendari non posse cerne-

Digitized by Google

Ol. 144. 3. δωκέναι τὰς συντάξεις, ἐλυπήθη μὲν, [o] ὡς ἔνι μάλιστα, ποιεῖν δ' οὐδὲν εἶχε· τήν γε μὴν ἡμετέραν αἵρεσιν ἀπεδέξατο φιλοφρόνως. Ὁ δὴ κἂν ἐγὼ παρακελεύσαιμι 8 [p] περὶ αὐτοῦ τοὺς καθ' ἡμᾶς καὶ τοὺς ἐπιγιγνομένους· ἐὰν μὲν κατὰ πρόθεσιν εὑρισκώμεθά που κατὰ πραγματείαν διαψευδόμενοι, καὶ παρορῶντες τὴν ἀλήθειαν, ἀπαραιτήτως ἐπιτιμᾷν· ἐὰν δὲ κατ' ἄγνοιαν, συγ- 9 γνώμην ἔχειν, καὶ μάλιστα πάντων ἡμῖν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συντάξεως, καὶ διὰ τὴν καθόλου περιβολὴν τῶν πραγμάτων.

VI. *Res Ægypti.*

* * *

Tlepolemus administrator Ægypti.

XXI. ΤΛΗΠΟΛΕΜΟΣ, ὁ τὰ τῆς βασιλείας τῶν Αἰγυπτίων πράγματα μεταχειριζόμενος, ἦν μὲν κατὰ τὴν ἡλικίαν νέος, καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐν στρατιωτικῷ βίῳ διεγεγόνει μετὰ φαντασίας· ἦν δὲ καὶ τῇ φύσει 2 μετέωρος καὶ φιλόδοξος, καὶ καθόλου πολλὰ μὲν εἰς πραγμάτων λόγον ἀγαθὰ [q] προσεφέρετο, πολλὰ δὲ καὶ κακά. Στρατηγεῖν μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ 3 χειρίζειν πολεμικὰς πράξεις δυνατὸς ἦν, καὶ ἀνδρώδης

[o] Vulgo ex MSto editum erat ὡς ἔνι μάλιστα φαίνεται. Delevi postremum verbum: quod si tenendum est, fuerit λοιπηθῆναι reponendum pro ἐλυπήθη. [p] περὶ αὐτοῦ τοὺς καθ' ἡμᾶς. Articulum τοὺς, qui abest vulgo, ex conj. adjeci; ac malim καὶ τοὺς καθ' ἡμᾶς. Pro περὶ αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς Valesius πράττειν καθ' ἡμᾶς suspicatus est reponendum. Reiskius περὶ αὐτοὺς ἡμᾶς καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις. [q] προσεφέρετο correxi. Vulgo προεφέρετο.

ret, quia jam in vulgus edita essent, doluit quidem quam maxime; sed facere nihil potuit: ceterum consilium nostrum benevole probavit. Atque id ipsum quoque et ab æqualibus meis, et ab eis qui posthac victuri sunt, ipsemet postulo, sicubi forte in hoc opere de industria mentitus, aut veritatem sciens dissimulasse compertus fuero, ut acerbe citra veniæ spem increpare ne dubitent: sin vero ignoratione lapsus, ut veniam indulgeant, ac maxime omnium nobis, propter operis magnitudinem rerumque copiam, quas hic complexi sumus.

VI. *Excerptum Valesianum.*

* * *

XXI. *TLEPOLEMUS*, qui Ægyptiaci regni negotia administrabat, ætate quidem juvenis erat, atque in militari vita adsidue cum splendore versatus; ingenio autem tumido, gloriæque avido, denique ad rerum administrationem et multas virtutes, et multa vitia attulerat. Namque exercitum ducere, resque bellicas tractare idoneus erat imprimis, natura quoque robustus, et

Digitized by Google

ὑπῆρχε τῇ φύσει, καὶ πρὸς τὰς στρατιωτικὰς ὁμιλίας A. U. 558.
4 εὐφυῶς διέκειτο· πρὸς δὲ [r]ποικίλων πραγμάτων χει-
ρισμὸν, δεόμενον ἐπιστάσεως καὶ νήψεως, καὶ πρὸς
φυλακὴν χρημάτων, καὶ καθόλου τὴν [s]περὶ τὸ λυσι- Pecuniæ regiæ prodigus.
5 τελὲς οἰκονομίαν, ἀφυέστατος ὑπῆρχε πάντων. ᾗ καὶ
ταχέως οὐ μόνον [t]ἔσφηλεν, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν
6 ἠλάττωσε. Παραλαβὼν γὰρ τὴν τῶν χρημάτων ἐξου-
σίαν, τὸ μὲν πλεῖστον μέρος τῆς ἡμέρας κατέτριβε
σφαιρομαχῶν, καὶ πρὸς τὰ μειράκια διαμιλλώμενος ἐν
7 τοῖς ὅπλοις· ἀπὸ δὲ τούτων γιγνόμενος, εὐθέως πότους
συνῆγε, καὶ τὸ πλεῖον μέρος τοῦ βίου περὶ ταῦτα καὶ
8 σὺν τούτοις εἶχε τὴν διατριβήν. ὃν δέ ποτε χρόνον τῆς
ἡμέρας ἀπεμέριζε πρὸς ἐντεύξεις, ἐν τούτῳ διεδίδου,
μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τὸ φαινόμενον εἰπεῖν, διεῤῥίπτει τὰ
βασιλικὰ χρήματα τοῖς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος παραγε-
γονόσι πρεσβευταῖς, καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνί-
ταις, μάλιστα δὲ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἡγεμόσι καὶ
9 στρατιώταις. Καθόλου γὰρ ἀνανεύειν οὐκ ᾔδει· τῷ δὲ
πρὸς χάριν ὁμιλήσαντι πᾶν ἐξ ἑτοίμου τὸ φανὲν ἐδίδου.
10 Τὸ λοιπὸν, [u]ηὔξανε τὸ κακὸν, ἐξ αὐτοῦ λαμβάνον τὴν
11 ἐπίδοσιν. πᾶς γὰρ ὁ παθὼν εὖ παρὰ τὴν προσδοκίαν,
καὶ τοῦ γεγονότος χάριν καὶ τοῦ μέλλοντος ὑπερεβάλ-
12 λετο ταῖς τῶν λόγων εὐχαριστίαις. ὁ δὲ, πυνθανόμενος Superbia tumens.

[r] πολιτικῶν expressit Valesius in Lat. vers. *civilium rerum* ποικίλων πραγμάτων χειρισμὸν δεομένων voluit Reisk. [s] πρὸς τὸ maluit Reisk. [t] Aut ἐσφάλη putem legendum, aut cum Reiskio οὐ μόνον ἑαυτὸν ἔσφηλεν. [u] Forsan ηὔξανετο τὸ κακὸν.

ad militares congressus ac sermones aptissimus. Ad variarum autem rerum tractationem, quæ attentionem ac vigilantiam animi desiderant, et ad pecuniæ custodiam, atque in universum ad utilitatis rationem ineundam ineptissimus erat omnium mortalium. Itaque brevi non solum ipse concidit, sed regnum etiam labefactavit. Pecuniæ enim regiæ administrationem nactus, maximam diei partem pilæ lusu, et armorum exercitatione cum adolescentibus conterebat. Ab his deinde ad convivia et compotationes transibat, ac maximam vitæ partem his in rebus atque in hujusmodi contubernio exigebat. Quod si interdum aliquod diei tempus audiendis negotiis vacabat, tum vero distribuebat, aut ut verius dicam, dissipabat regiam pecuniam, eamque legatis e Græcia advectis, et scenicis artificibus, ac maxime degentibus in aula ducibus ac militibus erogabat. Prorsus enim recusare et abnuere non poterat; sed unicuique, qui ad ejus gratiam aliquid dixisset, quidquid ad manum erat, temere donabat. Quod malum, ex semet ipso incrementum capiens, in pejus semper abiit. Quicunque enim præter spem beneficium ab eo acceperant, cum ob præteritum, tum futuri spe, in agenda gratia omnibus eum laudibus cumulabant. Cumque ipse laudes suas ab

Digitized by Google

Ol. 144. 3. τὸν γιγνόμενον ἐκ πάντων ἔπαινον ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐν τοῖς πότοις [x]ἐπιχύσεις, ἔτι δὲ τὰς ἐπιγραφὰς, καὶ τὰ διὰ τῶν ἀκροαμάτων εἰς αὐτὸν ᾀδόμενα παίγνια κατὰ τὴν πόλιν, εἰς τέλος ἐχαυνοῦτο, καὶ μᾶλλον ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐξετυφοῦτο, καὶ προχειρότερος ἐγίγνετο πρὸς τὰς ξενικὰς καὶ στρατιωτικὰς χάριτας.

Sosibius, Sosibii fil. sigilli regii custos.

XXII. Ἐφ' οἷς οἱ περὶ τὴν αὐλὴν ἀσχάλλοντες, πάντα παρεσημαίνοντο, καὶ [y]βαρέως αὐτοῦ τὴν αὐθάδειαν ὑπέφερον, τὸν δὲ Σωσίβιον ἐκ παραθέσεως ἐθαύμαζον. Ἐδόκει γὰρ οὗτος τοῦ τε βασιλέως προεστάναι 2 φρονιμώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν, τήν τε πρὸς τοὺς ἐκτὸς ἀπάντησιν ἀξίαν ποιεῖσθαι τῆς ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ πίστεως· αὕτη δ' ἦν ἡ σφραγὶς, καὶ τὸ τοῦ

Ptolemæus, ejus frater. βασιλέως σῶμα. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀνα- 3 κομιζόμενος ἥκει παρὰ τοῦ Φιλίππου Πτολεμαῖος ὁ Σωσιβίου. καὶ πρὶν μὲν οὖν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκπλεῦσαι, πλήρης ἦν τύφου, διά τε τὴν ἰδίαν φύσιν, καὶ διὰ τὴν [z]προσγεγενημένην ἐκ τοῦ πατρὸς εὐπαιρίαν. 4 ὡς δὲ καταπλεύσας εἰς τὴν Μακεδονίαν συνέμιξε τοῖς 5 περὶ τὴν αὐλὴν νεανίσκοις, ὑπολαβὼν, εἶναι τὴν Μακεδόνων ἀνδρείαν ἐν τῇ τῆς ὑποδέσεως καὶ τῇ τῆς ἐσθῆτος διαφορᾷ, παρῆν ταῦτα πάντα ἐζηλωκὼς, καὶ πεπιστευμένος, αὐτὸν μὲν ἄνδρα γεγονέναι διὰ τὴν ἐπιδημίαν,

[x] ἐπιχύσεις adscivi ex Valesii conjectura. ἐπιλύσεις ex codice editum erat. ἐπιπλόκους etiam cogitaverat idem Vales. [y] Sic correxi, approbante etiam Gronovio in not. ed. ad h. loc. Idem in vers. Lat. jam expresserat Valesius. Vulgo βραχίως. [z] προσγεγενημένην cum Reiskio correxi. Vulgo προγεγενημ.

omnibus prædicari aeciperet, et in conviviis *Tlepolemum* ad singula pocula adpellari, tum et inscriptiones et ludicra carmina per urbem ab acroamatis de ipso cani solita audiret, prorsus efferri cœpit, magisque ac magis in dies intumescere, atque ad peregrinas ac militares largitiones eo facilius ferri.

XXII. Quamobrem indignati aulici, omnia ejus facta dictaque observabant, atque ejus insolentiam ægre ferebant: contra vero *Sosibium* comparantes admirabantur. Namque hic regis curam majori prudentia gerere videbatur, quam ejus ætas ferret, atque in congressibus cum extraneis eam speciem atque auctoritatem servare, quam locus ejus ac dignitas postulabat. Regii enim sigilli et corporis custodia ipsi mandata erat. Circa hæc tempora *Ptolemæus, Sosibii filius*, a Philippo ex Macedonia est reversus: qui quidem priusquam Alexandria solvisset, cum suopte ingenio, tum ob paternas opes fastu turgebat. Postquam vero in Macedoniam adpulsus cum illius aulæ juventute familiariter versatus est, Macedonum virtutem in ipsa calceamenti ac vestis proprietate positam esse ratus, cuncta hujusmodi studiose æmulatus tum aderat; at-

Digitized by Google

καὶ διὰ τὸ Μακεδόσιν ὁμιληκέναι, τοὺς δὲ κατὰ τὴν A. U. 553.
6 Ἀλεξάνδρειαν ἀνδράποδα καὶ βλάκας διαμένειν. διόπερ
εὐθέως ἐζηλοτύπει καὶ παρετρίβετο πρὸς τὸν Τληπό-
7 λεμον. Πάντων δ' αὐτῷ συγκατατιθεμένων τῶν περὶ
τὴν αὐλὴν, [a]διὰ τὸ τὸν Τληπόλεμον καὶ τὰ πράγματα
καὶ τὰ χρήματα μὴ ὡς ἐπίτροπον, ἀλλ' ὡς κληρονόμον
8 χειρίζειν, ταχέως ηὐξήθη τὰ τῆς διαφορᾶς. Καθ' ὃν
καιρὸν ὁ Τληπόλεμος, προσπιπτόντων αὐτῷ λόγων δυσ-
μενικῶν ἐκ τῆς τῶν αὐλικῶν παρατηρήσεως καὶ κακο-
πραγμοσύνης, τὰς μὲν ἀρχὰς παρήκουε καὶ κατεφρόνει
9 τῶν λεγομένων. ὡς δέ ποτε καὶ κοινῇ συνεδρεύσαντες
ἐτόλμησαν ἐν τῷ μέσῳ καταμέμφεσθαι τὸν Τληπό-
λεμον, ὡς κακῶς χειρίζοντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν,
10 οὐ παρόντος αὐτοῦ· τότε δὴ παροξυνθεὶς συνῆγε τὸ
συνέδριον, καὶ παρελθὼν, ἐκείνους μὲν, ἔφη, λάθρα καὶ
κατ' ἰδίαν ποιεῖσθαι κατ' αὐτοῦ τὰς διαβολὰς, αὐτὸς
δ' ἔκρινε κοινῇ καὶ κατὰ πρόσωπον αὐτῶν ποιήσασθαι
τὴν κατηγορίαν[b].

* * *

11 Μετὰ τὴν δημηγορίαν ἔλαβε καὶ τὴν σφραγῖδα
παρὰ Σωσιβίου· καὶ ταύτην παρειληφὼς ὁ Τληπό-
λεμος, λοιπὸν ἤδη πάντα τὰ πράγματα κατὰ τὴν αὐτοῦ
προαίρεσιν ἔπραττεν.

[a] Et hoc corrigendum Reiskius monuit. Vulgo διά τι. [b] Ubi defectus notam posui, ibi Epitomator scripsit Ζήτει ἐν τῷ περὶ Δημηγοριῶν. *Reliqua petenda sunt ex Excerptis de Concionibus.*

que ex hac sua profectione, quod cum Macedonibus congressus fuisset, se quidem virum esse sibi persuaserat, ceteros vero Alexandrinos mancipia ac fatuos esse. Quamobrem statim *Tlepolemo* obtrectare eique infensum se gerere cœpit. Universis autem aulicis ei faventibus, eo quod Tlepolemus negotia ac pecuniam regiam, non ut curator, sed quasi hæres administrabat, brevi in majus aucta est dissensio. Quo tempore *Tlepolemus*, cum infensi de ipso sermones, ab aulicorum observatione ac malitia profecti, ad eum deferrentur, initio quidem hæc spernebat: sed posteaquam, communi consilio inter se habito, cum Tlepolemus abesset, de prava ejus administratione palam conqueri sunt ausi; tum vero commotus consilium coegit, atque in medium progressus, *ipsos quidem clam et se absente calumniari sese*, dixit; *sibi vero in animo esse, adversus ipsos simul omnes coram accusationem instituere.*

* * *

Postquam *Tlepolemus* dicendi finem fecisset, annulum quoque a *Sosibio* accepit: quo accepto, cuncta jam deinceps arbitratu suo administravit.

Digitized by Google

Ol. 144. 3.

VII. *Scipio triumphat de Pœnis.*

* * *

Læta Roma finito bello Pun.

XXIII. Ποπλιος δὲ [c]Σκιπίων ἦκεν ἐκ Λιβύης ἐπὶ πολὺ κατόπιν τῶν προειρημένων καιρῶν. Οὗτος δὲ τῆς 2 προσδοκίας τῶν πολλῶν ἀκολούθου τῷ μεγέθει τῶν πράξεων, μεγάλην εἶναι συνέβαινε καὶ τὴν φαντασίαν περὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν τοῦ πλήθους εὔνοιαν πρὸς αὐτόν. καὶ τοῦτο εἰκότως ἐκ τῶν κατὰ λόγον ἐγίγνετο καὶ 3 καθηκόντως. Οὐδέποτε γὰρ ἂν ἐλπίσαντες Ἀννίβαν 4 ἐκβαλεῖν ἐξ Ἰταλίας, οὐδ' ἀποτρίψασθαι τὸν ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων κίνδυνον· τότε δοκοῦντες ἤδη βεβαίως οὐ μόνον ἐκτὸς γεγονέναι παντὸς φόβου καὶ πάσης περιστάσεως, ἀλλὰ καὶ κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν, ὑπερβολὴν οὐ κατέλιπον χαρᾶς. Ὡς δὲ καὶ τὸν 5 θρίαμβον εἰσῆγε, τότε καὶ μᾶλλον ἔτι διὰ τῆς τῶν εἰσαγομένων [d]ἐναργείας μιμνησκόμενοι τῶν προγεγονότων κινδύνων, ἐκπαθεῖς ἐγίγνοντο κατά τε τὴν πρὸς θεοὺς εὐχαριστίαν, καὶ κατὰ τὴν πρὸς τὸν αἴτιον τῆς τηλικαύτης μεταβολῆς εὔνοιαν. Καὶ γὰρ ὁ Σύφαξ, ὁ 6 τῶν Μασαισυλίων βασιλεὺς, ἦχθη τότε διὰ τῆς πόλεως ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ τῶν αἰχμαλώτων· ὃς καὶ μετά τινα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε. Τούτων 7 δὲ συντελεσθέντων, οἱ μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸ συνεχὲς

[c] Vulgo h. l. omnes Σκιπίων. [d] ἐναργίας Casaub. ex conject. edidit. ἐναργίας Hervag. consentientibus libris.

VII. *Excerpt. Antiq. ex Lib.* XVI. *Cap.* 12.

* * *

XXIII. NON multo post illa, de quibus modo egimus, tempora *Publius Scipio* ex Africa Romam est reversus. Cujus viri quum ea esset exspectatio, quanta par erat tantis rebus gestis; et summam speciem ejus pompa habuit, et multitudo ingentem ei benevolentiam demonstravit. Neque hæc temere eveniebant, sed justis de caussis atque merito. Nam qui numquam sperare erant ausi, Hannibalem ex Italia se ejecturos, neque amolituros a suis cervicibus atque suorum necessariorum imminens periculum; quum eo tempore non solum omni plane jam liberates metu esse viderent, et adversis suis defunctos, sed etiam hostes a se devictos; ad summum gaudium nihil eis reliquum erat. Ubi vero urbem *triumphans* est invectus; tum sane multo etiam magis per intuitum eorum, quæ traducebantur, in memoriam superiorum malorum redeuntes, ad gratias diis agendas, et ad benevolentiam præstandam auctori tantæ mutationis conversi, vix præ adfectu apud se erant. Tunc enim *Syphax* quoque, Massæsyliorum rex, cum reliquis captivis per urbem in triumpho ductus est; qui non ita multo post in carcere diem obiit supremum. Quibus rebus peractis, Romani per continuos aliquot dies ludos et spectacula

Digitized by Google

ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἀγῶνας ἦγον καὶ πανηγύρεις ἐπι- A. U. 553.
φανῶς, χορηγὸν ἔχοντες εἰς ταῦτα τὴν Σκιπίωνος μεγα-
λοψυχίαν.

VIII. *Philippus hiemat in Caria.*

* * *

XXIV. ΦΙΛΙΠΠΟΣ ὁ βασιλεὺς, τοῦ χειμῶνος ἤδη P. Sulpicius Cos.
καταρχομένου, καθ' ὃν Πόπλιος Σολπίκιος ὕπατος
κατεστάθη ἐν Ῥώμῃ, ποιούμενος τὴν διατριβὴν ἐν τοῖς
Βαργυλίοις, θεωρῶν καὶ τοὺς Ῥοδίους καὶ τὸν Ἄτταλον Philippus Bargyliis.
οὐχ οἷον διαλύοντας τὸ ναυτικὸν, ἀλλὰ καὶ προσπλη-
ροῦντας ναῦς, καὶ φιλοτιμότερον προσκειμένους ταῖς
φυλακαῖς, δυσχρήστως διέκειτο, καὶ πολλὰς καὶ ποι-
2 κίλας εἶχε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐπινοίας. ἅμα μὲν
γὰρ ἠγωνία τὸν ἐκ τῶν Βαργυλίων ἔκπλουν, καὶ προεω-
ρᾶτο τὸν κατὰ θάλατταν κίνδυνον· ἅμα δὲ τοῖς κατὰ
τὴν Μακεδονίαν πράγμασι διαπιστῶν, οὐδαμῶς ἐβού-
3 λετο παραχειμάζειν κατὰ τὴν Ἀσίαν· φοβούμενος μὲν Hiemat in Caria.
οὖν καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς καὶ τοὺς Ῥωμαίους, καὶ γὰρ
οὐδ' ἠγνόει τὰς ἐξαποστελλομένας κατ' αὐτοῦ πρεσ-
βείας εἰς Ῥώμην, [e]διόπερ πέρας ἔχει τὰ κατὰ τὴν
4 Λιβύην. Ἐξ ὧν ἐδυσχρηστεῖτο μὲν ὑπερβαλλόντως,
ἠναγκάζετο δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπιμένων αὐτοῦ, τὸ δὴ
5 λεγόμενον, λύκου βίον ζῆν. παρ' ὧν μὲν γὰρ ἁρπάζων

[e] Forsan διότι πέρας, vel οὐδὲ διότι, ut voluit Reisk.

insigni cum adparatu celebrarunt; *Scipione* in eam rem, qua fuit magnificentia, sumtus suppeditante.

VIII. *Excerptum Valesianum.*

* * *

XXIV. *PHILIPPUS* rex, ineunte jam hieme, qua *P. Sulpicius Galba* Romæ *consul* creatus est, *Bargyliis* moratus, cum *Attalum et Rhodios* intelligeret non modo copias navales non dimittere, sed remige etiam ac militibus naves instruere, majorique studio vigiliis ac custodiæ oræ maritimæ incumbere; ipse maxima in difficultate versabatur, multaque ac varia consilii animo agitabat. Simul enim profectionem e portu Bargyliorum timebat, ac maritimum discrimen prævidebat. Ex alia parte Macedonicis rebus diffidens, prorsus hiemare in Asia nolebat, quippe Ætolos verebatur ac Romanos. Neque enim ignorabat legationes, quæ, utpote *confecto* jam *Punico bello*, Romam undique adversus ipsum mittebantur. Proinde maxima anxietate distractus, cogebatur interim ibidem sedens, *lupino*, ut aiunt, *ritu vivere;*

Digitized by Google

Ol. 144. 3. Raptu vivit, luporum ritu.

καὶ κλέπτων, τοὺς δὲ ἀποβιαζόμενος, ἐνίους δὲ παρὰ φύσιν αἰκάλλων διὰ τὸ λιμώττειν αὐτῷ τὸ στράτευμα, ποτὲ μὲν ἰσιτεῖτο κρέα, ποτὲ δὲ σῦκα, ποτὲ δὲ σιτάρια βραχέα παντελῶς· ὧν τινὰ μὲν αὐτῷ Ζεῦξις ἐχορήγει, 6 τὰ δὲ [f]Μυλασεῖς, καὶ Ἀλαβανδεῖς, καὶ Μάγνητες· οὓς, ὁπότε μέν τι δοῖεν, ἤσαινεν, ὅτε δὲ μὴ δοῖεν, ὑλάκτει, καὶ ἐπεβούλευεν αὐτοῖς. Τέλος ἐπὶ τὴν Μυ- 7 λασέων πόλιν πράξεις συνεστήσατο διὰ Φιλοκλέους, ἐσφάλη δὲ διὰ τὴν ἀλογίαν τῆς ἐπιβολῆς. τὴν δ' 8 Ἀλαβανδέων χώραν ὡς πολεμίαν κατέφθειρε, φήσας, ἀναγκαῖον εἶναι πορίζειν τῷ στρατεύματι τὰ πρὸς τὴν τροφήν. * [g]Παρὰ δὲ Μαγνήτων, ἐπεὶ σῖτον οὐκ εἶχον, 9 σῦκα ἔλαβε. διὸ καὶ Μυοῦντος κυριεύσας, τοῖς Μάγνησιν ἐχαρίσατο τὸ χωρίον ἀντὶ τῶν σύκων.

IX. *Attalus et Rhodii concitant Athenienses ad belli societatem contra Philippum.*

* * *

Ol. 144. 4. A. U. 554. Attalus invitatur Athenas.

XXV. Ὁ ΤΩΝ Ἀθηναίων δῆμος ἐξέπεμπε πρεσβευτὰς πρὸς Ἄτταλον τὸν βασιλέα, τοὺς ἅμα μὲν εὐχαριστήσοντας ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, ἅμα δὲ παρακαλέσοντας αὐτὸν ἐλθεῖν Ἀθήναζε, χάριν τοῦ συνδιαλαβεῖν περὶ τῶν ἐνεστώτων. Ὁ δὲ βασιλεὺς, μετά τινας ἡμέρας 2

[f] Μυλασσεῖς h. l. editum erat. [g] Παρὰ Α &c. Hæc, et quæ sequuntur, ex Athenæo adjecit Valesius.

ab his enim per furtum ac latrocinium, ab his vi rapiens, aliis præter ingenium blanditus, eo quod ejus copiæ fame laborabant, modo carnes, modo ficus, interdum frumentum, oppido modicum, vescebatur: quorum partem ei *Zeuxis*, partem Mylasenses et Alabandenses et Magnetes suppeditabant; quibus, cum aliquid offerrent, adulabatur; cum nihil dabant, adlatrabat, et insidias comparabat. Denique *Mylasensium* oppido structis opera *Philoclis* insidiis, ob incepti imprudentiam frustratus recessit; et Alabandensium agros quasi hostiles vastavit, causatus alimenta militi suo conquirenda esse. * A *Magnetibus*, quoniam frumentum non habebant, *ficus* accepit. Itaque, *Myunte* potitus, locum hunc Magnetibus, pro datis ficis, adtribuit.

IX. *Ecloga III. de Legationibus.*

* * *

XXV. MISSI sunt a populo *Athenicnsi* ad regem *Attalum* legati, partim gratias acturi pro eis quæ ab eo gesta fuerant, partim petituri, ut ad deliberandum in commune de iis, quæ instabant, Athenas vellet venire. Rex

Digitized by Google

A. U. 554. Eodem veniunt legati Romani,

et Attalus.

Honores Attalo habiti Athenis.

πυθόμενος παραπεπλευκέναι Ῥωμαίων πρεσβευτὰς εἰς τὸν Πειραιᾶ, καὶ νομίζων ἀναγκαῖον εἶναι τὸ συμμίξαι τούτοις, ἀνήχθη παρὰ σπουδήν. Ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος, γνοὺς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ, μεγαλομερῶς ἐψηφίσατο περὶ τῆς ἀπαντήσεως, καὶ τῆς ὅλης ἀποδοχῆς τοῦ βασιλέως. Ἄτταλος δὲ, καταπλεύσας εἰς τὸν Πειραιᾶ, τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν ἐχρημάτισε τοῖς ἐκ τῆς Ῥώμης πρεσβευταῖς· θεωρῶν δ' αὐτοὺς καὶ τῆς προγεγενημένης κοινοπραγίας μνημονεύοντας, καὶ πρὸς τὸν κατὰ τοῦ Φιλίππου πόλεμον ἑτοίμους ὄντας, περιχαρὴς ἦν. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἅμα τοῖς Ῥωμαίοις περὶ τοῖς τῶν Ἀθηναίων ἄρχουσιν ἀνέβαινεν εἰς ἄστυ μετὰ μεγάλης προστασίας. οὐ γὰρ μόνον οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες, μετὰ τῶν [b] ἱππέων, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ πολῖται μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἀπήντων αὐτοῖς. Ὡς δὲ συνέμιξαν, τοιαύτη παρὰ τῶν πολλῶν ἠγέιστο κατὰ τὴν ἀπάντησιν φιλανθρωπία πρός τε Ῥωμαίους καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς τὸν Ἄτταλον, ὥσθ' ὑπερβολὴν μὴ καταλιπεῖν. Ἐπεὶ δ' εἰσῆει κατὰ τὸ Δίπυλον, ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρέστησαν τὰς ἱερείας καὶ τοὺς ἱερεῖς. μετὰ δὲ ταῦτα πάντας μὲν τοὺς ναοὺς ἀνέῳξαν, ἐπὶ δὲ πᾶσι θύματα τοῖς βωμοῖς παραστήσαντες, ἠξίωσαν αὐτὸν θῦσαι. Τὸ δὲ τελευταῖον ἐψηφίσαντο

[b] *Ἱππέων* monente Reiskio revocavi ex Ursini codice. *Ἱερέων* ex ejusdem Ursini conject. edidit Casaubonus: *sacerdotes.*

XI. [b] Ἐγὼ δὲ κατὰ μὲν τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν, ὅτι, λαβὼν τὸν ἁρμόζοντα καιρὸν, σύγκρισιν ποιήσομαι τοῦ καθοπλισμοῦ Ῥωμαίων καὶ Μακεδόνων, ὁμοίως δὲ καὶ τῆς συντάξεως τῆς ἑκατέρων, τί διαφέρουσιν ἀλλήλων πρὸς τὸ χεῖρον, καὶ τί πρὸς τὸ βέλτιον· νῦν, ἐπ' αὐτῶν τῶν πράξεων, πειράσομαι τὴν ἐπαγγελίαν ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν. Ἐπεὶ γὰρ ἡ μὲν 2
Μακεδόνων σύνταξις ἐν τοῖς πρὸ τοῦ χρόνοις, δι' αὐτῶν τῶν ἔργων [c] διδοῦσα τὴν πεῖραν, ἐκράτει τῶν τε κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ τῶν Ἑλληνικῶν συντάξεων, ἡ δὲ Ῥω-

[z] Sic ex Aug. recipimus. Vulgo ἠθροίζοντο. [a] τῶν μὲν Ῥωμ. Casaub. ex conject. [b] Hoc Caput usque ad extr. cap. XV. vel XVI. præter alios Codices, exhibent etiam Regii D. et E. [c] διδοῦσα ex Reg. E. adscivi. Ceteri vulgo διαδοῦσα.

de Ætolis cœperunt, et imperatori dicere, *pericula eum ipsis imperare, at prædam aliis concedere.* Tunc sane in castra sua reversi, noctem ibi egerunt: insecuto vero die simul captivos, et quod erat reliquum spoliorum, coegerunt in unum, simul pergentes ire *Larissam* petierunt. *Ceciderunt* eo prælio e *Romanorum* exercitu circiter septingenti: e *Macedonibus* vero perierunt, ut omnes una summa complectamur, hominum circiter octo millia; capti sunt vivi non pauciores quinque millibus. Atque hic fuit *exitus* ejus *prælii*, quod *ad Cynoscephalas in Thessalia* cum Philippo Romani fecerunt.

XI. Ego vero quum *in sexto Libro hujus operis* sim pollicitus, me, ubi forem commodam nactus occasionem, *Armaturæ Romanorum et Macedonum comparationem instituturum, simliterque ordinationis Acici utriusque propriæ, qua re alteri ab alteris differant, sive in deteriorem partem, sive in meliorem;* nunc in ipsis rebus gestis, quod promisi, reapse præstare conabor. Quoniam enim *Macedonica acies* superioribus temporibus acies populorum Asiæ atque Græcorum, (quod

Digitized by Google

μαίων, τῶν τε κατὰ τὴν Λιβύην καὶ τῶν κατὰ τὴν A. U. 557.
4 Εὐρώπην προσεστηρίων ἐθνῶν ἁπάντων· ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλεοναχῆς, γέγονε τούτων τῶν τάξεων καὶ τῶν ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους διάκρισις· χρήσιμον καὶ καλὸν ἂν εἴη τὸ τὴν διαφορὰν Cur Romani palmam omnibus præripiant.
ἐρευνῆσαι, καὶ παρά τί συμβαίνει, Ῥωμαίους ἐπικρατεῖν
καὶ τὸ πρωτεῖον ἐκφέρεσθαι τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων·
5 ἵνα μὴ, τὴν Τύχην λέγοντες μόνον, μακαρίζωμεν τοὺς κρατοῦντας ἀλόγως, καθάπερ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ', εἰδότες τὰς ἀληθεῖς αἰτίας, ἐπαινῶμεν καὶ θαυ-
6 μάζωμεν κατὰ λόγον τοὺς ἡγουμένους. Περὶ μὲν οὖν Hannibal quibus rebus superaverit Romanos.
τῶν πρὸς Ἀννίβαν ἀγώνων γεγονότων Ῥωμαίοις, καὶ τῶν ἐν τούτοις ἐλαττωμάτων, οὐδὲν ἂν δέοι πλείω λέγειν· οὐ γὰρ παρὰ τὸν καθοπλισμὸν, οὐδὲ παρὰ τὴν σύνταξιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐπιδεξιότητα τὴν Ἀννίβου καὶ τὴν
7 ἀγχίνοιαν περιέπιπτον τοῖς ἐλαττώμασι. Δῆλον δὲ τοῦτο πεποιήκαμεν ἡμεῖς ἐπ' αὐτῶν ὑποδεικνύοντες τῶν
8 ἀγώνων. μαρτυρεῖ δὲ τοῖς ἡμετέροις λόγοις πρῶτον μὲν τὸ τέλος τοῦ πολέμου· προσγενομένου γὰρ στρατηγοῦ τοῖς Ῥωμαίοις, παραπλησίαν δύναμιν ἔχοντος [d]Ἀννίβᾳ, ταχέως καὶ τὸ νικᾶν συνεξηκολούθησε τοῖς προειρημέ-
9 νοις· [e]εἶτα καὶ αὐτὸς [f]Ἀννίβας, ἀποδοκιμάσας τὸν ἐξ

[d] Ἀννίβου Reg. D. E. [e] εἶτα καὶ αὐτὸς ex conjectura. εἴτε καὶτὸς cod. Ursini. εἶτ' οὖν αὐτὸς Reg. E. Alii aliter. [f] Post Ἀννίβας excidit fortasse artic. ὁ. Deinde καὶ ἅμα scribendum, vel ἅμα τε τῷ πα.

sæpe ipsis rerum experimentis est probatum) vicit, pariterque *Romanorum acies* superior fuit aciebus populorum Africæ, omniumque qui sunt in Europa occidentem versus; quoniamque nostra memoria non semel, sed sæpius, usu venit, ut cum acies istorum utrorumque, tum ipsi viri, inter se committerentur; utile fuerit ac pulcrum, scrutari *discrimen, et caussam* investigare, *propter quam Romani superiores discedere, et bellicis certaminibus palmam omnibus præripere soleant:* ne Fortunæ hoc adtribuentes decus, beatos dumtaxat temere sine ratione, quod vanissimis quibusque mortalium contingere potest, prædicemus victores; sed, ubi veras caussas noverimus, certa ratione et laudemus duces et miremur. Ac *de præliis* quidem, *quæ Romani cum Hannibale conseruerunt*, et cladibus, quas in iis acceperunt, pluribus jam non est agendum: nam iis cladibus neque armorum genus, neque instruendæ aciei ratio Hannibalis caussam præbuerunt: sed cum dexteritas, tum capitale illius viri ingenium, istas nomini Romano ignominias imposuerunt. Quod nos in ipsis certaminibus exponendis quum demonstraverimus; dictis etiam nostris fidem adstruit, primum quidem, ipse belli exitus: nam simulac Romanis imperator est exortus, ingenii viribus Hannibali par, ilicet victoria eosdem est secuta. Deinde Hannibal etiam

Digitized by Google

Ol. 145. 3. ἀρχῆς αὐτοῖς ὑπάρχοντα καθοπλισμὸν, ἅμα τῷ νικῆσαι τῇ πρώτῃ μάχῃ παραχρῆμα τοῖς Ῥωμαίων ὅπλοις καθοπλίσας τὰς οἰκείας δυνάμεις, τούτοις διετέλεσε χρώμενος τὸν ἐξῆς χρόνον. Πύρρος γε μὴν οὐ μόνον ὅπλοις, ἀλλὰ καὶ δυνάμεσιν [5]Ἰταλικαῖς συγκέχρηται, τιθεὶς ἐναλλὰξ σημαίαν καὶ σπείραν φαλαγγιτικὴν ἐν τοῖς πρὸς Ῥωμαίους ἀγῶσιν. ἀλλ' ὅμως οὐδ' οὕτως ἐδύνατο νικᾶν, ἀλλ' ἀεί πως ἀμφίδοξα τὰ τέλη τῶν κινδύνων αὐτοῖς ἀπέβαινε. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαῖον ἦν προειπεῖν, χάριν τοῦ μηδὲν ἀντεμφαίνειν ταῖς ἡμετέραις ἀποφάσεσιν. ἐπάνειμι δ' ἐπὶ τὴν προκειμένην σύγκρισιν.

Pyrrhi militia.

Phalanx densata.

XII. Ὅτι μὲν, ἐχούσης τῆς φάλαγγος τὴν αὐτῆς ἰδιότητα καὶ δύναμιν, οὐδὲν ἂν ὑποσταίη κατὰ πρόσωπον, οὐδὲ μεῖναι τὴν ἔφοδον αὐτῆς, εὐχερὲς καταμαθεῖν ἐκ πολλῶν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν ἀνὴρ ἵσταται σὺν τοῖς ὅπλοις ἐν τρισὶ ποσὶ κατὰ τὰς ἐναγωνίους τυπώσεις, τὸ δὲ τῶν σαρισσῶν μέγεθός ἐστι κατὰ μὲν τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν ἐκκαίδεκα πηχῶν, κατὰ δὲ τὴν ἁρμογὴν τὴν πρὸς τὴν ἀλήθειαν δεκατεσσάρων· τούτων δὲ τοὺς τέσσαρας ἀφαιρεῖ τὸ μεταξὺ ταῖν χεροῖν διάστημα, καὶ τὸ κατόπιν σήκωμα τῆς προβολῆς· φανερὸν, ὅτι τοὺς δέκα πήχεις προπίπτειν ἀνάγκη τὴν σαρίσσαν

Sarissæ phalangis.

[5] Alii vulgo Ἰταλιωτῶν.

ipse testificatur, qui, damnato genere armorum, quo copiæ ipsius initio erant usæ, post primam statim victoriam, quam de Romanis est consecutus, armis ipsorum copias suas quum armasset, iisdem perpetuo deinceps est usus. Jam *Pyrrhus* sane non armis duntaxat, verum etiam milite Italico uti solitus, in bello adversus Romanos signa Italicorum, et cohortes phalangis more instructas, alternatim in acie collocabat; qui tamen ne sic quidem vincere potuit, sed ancipites semper certaminum exitus habuit. Et hæc quidem necessario præfanda mihi erant, ne quid esset, quod sententiæ super his rebus nostræ vel in speciem repugnaret. Redeo nunc ad *institutam comparationem*.

XII. Enimvero perspicuum est multis rationibus, retinente *Phalange* proprietatem suam et vires, nihil quidquam posse reperiri, quod a fronte ei resistere, aut ejus incumbentis impetum sustinere valeat. Quoties enim densatio fit aciei ad certamen, consistit vir una cum armis in tribus pedibus. *Sarissæ* vero longitudo, ut quidem vetus institutum erat, cubitorum est sexdecim; sed, ut postea ad veriorem pugnæ usum fuit aptata, quatuordecim. Hujus vero mensuræ quatuor absumit cubitos spatium inter manus ambas, una cum libramento

Digitized by Google

πρὸ τῶν σωμάτων ἑκάστου τῶν ὁπλιτῶν, [h]ὅταν ἴῃ δὲ ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν προβαλλόμενος ἐπὶ τοὺς πολεμίους. A. U. 557. Sarissæ phalangis.
5 Ἐκ δὲ τούτου συμβαίνει, τὰς μὲν τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου καὶ τετάρτου πλεῖον, τὰς δὲ τοῦ πέμπτου ζυγοῦ σαρίσσας [i]δύο προπίπτειν πήχεις πρὸ τῶν [k]πρωτοστατῶν, ἐχούσης τῆς φάλαγγος τὴν αὐτῆς ἰδιότητα καὶ
6 τύπωσιν κατ' ἐπιστάτην καὶ κατὰ παραστάτην· ὡς [m]Ὅμηρος ὑποδείκνυσιν ἐν τούτοις·

Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
Ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι
Νευόντων· ὡς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισι.

7 Τούτων δ' ἀληθινῶς καὶ καλῶς λεγομένων, δῆλον, ὡς ἀνάγκη, καθ' ἕκαστον τῶν πρωτοστατῶν σαρίσσας προπίπτειν πέντε, δυσὶ πήχεσι διαφερούσας ἀλλήλων κατὰ μῆκος.

XIII. Ἐκ δὲ τούτου ῥᾴδιον, ὑπὸ τὴν ὄψιν λαβεῖν τὴν τῆς ὅλης φάλαγγος ἔφοδον καὶ προβολήν, ποίαν τινα [l]εἰκὸς εἶναι, καὶ τίνα δύναμιν ἔχειν, ἐφ' ἑκκαίδεκα
2 τὸ βάθος οὖσαν. ὧν ὅσοι πέμπτον ζυγὸν ὑπεραίρουσι, ταῖς μὲν σαρίσσαις οὐδὲν οἷοί τ' εἰσὶ [m]συμβαλέσθαι πρὸς τὸν κίνδυνον· διόπερ οὐδὲ ποιοῦνται κατ' ἄνδρα τὴν Vis propria phalangis.

[h] ὅταν ἴῃ cum Reiskio correxi. Vulgo ὅταν εἴῃ. [i] δύο προβαίνειν Reg. E.
[k] Alii libri dant πρωτοστατῶν, et sic rursus deinde. [l] εἰκὸς ex Ursini conj. correxit Casaub. εἰκότως Herv. cum MStis. [m] συμβάλλεσθαι Reg. D.

quod a tergo respondet parti anteriori quæ prætenditur. Quæ quum ita sint, liquet, sarissam cujusque armati, quando ambabus manibus in hostes illam porrigens pergit, cubitos decem ultra ejus corpus necessario protendi. Unde fit, ut secundi quidem et tertii ac quarti ordinis sive jugi sarissæ plures cubitos, quinti vero nonnisi duos tandem protendantur ante eos qui in primo stant ordine; si modo phalanx proprietatem suam obtineat, et convenienter sibi densata sit, ratione cujusque armati, sive pone, sive ad latus stantis; quam densationem hisce versibus *Homerus* ostendit:

Scutum scuto hæsit, galeæ galea, atque viro vir:
Et cristæ e conis tangebant se invicem equinæ
Nutantum: densati adeo pressere virum vir.

Quæ vere et recte quum dicantur; adparet, necesse esse, ut singuli eorum, qui in primo stant ordine, quinas præ se prominentes *sarissas* habeant, inter quas ratione longitudinis binum cubitorum erit discrimen.

XIII. Ex quibus facile cuivis est ob oculos sibi ponere, quantam vim par sit habere *Phalangem*, cum *porrectis sarissis* in hostem incumbit, sedecim ordinum habens altitudinem. Milites autem, qui quintum ordinem sive jugum excedunt, sarissis illi quidem pugnam adjuvare nihil queunt, eam-

Digitized by Google

Ol. 145. 3. Vis propria phalangis.

προβολήν. παρὰ δὲ τοὺς ὤμους τῶν προηγουμένων 3
ἀνανευκυίας φέρουσι, χάριν τοῦ τὸν κατὰ κορυφὴν
τόπον ἀσφαλίζειν τῆς ἐπτάξεως, εἰργουσῶν τῇ πυκνώσει
τῶν σαρισσῶν ὅσα τῶν βελῶν ὑπερπετῆ τῶν πρωτο-
στατῶν φερόμενα δύναται προσπίπτειν πρὸς τοὺς ἑφε-
στῶτας. Αὐτῷ γε μὴν τῷ τοῦ σώματος βάρει κατὰ 4
τὴν ἐπαγωγὴν [n] πιέζοντες οὗτοι τοὺς προηγουμένους,
βιαίαν μὲν ποιοῦσι τὴν ἔφοδον, ἀδύνατον δὲ τοῖς πρω-
τοστάταις τὴν εἰς τοὔπισθεν μεταβολήν. Τοιαύτης περὶ 5
τὴν φάλαγγα διαθέσεως καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος
οὔσης, ῥητέον ἂν εἴη καὶ τοῦ Ῥωμαίων καθοπλισμοῦ
καὶ τῆς ὅλης συντάξεως τὰς ἰδιότητας καὶ διαφορὰς ἐκ
παραθέσεως. Ἵστανται μὲν οὖν ἐν τρισὶ ποσὶ μετὰ τῶν 6
ὅπλων καὶ Ῥωμαῖοι. τῆς μάχης δ' αὐτοῖς κατ' ἄνδρα 7
τὴν κίνησιν λαμβανούσης, διὰ τὸ τῷ μὲν θυρεῷ σκέπειν
τὸ σῶμα, συμμετατιθεμένους ἀεὶ πρὸς τὸν τῆς πληγῆς
καιρὸν, τῇ μαχαίρᾳ δ' ἐκ καταφορᾶς [o] καὶ διαιρέσεως
ποιεῖσθαι τὴν μάχην· προφανὲς, ὅτι χάλασμα καὶ 8
διάστασιν ἀλλήλων ἔχειν δεήσει τοὺς ἄνδρας ἐλάχιστον
τρεῖς πόδας κατ' ἐπιστάτην καὶ κατὰ παραστάτην, εἰ
μέλλουσιν εὐχρηστεῖν πρὸς τὸ δέον. ἐκ δὲ τούτου συμ- 9
βήσεται, τὸν ἕνα Ῥωμαῖον ἵστασθαι κατὰ δύο πρωτο-

[n] πιεζοῦντες Reg. D. E. Vesont. extr. [o] καὶ ἐκ διαιρέσεως malim. Sed διέρσεως voluit Salmas. et Gron. διέρσεως suspicatus est Lipsius.

que ob caussam viritim illas non præ-tendunt; sed ad humeros præcedentium inclinatas et sursum spectantes eas gestant, ut aciei securitatem ab eo, qui supra verticem est, loco præstent; frequentia sarissarum iis telis obstante, quæ impetu suo ultra primos ordines delata incidere in posteriores possent. At pondere ipso corporis iidem, quoties ducitur in hostem phalanx, dum antecedentes urgent obnitendo, impressioni vim atque violentiam adjiciunt, et ordinibus primoribus retro se avertendi omnem penitus facultatem adimunt. Ejusmodi quum sit et phalangis universæ, et partium ejus ratio ac dispositio: sequitur, ut *Armaturæ atque instructionis Aciei Romanæ* proprietates et differentias ad comparandum exponamus. Consistunt igitur etiam *Romani* cum ipsis armis, in trium pedum spatio. Sed quum in eorum pugna singuli armati sese moveant, qui corpus objectu scuti defendunt, in omnem partem, unde quis ictum minetur, subinde se convertentes, iidemque casim pariter et punctim gladiis feriant; nemo non intelligit, oportere, ut aliquantum vacui spatii habeant, quo distent alter ab altero: atque id spatium, si volumus ipsos munia sua commode exsequi, trium erit minimum pedum, tam ratione eorum qui ad latus, quam eorum qui pone stant. Ita fiet, ut Romanus miles unus duos phalangitas

Digitized by Google

στάτας τῶν φαλαγγιτῶν, ὥστε πρὸς δέκα σαρίσσας A. U. 557.
10 αὐτῷ γίγνεσθαι τὴν ἀπάντησιν καὶ τὴν μάχην· ἃς οὔτε Vis propria phalangis.
κόπτοντα τὸν ἕνα καταταχῆσαι δυνατὸν, ὅταν ἅπαξ
συνάψωσιν εἰς τὰς χεῖρας, οὔτε βιάσασθαι ῥᾴδιον,
μηδέν γε τῶν ἐφεστώτων δυναμένων συμβάλλεσθαι τοῖς
πρωτοστάταις, μήτε πρὸς τὴν βίαν, μήτε πρὸς τὴν
11 τῶν μαχαιρῶν ἐνέργειαν. Ἐξ ὧν εὐκατανόητον, ὡς οὐχ
οἷόν τε μεῖναι κατὰ πρόσωπον τὴν τῆς φάλαγγος ἔφοδον
οὐδένα, τηρούσης τὴν αὐτῆς ἰδιότητα καὶ δύναμιν, ὡς ἐν
ἀρχαῖς εἶπα.

XIV. Τίς οὖν αἰτία τοῦ νικᾶν Ῥωμαίους, καὶ τί τὸ Incommoda
2 σφάλλον ἐστὶ τοὺς ταῖς φάλαγξι χρωμένους; Ὅτι phalangis.
συμβαίνει, τὸν μὲν πόλεμον ἀορίστους ἔχειν καὶ τοὺς
καιροὺς καὶ τοὺς τόπους τοὺς πρὸς τὴν χρείαν· τῆς δὲ
φάλαγγος ἕνα καιρὸν εἶναι καὶ τόπον, ἓν γένος, ἐν οἷς
3 δύναται τὴν αὐτῆς χρείαν ἐπιτελεῖν. Εἰ μὲν οὖν τις
ἦν ἀνάγκη τοῖς ἀντιπάλοις, εἰς τοὺς τῆς φάλαγγος
καιροὺς καὶ τόπους συγκαταβαίνειν, ὅτε μέλλοιεν κρί-
νεσθαι περὶ τῶν ὅλων· εἰκὸς ἦν κατὰ τὸν ἄρτι λόγον,
ἀεὶ φέρεσθαι τὸ πρωτεῖον τοὺς ταῖς φάλαγξι χρωμένους.
4 Εἰ δὲ δυνατὸν ἐκκλίνειν, καὶ τοῦτο ποιεῖν ῥᾳδίως· πῶς
5 ἂν ἔτι φοβερὸν εἴη τὸ προειρημένον σύνταγμα; Καὶ
μὴν, ὅτι χρείαν ἔχει τόπων ἐπιπέδων καὶ ψιλῶν ἡ
φάλαγξ, πρὸς δὲ τούτοις μηδὲν ἐμπόδιον ἐχόντων, λέγω

primi ordinis habeat sibi oppositos; adeo ut sarissis decem illi sit occurrendum, et cum iis decertandum: quas, ubi semel ad manus ventum est, neque cædere, quantumvis præcipiti feratur celeritate, quisquam poterit unus, neque perrumpet facile; quum quidem posteriores ordines prioribus nihil conferre valeant, neque ut violentius ipsi irrumpant, neque ut gladii eorum efficaciore ictu feriant. Ex quibus facile intelligitur, *nullam aciem esse posse tam firmam, ut impressionem phalangis a fronte sustinere queat*, si modo illa, ut initio dicebam, proprietatem suam et vires obtineat.

XIV. Quænam igitur *causa* est, *cur vincant Romani?* et *qui fit, ut, phalangibus utuntur, clades accipere possint?* Quia bellicorum quidem certaminum et tempora et loca sunt incerta, atque indefinita; phalangi vero unum est tempus, unus locus, unus modus, quibus perficere opus suum queat. Quod si qua igitur necessitas adversarios, ubi rerum summam acie decernere parant, compelleret, ut temporibus ac locis phalangi aptis sese adcommodarent; rationi foret consentaneum, ut ii, qui phalangibus utuntur, victoriam semper essent reportaturi. Quodsi vero declinari phalangis impressio potest, eaque res ne magnam quidem difficultatem habet, cur, obsecro, ea forma aciei instruendæ tantopere metuenda censeatur? Atqui est sane in confesso, opus esse phalangi locis planis, et quæ nec arboribus vestita sint, nec præter-

Digitized by Google

Ol. 145. 3. Incommoda phalangis.

δ' οἷον τάφρους, ἐκρήγματα, [p] συναγκείας, ὀφρῦς, ῥεῖθρα ποταμῶν, ὁμολογούμενόν ἐστι. πάντα γὰρ τὰ 6 προειρημένα [q] παραποδίζειν καὶ λύειν τὴν τοιαύτην τάξιν ἱκανὰ γίγνεται. Διότι δ' εὑρεῖν τόπους ποτὲ μὲν ἐπὶ 7 σταδίους εἴκοσι, ποτὲ δὲ καὶ πλείους, ἐν οἷς μηδέν τι τοιοῦτον ὑπάρχει, σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, ἀδύνατόν ἐστιν, εἰ δὲ μή γε, τελέως σπάνιον· καὶ τοῦτο πᾶς ἄν τις ὁμολογήσειεν. Οὐ μὴν, ἀλλ' ἔστω τόπους εὑρῆσθαι τοιού- 8 τους. ἐὰν οὖν οἱ μὲν πολεμοῦντες εἰς μὲν τούτους μὴ συγκαταβαίνωσι, περιπορευόμενοι δὲ πορθῶσι τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν τὴν τῶν συμμάχων· τί τῆς τοιαύτης ὄφελος ἔσται συντάξεως; Μένουσα μὲν γὰρ ἐν 9 τοῖς ἐπιτηδείοις αὐτῇ τόποις, οὐχ οἷον ὠφελεῖν δύναιτ' ἂν τοὺς φίλους, ἀλλ' οὐδ' αὐτὴν σώζειν. αἱ γὰρ τῶν 10 ἐπιτηδείων παρακομιδαὶ κωλυθήσονται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὅταν ἀκονιτὶ κρατῶσι τῶν ὑπαίθρων. ἐὰν δ', 11 [r] ἀπολιποῦσα τοὺς οἰκείους τόπους, βούληταί τι πράττειν, εὐχείρωτος ἔσται τοῖς πολεμίοις. Οὐ μὴν, ἀλλὰ 12 κἂν εἰς τοὺς ἐπιπέδους συγκαταβάς τις τόπους, μὴ πᾶν ἅμα τὸ σφέτερον στρατόπεδον ὑπὸ τὴν ἐπαγωγὴν τῆς φάλαγγος [s] καὶ τὸν ἕνα καιρὸν ὑπερβάλῃ, βραχέα δὲ φυγομαχήσῃ κατ' αὐτὸν τὸν τοῦ κινδύνου καιρόν·

[p] Alii συναγκίας. [q] παρεμποδίζειν Reg. D. Vesont. extr. [r] ἀπολείπουσα Casaub. invitis MStis. [s] καὶ τὸν ἕνα ex MStis revocavi. κατὰ τὸν ἕνα Casaub. ex conj.

ea alia habeant impedimenta; nullas puta fossas, hiatus, convalles, clivorum supercilia, aut amnium alveos. Quidvis enim eorum, quæ commemoravimus, ad impediendam solvendamque ejusmodi aciem fuerit satis. Jam vero illud quoque fatebuntur omnes, fieri, prope dixerim, nullo modo posse, aut admodum certe raro, ut campi inveniantur sive ad stadia viginti sive ad plura etiam patentes, in quibus nullum tale insit impedimentum. Verum esto, inveniantur loca hujusmodi. Quid? si hostes eo noluerint descendere, sed passim fines incursando, qua urbes, qua agros sociorum evastaverint; aciei ita digestæ ecqua erit utilitas? Quippe si locis immoretur sibi aptis, adeo prodesse amicis nihil poterit, ut ne se quidem ipsa sit servatura. Nam commeatuum advectio nullo negotio impedietur ab hostibus, ubi nemine repugnante omnia, quæ sub dio sunt, suæ potestati subjecerint. Quod si vero, loca relinquens sibi apta, conari aliquid phalanx voluerit, hostibus ex facili erit superabilis. Quin etiam, licet in planitiem demiserit sese aliquis, si modo, phalangi contra se venienti et uni communi periculo non exercitum suum simul universum objiciens, detrecta-

Digitized by Google

εὐθεώρητον γίγνεται τὸ συμβησόμενον, ἐξ ὧν ποιοῦσι A. U. 557.
Ῥωμαῖοι νῦν.

XV. Οὐκέτι γὰρ ἐκ τοῦ λόγου δεῖ τεκμαίρεσθαι Romana acies præstat phalangi.
τὸ νυνὶ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἤδη γεγονότων.
2 Οὐ γὰρ ἐξισώσαντες τὴν παράταξιν πᾶσιν ἅμα συμ-
βάλλουσι τοῖς στρατοπέδοις μετωπηδὸν πρὸς τὰς φά-
λαγγας· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐφεδρεύει τῶν μερῶν αὐτοῖς, τὰ
3 δὲ συμμίσγει τοῖς πολεμίοις. Λοιπὸν, ἂν τ' ἐκπίεσωσιν
οἱ φαλαγγίται τοὺς καθ' αὑτοὺς προσβάλλοντες, ἄν τ'
ἐκπιεσθῶσιν ὑπὸ τούτων, λέλυται τὸ τῆς φάλαγγος
4 ἴδιον. ἢ γὰρ ἑπόμενοι τοῖς ὑποχωροῦσιν, ἢ φεύγοντες
τοὺς προσκειμένους, ἀπολείπουσι τὰ λοιπὰ μέρη τῆς
5 οἰκείας δυνάμεως. οὗ γενομένου, δέδοται τοῖς ἐφε-
δρεύουσι τῶν πολεμίων διάστημα, καὶ τόπος, ὃν οὗτοι
κατεῖχον, πρὸς τὸ μηκέτι κατὰ πρόσωπον ὁρμᾷν, ἀλλὰ
παρεισπεσόντας πλαγίους παρίστασθαι καὶ κατὰ νώτου
6 τοῖς φαλαγγίταις. Ὅταν δὲ τοὺς μὲν τῆς φάλαγγος
καιροὺς καὶ τὰ προτερήματα ῥᾴδιον εἴη φυλάξασθαι,
τοὺς δὲ κατὰ τῆς φάλαγγος ἀδύνατον· πῶς οὐ με-
γάλην εἰκὸς εἶναι τὴν διαφορὰν ἐπὶ τῆς ἀληθείας τῶν
7 προειρημένων; Καὶ μὴν τορευθῆναι διὰ τόπων παντο-
δαπῶν ἀναγκαῖον τοὺς χρωμένους φάλαγγι, καὶ κατα-
στρατοπεδεῦσαι, ἔτι δὲ τόπους εὐκαίρους προκαταλα-
βέσθαι, καὶ πολιορκῆσαί τινας, καὶ πολιορκηθῆναι, καὶ

verit paulisper pugnam; quid sit eventurum, facile intellectu est ex iis, quæ nunc Romani faciunt.

XV. Nam quod nunc dicimus, id non amplius argumentis et rationibus colligendum est, sed ex iis rebus intelligitur, quæ jam sunt gestæ. Non enim aciem suam *Macedonicæ* adæquant longitudine *Romani*, ut copiis universis cum phalange frontem committant; sed virium suarum parte in subsidium seposita, altera cum hostibus confligunt. Sive igitur phalangitæ oppositam sibi aciem propulerint, sive ipsi ab ea fuerint propulsi, solutum est quod fuit *phalangi* proprium. Nam aut persequendo cedentes, aut fugiendo incumbentes, ceteram suam aciem derelinquunt. Quo facto, spatium locusque, in quo illi stabant, hostibus datur in subsidium præparatis, ut non jam a fronte phalangitas invadant, sed vel ad latera progressi, vel etiam a tergo, in eorum ordines irrumpant. Quod si vero phalangis quidem opportunitates, et quidquid est, quo illa præcipue valet, evitari facile possunt; quæ autem contra ipsam faciunt, nullo pacto sunt evitabilia; qui potest fieri, ut in veris pugnis discrimen ingens inter phalangem et Romanam aciem non inveniatur? Atque necesse est phalange utentibus, per cuicuimodi loca proficisci; tum castra facere; ad hæc loca opportuna præoccupare, obsidere, obsideri, et in hostem incidere

Digitized by Google

Ol. 145. 3. Romana acies præstat phalangi.

παραδόξοις ἐπιφανείαις περιπεσεῖν. ἅπαντα γὰρ ταῦτά 8
ἐστι πολέμου μέρη, καὶ ῥοπὰς ποιεῖ πρὸς τὸ νικᾶν, ποτὲ
μὲν ὁλοσχερεῖς, ποτὲ δὲ μεγάλας. Ἐν οἷς πᾶσιν ἡ 9
μὲν Μακεδόνων ἐστὶ σύνταξις δύσχρηστος, ποτὲ δ'
ἄχρηστος, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν Φαλαγγίτην μήτε
κατὰ τάγμα, μήτε κατ' ἄνδρα παρέχεσθαι χρείαν·
ἡ δὲ Ῥωμαίων εὔχρηστος. Πᾶς γὰρ Ῥωμαῖος, ὅταν 10
ἅπαξ καθοπλισθεὶς ὁρμήσῃ πρὸς τὴν χρείαν, ὁμοίως
ἥρμοσται πρὸς πάντα τόπον καὶ καιρὸν, καὶ πρὸς
πᾶσαν ἐπιφάνειαν. καὶ μὴν ἕτοιμός ἐστι, καὶ τὴν αὐτὴν 11
ἔχει διάθεσιν, ἄν τε μετὰ πάντων δέῃ κινδυνεύειν, ἄν τε
μετὰ μέρους, ἄν τε κατὰ σημαίαν, ἄν τε καὶ κατὰ
ἄνδρα. Διὸ καὶ παρὰ πολὺ τῆς κατὰ μέρος εὐχρη- 12
στίας διαφερούσης, παρὰ πολὺ καὶ τὰ τέλη συνεξα-
κολουθεῖ ταῖς Ῥωμαίων προθέσεσι μᾶλλον ἢ ταῖς τῶν
ἄλλων. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαῖον ἡγησάμην 13
εἶναι τὸ διὰ πλειόνων ποιήσασθαι μνήμην, διὰ τὸ καὶ
παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων διαλαμ-
βάνειν, ὅτε Μακεδόνες ἡττήθησαν, ἀπίστῳ τὸ γεγονὸς
ἐοικέναι, καὶ μετὰ ταῦτα πολλοὺς διαπορήσειν, διὰ τί
καὶ πῶς λείπεται τὸ σύνταγμα τῆς φάλαγγος ὑπὸ τοῦ
Ῥωμαίων καθοπλισμοῦ.

In Macedoniam se recipit Philippus.

XVI. Φίλιππος δὲ, τὰ δυνατὰ πεποιηκὼς πρὸς τὸν
ἀγῶνα, τοῖς δ' ὅλοις πράγμασιν ἐσφαλμένος, ἀναδε-

subito adparentem. Sunt enim istæ omnes belli partes, e quibus victoria universa nonnumquam pendet, nonnumquam momentum ad eam parandam magnum faciunt. In quibus omnibus *Macedonica ordinatio* modo cum magna difficultate usurpatur, modo nulli prorsus est usui; quia miles *phalangita* neque manipulatim, neque viritim operam potest navare, *Romanus* contra commode ubique rem gerit. Quilibet enim Romanus miles, ubi semel armis instructus ad pugnam se accinxit, ex æquo paratus est ad quemvis locum, ad quodvis tempus, ad quemvis hostem, undeunde ille adparuerit; denique peræque paratus et eodem modo instructus est unusquisque, sive totus simul exercitus, sive pars tantum dimicare debet, sive manipulatim, sive viritim ineunda pugna est. Quum igitur commodo partium usu longe præstet *acies Romana*; exitus etiam pugnarum multo magis votis Romanorum, quam aliorum, solent respondere. Ego vero, ut de hisce rebus dissererem pluribus verbis, propterea necessarium duxi, quod et illo ipso tempore, quo victi sunt Macedones, multi Græcorum in eam cogitationem venerunt, ut rem pro incredibili haberent, et posthac etiam quæsituri sint multi, cur et qua ratione phalangis instructio sit Romanorum armatura inferior.

XVI. *Philippus*, quum in eo certamine nihil prætermisisset, quod a se præstari posset, universo tamen præ-

Digitized by Google

ξάμενος ὅσους ἐδύνατο πλείστους τῶν ἐκ τῆς μάχης ἀνασωζομένων, αὐτὸς μὲν ὥρμησε διὰ τῶν Τεμπῶν εἰς Μακεδονίαν. Εἰς δὲ τὴν Λάρισσαν ἔτι τῇ προτεραίᾳ νυκτὶ διεπέμψατό τινα τῶν ὑπασπιστῶν, ἐντειλάμενος ἀφανίσαι καὶ κατακαῦσαι τὰ βασιλικὰ γράμματα· ποιῶν πρᾶγμα βασιλικὸν, τὸ μηδ' ἐν τοῖς δεινοῖς λήθην ποιεῖσθαι τοῦ καθήκοντος. σαφῶς γὰρ ἤδει, διότι πολλὰς ἀφορμὰς δώσει τοῖς ἐχθροῖς καὶ καθ' ἑαυτοῦ καὶ κατὰ τῶν φίλων, ἐὰν κρατήσωσι Ῥωμαῖοι τῶν ὑπομνημάτων. Ἴσως μὲν οὖν καὶ ἑτέροις ἤδη τοῦτο συμβέβηκε, τὸ τὰς μὲν ἐν ταῖς ἐπιτυχίαις ἐξουσίας μὴ δύνασθαι φέρειν ἀνθρωπίνως, ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις εὐλαβῶς ἵστασθαι καὶ νουνεχῶς· ἐν δὲ τοῖς μάλιστα καὶ περὶ Φίλιππον τοῦτο γέγονε. δῆλον δ' ἔσται τοῦτο διὰ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων. Καθάπερ γὰρ καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ὁρμὰς ἐπὶ τὸ δέον αὐτοῦ σαφῶς ἐδηλώσαμεν, καὶ πάλιν τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν, καὶ πότε, καὶ διὰ τί, καὶ πῶς ἐγένετο, καὶ τὰς ἐν ταύτῃ πράξεις μετ' ἀποδείξεως ἐξηγησάμεθα· τὸν αὐτὸν τρόπον χρὴ καὶ τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ δηλῶσαι, καὶ τὴν εὐστοχίαν, καθ' ἣν μεταθέμενος τοῖς ἐκ τῆς τύχης ἐλαττώμασιν, εὐλογιστότατα δοκεῖ χρῆσθαι τοῖς καθ' αὐτὸν καιροῖς.

Τίτος δὲ, μετὰ τὴν μάχην ποιησάμενος τὴν καθήκουσαν πρόνοιαν περί τε τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῶν ἄλλων λαφύρων, ἦλθε πρὸς Λάρισσαν.

A. U. 557.

Chartas regias cremari jubet.

In adversa fortuna resipiscit Philippus.

lio victus; ubi eorum, qui e pugna evaserunt, quantos poterat plurimos excepisset, per Tempe *in Macedoniam* contendit. Præcedente vero nocte e satellitibus unum Larissam misit, dato mandato, ut *regias chartas* corrumperet atque combureret. In quo facinus regii animi ab eo est editum, cum ne in adflicta quidem fortuna sua officii est oblitus. Norat enim rex, multas se hostibus ansas præbiturum ad negotium facessendum tum sibi, tum amicis suis, si Romani istorum commentariorum potirentur. Accidit igitur hoc et aliis fortasse jam ante, ut *rebus lætis* potentiam ferre, sicut homines par erat, nequirent; *in adversis* autem caute admodum et prudenter statum suum conservarent: ceterum uni ex omnibus *Philippo* maxime hoc usu venit, sicut ex iis liquido constabit, quæ deinceps dicentur. Nam quemadmodum recta studia, quæ ille initio est secutus, perspicue exposuimus; ac deinde, facta illius mutatione in deterius, quando, quam ob caussam, et cur id acciderit, et quas res ita immutatus egerit, adcurate demonstravimus: eodem etiam modo resipiscentiam ejusdem, et ingenii dexteritatem oportet indicare, per quam una cum mutata in deterius fortuna mutatus ipse, necessario suo tempore summo judicio et prudentia fuisse usus videtur. *Quinctius* a pugna, ubi captivis et reliquæ prædæ quanta par erat cura prospexisset, *Larissam* duxit.

Digitized by Google

Ol. 145. 3. (II.) *Pacem petenti Philippo dat Quinctius, indignantibus Ætolis.*

* * *

Ætolorum avaritia et jactantia.

XVII. Καθόλου τῇ περὶ τὰ λάφυρα πλεονεξίᾳ τῶν Αἰτωλῶν [t] *· εἶτ' οὐκ ἐβούλετο, Φίλιππον ἐκβαλὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς, Αἰτωλοὺς καταλιπεῖν δεσπότας τῶν Ἑλλήνων. δυσχερῶς δ' ἔφερε καὶ τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν, 2 θεωρῶν ἀντεπιγραφομένους ἐπὶ τὸ νίκημα, καὶ πληροῦντας τὴν Ἑλλάδα τῆς αὐτῶν ἀνδραγαθίας. Διὸ 3 καὶ κατά τε τὰς ἐντεύξεις ἀγερωχότερον αὐτοῖς ἀπήντα, καὶ περὶ τῶν κοινῶν ἀπεσιώπα, τὰ δὲ προκείμενα συνετέλει δι' αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν ἰδίων φίλων. Τοιαύτης δὲ 4 οὔσης δυσχρηστίας ἐν ἀμφοτέροις, ἧκον πρεσβευταὶ μετά τινας ἡμέρας παρὰ τοῦ Φιλίππου, Δημοσθένης καὶ Κυκλιάδας καὶ Λιμναῖος. Πρὸς οὓς κοινολογηθεὶς 5 ὁ Τίτος ἐπὶ πλεῖον μετὰ τῶν χιλιάρχων, πεντεκαιδεχημέρους ἀνοχὰς ἐποιήσατο παραχρῆμα, συνετάξατο δὲ καὶ συμπορεύεσθαι τῷ Φιλίππῳ, κοινολογησόμενος ὑπὲρ τῶν καθεστώτων ἐν ταύταις. Γενομένης δὲ ταύτης 6 ἐντεύξεως φιλανθρώπου, διπλασίως ἐξεκάετο τὰ τῆς ὑποψίας κατὰ τοῦ Τίτου. Ἤδη γὰρ κατὰ τὴν Ἑλ- 7 λάδα τῆς δωροδοκίας ἐπιπολαζούσης καὶ τοῦ μηδένα μηδὲν δωρεὰν πράττειν, καὶ τοῦ χαρακτῆρος τούτου

Philippo inducias concedit Quinctius.

Ætolis suspecta Titi integritas.

[t] Aut initio Fragmenti, aut ibi, ubi cum Casaub. lacunæ signum ponit, inest verbum ἐχαλέπαινε, δυσχεροστεῖτο, aut aliquod simile, et intelligitur ὁ Τίτος.

(II.) *Legatio VI. et Excerpt. Valesian.*

* * *

XVII. Erat omnino *exosa Tito Ætolorum avaritia* et prædæ cupiditas: deinde autem nolebat, Philippo dominatu ejecto, Ætolos relinquere Græcorum dominos. Offendebat præterea Titum *jactantia illorum*, cum intelligeret, ipsos victoriæ decus a Romanis ad se transferre, et universam Græciam præclaris suis facinoribus implere. Propterea et in congressibus superbius cum iis agebat, et de publicis rebus apud eos silebat, atque per se et amicos suos consilia exsequebatur. Quam igitur hoc modo male conveniret inter utrosque; venere post paucos dies *legati a Philippo*, Demosthenes, Cycliades et Limnæus. Quibuscum longo sermone habito præsentibus tribunis, dierum quindecim inducias extempli *Titus* concessit: simulque constituit, se, dum illæ durarent, cum Philippo conventurum, et una cum illo de rebus præsentibus acturum. Quia autem perquam humane peractum est hoc colloquium, duplo majores exarserunt *Ætolorum de Tito suspiciones*. Quum enim inter Græcos jam grassaretur sordida munerum captatio, gratis nemine quidquam faciente, quumque ea morum nota pro legitima obtineret

Digitized by Google

νομιστευομένου παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς· οὐκ ἐδύναντο πι- A. U. 557.
στεύειν, διότι χωρὶς δώρων ἡ τηλικαύτη μεταβολὴ γέ-
8 γονε τοῦ Τίτου πρὸς τὸν Φίλιππον· οὐκ εἰδότες τὰ
Ῥωμαίων ἔθη καὶ νόμιμα περὶ τοῦτο τὸ μέρος, ἀλλ' ἐξ
αὐτῶν τεκμαιρόμενοι καὶ συλλογιζόμενοι, διότι τὸν μὲν
Φίλιππον εἰκὸς ἦν προτείνειν πλῆθος χρημάτων διὰ τὸν
καιρὸν, τὸν δὲ Τίτον μὴ δύνασθαι τούτοις ἀντοφθαλμεῖν.

XVIII. Ἐγὼ δὲ, κατὰ μὲν τοὺς ἀνωτέρω χρόνους Romanorum abstinentiam defendit Polybius.
καὶ κοινὴν ἂν ποιούμενος ἀπόφασιν, ἐθάρρησα ἂν περὶ
πάντων Ῥωμαίων εἰπεῖν, ὡς οὐδὲν ἂν πράξαιεν τοιοῦτον·
λέγω δὲ πρότερον ἢ τοῖς διαπεντίοις αὐτοὺς ἐγχειρῆσαι
πολέμοις, ἕως ἐπὶ τῶν ἰδίων ἐθῶν καὶ νομίμων ἔμενον.
2 Ἐν δὲ τοῖς νῦν καιροῖς περὶ πάντων μὲν οὐκ ἂν τολμή-
σαιμι τοῦτ' εἰπεῖν· κατ' ἰδίαν μέντοι γε περὶ πλειόνων
ἀνδρῶν ἐν Ῥώμῃ [u]θαρρήσω ἂν ἀποφήνασθαι, διότι δύ-
νανται τὴν πίστιν ἐν τούτῳ τῷ μέρει διαφυλάττειν.
3 Μαρτυρίας δὲ [x]χάριν ὁμολογούμενα δύω ὀνόματα, τοῦ
4 μὴ δοκεῖν ἀδύνατα λέγειν. Λεύκιος μὲν γὰρ [y]Αἰμί- L. Æmilii exemplum.
λιος, ὁ Περσέα νικήσας, κύριος γενόμενος τῆς Μακε-
δόνων βασιλείας· ἐν ᾗ, τῆς ἄλλης χωρὶς κατασκευῆς
καὶ χορηγίας, ἐν αὐτοῖς εὑρέθη τοῖς θησαυροῖς ἀργυρίου
5 καὶ χρυσίου πλείω τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων· οὐχ
οἷον ἐπεθύμησε τούτων τινὸς, ἀλλ' οὐδ' αὐτόπτης ἠβου-
λήθη γενέσθαι, δι' ἑτέρων δὲ τὸν χειρισμὸν ἐποιήσατο

[u] Fors. θαῤῥήσω αὖ. [x] Post χάριν supplendum videtur cum Reiskio verbum παραβήσομαι aut aliud simile. [y] Vulgo Αἰμύλιος.

apud Ætolos, persuadere sibi illi non poterant, gratuito contigisse eam *Titi erga Philippum voluntatis mutationem*. Ignari quippe erant moris hac in parte institutique Romanorum: verum, ex se ipsis conjectura ducta, perquam probabile esse disputabant, Philippum, tempori servientem, pecuniæ vim magnam offerre, Titum vero oculos contra adtollere non sustinere.

XVIII. Ego vero, si de superioribus temporibus, et quidem generaliter, mihi esset pronunciandum, de omnibus Romanis adfirmare non dubitaverim, eos hujusmodi aliquid numquam fuisse facturos; scilicet priusquam transmarina suscepissent bella, quousque consuetudines moresque majorum servarunt. Nunc vero, his temporibus, de omnibus quidem adserere id non ausim; sed sigillatim de pluribus civibus Romanis id adseverare haudquaquam verear, eos hac in parte fidem atque integritatem præstare posse. Ne cui autem forte falsa commentus esse videar, duorum virorum exempla, quæ apud omnes in confesso sunt, hic adducam. *L. Æmilius*, is qui *Persea* superavit, regno Macedonum potitus; in quo, præter reliquam supellectilem et ceteras opes, auri argentique plus quam sex millia talentûm in thesauris ipsis reperta sunt; non modo nihil ex iis concu-

Digitized by Google

Ol. 145. 3. τῶν προειρημένων, καίτοι κατὰ τὸν ἴδιον βίον οὐ περιττεύων τῇ χορηγίᾳ, τὸ δ' ἐναντίον ἐλλείπων μᾶλλον. μεταλλάξαντος γοῦν αὐτοῦ τὸν βίον οὐ πολὺ κατόπιν 6
τοῦ πολέμου, βουληθέντες οἱ κατὰ φύσιν υἱοὶ, Πόπλιος Σκιπίων, καὶ Κόϊντος Μάξιμος, ἀποδοῦναι τῇ γυναικὶ τὴν φέρνην, εἴκοσι τάλαντα καὶ πέντε, ἐπὶ τοσοῦτον ἐδυσχρηστήθησαν, ὥστ' οὐδ' εἰς τέλος ἐδυνήθησαν, εἰ μὴ καὶ τὴν ἐνδουχίαν ἀπέδοντο καὶ τὰ σώματα, καὶ σὺν τούτοις ἔτι τινὰς τῶν κτήσεων. Εἰ δέ τισιν ἀπίστῳ τὸ 7
λεγόμενον ἐοικέναι δόξει, ῥᾴδιον ὑπὲρ τούτου λαβεῖν πίστιν. Πολλῶν γὰρ ἀμφισβητουμένων παρὰ Ῥωμαίοις 8
καὶ μάλιστα περὶ τοῦτο τὸ μέρος, διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιπαραγωγὰς, ὅμως τὸ νῦν εἰρημένον ὑφ' ἡμῶν
Exemplum P. Scipionis. ὁμολογούμενον εὑρήσει παρὰ πᾶσιν ὁ ζητῶν. Καὶ μὴν 9
Πόπλιος Σκιπίων, ὁ τούτου μὲν κατὰ φύσιν υἱὸς, Ποπλίου δὲ, τοῦ Μεγάλου κληθέντος, κατὰ θέσιν υἱωνὸς, κύριος γενόμενος τῆς Καρχηδόνος, ἥτις ἐδόκει πολυχρημονεστάτη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην εἶναι πόλεων, ἁπλῶς τῶν ἐξ ἐκείνης οὐδὲν εἰς τὸν ἴδιον βίον μετήγαγεν, οὔτ' ὠνησάμενος, οὔτ' ἄλλῳ τρόπῳ κτησάμενος οὐδέν· καίπερ οὐχ ὅλως ἐνπορούμενος κατὰ τὸν βίον, ἀλλὰ 10
μέτριος ὢν κατὰ τὴν ὕπαρξιν, ὡς Ῥωμαῖος. οὐχ οἷον 11
δὲ τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἀπέσχετο μόνον, ἀλλὰ καὶ καθόλου τῶν ἐκ τῆς Λιβύης οὐδὲν ἐπιμιχθῆναι πρὸς

pivit, sed ne ipse quidem spectare ea dignatus, per alios cuncta administravit, tametsi rei familiaris amplam copiam non haberet, quin potius inopia laboraret. Etenim cum haud multo post Persicum illud bellum e vita abiisset, *Publius Scipio et Q. Maximus*, naturales ejus filii, cum uxori dotem quinque ac viginti talenta restituere vellent; tanta difficultate pecuniæ laboraverunt, ut ne illud quidem nomen ullo pacto potuissent dissolvere, nisi domesticam supellectilem mancipiaque et præterea aliquot prædia divendidissent. Quod si cui fortasse incredibile videbitur, veritatem ejus rei adsequi in promtu est. Nam quamquam de multis ac de hujusce præsertim generis factis in utramque partem disputari solet apud Romanos, ut ea in dubium a nonnullis vocentur, propter mutuas inimicitias; tamen hoc, quod dixi, uno omnium consensu firmari, quisquis interrogaverit, deprehendet. Jam vero et *P. Scipio, Æmilii* quidem *filius naturalis*, Publii vero Scipionis, qui Major cognominatus est, adoptione nepos, Carthagine potitus, quæ urbs totius orbis locupletissima habebatur, nihil ex ea prorsus, neque emtionis titulo, neque alia ratione, sibi comparavit aut in privatum usum traduxit; licet nequaquam abundaret opibus, sed modicis facultatibus, ut Romanus, esset instructus. Neque vero solum a Carthaginiensi abstinuit præda, sed omnino nihil ex Africæ divitiis cum suis bonis commi-

Digitized by Google

12 τὸν ἴδιον εἶασε βίον. Περὶ δὲ τούτου πάλιν τἀνδρὸς A. U. 557.
ὁ ζητῶν ἀληθινῶς, ἀναμφισβήτητον εὑρήσει παρὰ Ῥω-
13 μαίοις τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος δόξαν. Ἀλλὰ γὰρ
ὑπὲρ μὲν τούτων, οἰκειότερον λαβόντες καιρὸν, ποιησό-
μεθα ἐπιπλεῖστον διαστολήν.

XIX. Ὁ δὲ Τίτος, ταξάμενος ἡμέραν πρὸς τὸν Titi et sociorum colloquium de pace Philippo danda.
Φίλιππον, τοῖς μὲν συμμάχοις ἔγραψε παραχρῆμα,
διασαφῶν, πότε δεήσει παρεῖναι πρὸς τὸν σύλλογον·
αὐτὸς δὲ μετά τινας ἡμέρας ἦλθε πρὸς τὴν εἰσβολὴν τῶν
2 Γεμπῶν εἰς τὸν ταχθέντα χρόνον. Ἀθροισθέντων δὲ τῶν
συμμάχων, καὶ τοῦ συνεδρίου συναχθέντος ἐξ αὐτῶν
τούτων, ἀναστὰς ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐκέλευε
λέγειν ἕκαστον, ἐφ' οἷς δεῖ ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸν
3 Φίλιππον διαλύσεις. Ἀμύναν δρος μὲν οὖν, ὁ βασι-
λεὺς, βραχέα διαλεχθεὶς καὶ μέτρια, κατέπαυσε τὸν
4 λόγον. ἠξίου γὰρ, πρόνοιαν αὐτοῦ ποιήσασθαι πάντας,
ἵνα μὴ, χωρισθέντων Ῥωμαίων ἐκ τῆς Ἑλλάδος, εἰς
ἐκεῖνον ἀπερείδηται τὴν ὀργὴν ὁ Φίλιππος· εἶναι γὰρ
εὐχειρώτους Ἀθαμᾶνας ἀεὶ Μακεδόσι, διά τε τὴν
5 ἀσθένειαν καὶ γειτνίασιν τῆς χώρας. Μετὰ δὲ τοῦτον
Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἀναστὰς, καθότι μὲν ἤθροικε
τοὺς συμμάχους ἐπὶ τὸ περὶ τῶν διαλύσεων διαβούλιον,
καὶ [z] καθόλου νῦν ἑκάστους [a] ἀξιοῖ λέγειν τὸ φαινόμενον,

[z] *καθίλου νῦν* ex MStis revocavi, quod in *καθίστι νῦν* mutavit Ursinus. *καθ' ὅλου νῶν* suspicatus est Reisk. [a] *ἀξιοῖ* correxit Ursinus. *ἄξιον* MSti.

sceri est passus. Atque hanc pariter hujus viri in eo genere gloriam indubitatam apud Romanos esse, quisquis inquirere voluerit, comperiet. Verum de his rebus, ubi commodiorem nacti locum erimus, distincte atque adcurate trademus.

XIX. *Titus* igitur, constituta cum *Philippo* die, literas extemplo ad socios dedit, quibus tempus illis indicabat, quo ad conventum essent venturi: atque ipse paucis post diebus ad condictum locum, qua patet ad *Tempe* aditus, se contulit. Quum autem socii convenissent, essetque ex horum solorum numero congregatum concilium; consurgens Imperator Romanus jubet *dicere unumquemque, quibus conditionibus faciendam pacem cum Philippo censeat.* Pauca tunc rex AMYNANDER eaque modesta ubi disseruisset, finem dicendi fecit. Postulabat autem, ut *sui rationem omnes haberent, ne, postquam e Græcia discesserint Romani, omne adversus se iracundiæ virus Philippus effundat: parvo siquidem negotio Athamanas subjugari a Macedonibus, quoties libitum ipsis fuerit, posse, gentem sine viribus, et Macedoniæ vicinam.* Post hunc surgit ALEXANDER Ætolus, et eo quidem nomine *Titum laudat, quod Sociorum concilium ad agendum de Pace collegerit, quodque omnino nunc singulos hortetur*

Digitized by Google

Ol. 145. 3. Titi et sociorum colloquium

ἐπῆνεσε τὸν Τίτον· τοῖς δ' ὅλοις πράγμασιν ἀγνοεῖν 6
ἔφη καὶ παρατίπτειν αὐτὸν, εἰ πέπεισται, διαλύσεις
ποιησάμενος πρὸς Φίλιππον, ἢ Ῥωμαίοις τὴν εἰρήνην,
ἢ τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐλευθερίαν βέβαιον ἀπολείψειν.
οὐδέτερον γὰρ εἶναι τούτων δυνατόν. Ἀλλ', εἰ βού- 7
λεται καὶ τὴν τῆς πατρίδος πρόθεσιν ἐπιτελῆ ποιεῖν,
καὶ τὰς ἰδίας ὑποσχέσεις, ἃς ὑπίσχηται πᾶσι τοῖς
Ἕλλησι· μίαν ὑπάρχειν, ἔφη, διάλυσιν πρὸς Μακε-
δόνας, τὸ Φίλιππον ἐκβάλλειν ἐκ τῆς ἀρχῆς. τοῦτο δ' 8
εἶναι καὶ λίαν εὐχερὲς, ἐὰν μὴ καρῇ τὸν ἐνεστῶτα
καιρόν. Πλείω δὲ πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν διαλεχθεὶς, 9
κατέπαυσε τὸν λόγον.

XX. Ὁ δὲ Τίτος, ἀναδεξάμενος, ἀστοχεῖν αὐτὸν
ἔφησεν οὐ μόνον τῆς Ῥωμαίων προαιρέσεως, ἀλλὰ καὶ
τῆς αὐτοῦ προθέσεως, καὶ μάλιστα τοῦ τῶν Ἑλλήνων
συμφέροντος. Οὔτε γὰρ Ῥωμαίους, [b]οὐδενὶ τὸ πρῶτον 2
πολεμήσαντας, εὐθέως ἀναστάτους ποιεῖν τούτους. πί- 3
στιν [c]δ' ἔχειν τὸ λεγόμενον [d]ἔκ τε τῶν κατ' Ἀννίβαν
καὶ Καρχηδονίους, ὑφ' ὧν τὰ δεινότατα παθόντας Ῥω-
μαίους, καὶ μετὰ ταῦτα γιγνομένους κυρίους ὅ βου-
ληθεῖεν πρᾶξαι κατ' αὐτῶν ἁπλῶς, οὐδὲν ἀνήκεστον
βουλεύσασθαι περὶ Καρχηδονίων. καὶ μὴν οὐδ' αὐτὸς 4
οὐδέποτε ταύτην ἐσχηκέναι τὴν αἵρεσιν, ὅτι δεῖ πολεμεῖν
πρὸς τὸν Φίλιππον ἀδιαλύτως· ἀλλ' εἴπερ ἐβουλήθη

[b] οὐδενὶ] malim cum Reisk. [c] δ' ἔχειν correxi monente Gron. Vulgo δ' ἴσχυ. [d] Rectius abesset τε.

ad dicendam sententiam. Cetera toto cœlo illum aberrare, ait, *fallique, si ita existimet, pace cum Philippo facta, aut pacem Romanis aut Græcis libertatem firmam se relicturum. Quorum neutrum fieri queat. Nam si populi Romani destinata velit exsequi, aut suas ipsius pollicitationes implere, quibus apud Græcos se obstrinxit; unicam esse belli cum Macedonibus finiendi viam, ut regno ejiciatur Philippus. Id vero adprime etiam facile esse, si modo præsentem occasionem de manibus sibi elabi non sineret.* In eamdem sententiam plura locutus, finem dicendi fecit.

XX. TITUS, sermonem hujus exci-

piens, *non intelligere eum*, ait, *quodnam sit populi Romani institutum; quod proprium suum propositum; in primisque, quid sit Græcis ex usu. Neque enim solere Romanos, postquam bellum primo gesserunt cum aliquo, illius fortunas funditus statim evertere. Exemplo esse Hannibalem et Carthaginienses: a quibus cum gravissima passi essent Romani, mox ubi fuit in eorum potestate, quidquid omnino vellent, in ipsos consulere, nullum sævitiæ aut crudelitatis exemplum in Carthaginienses edidisse. Neque vero sibi umquam id animi fuisse, ut bellum cum Philippo statueret gerendum in-*

Digitized by Google

ποιεῖν τὰ παρακαλούμενα πρὸ τῆς μάχης, ἑτοίμως ἂν A. U. 556. de pace Philippo danda.
διαλελῦσθαι πρὸς αὐτόν. Διὸ καὶ θαυμάζειν, ἔφη, πῶς μετέχοντες τότε [e]τοῦ περὶ τῆς διαλύσεως συλλόγου ἅπαντες, νῦν ἀκαταλλάκτως ἔχουσιν. Ἦ δῆλον, ὅτι νενικήκαμεν; Ἀλλὰ τοῦτό γε ἐστὶ πάντων ἀγνωμονέστατον. Πολεμοῦντας γὰρ δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας βαρεῖς εἶναι καὶ θυμικούς, ἡττωμένους δὲ γενναίους καὶ μεγαλόφρονας, νικῶντάς γε μὴν μετρίους καὶ πραεῖς καὶ φιλανθρώπους. ὑμεῖς δὲ τἀναντία παρακαλεῖτε νῦν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς Ἕλλησι ταπεινωθῆναι μὲν ἐπὶ πολὺ συμφέρει τὴν Μακεδόνων ἀρχήν, ἀρθῆναί γε μὴν οὐδαμῶς. τάχα γὰρ αὐτοὺς πεῖραν λήψεσθαι τῆς Θρᾳκῶν καὶ Γαλατῶν παρανομίας· τοῦτο γὰρ ἤδη καὶ πλεονάκις γεγονέναι. Καθόλου δ' αὐτὸς μέν, ἔφη, καὶ τοὺς παρόντας Ῥωμαίων, κρίνειν, ἐὰν Φίλιππος ὑπομένῃ πάντα ποιεῖν τὰ πρότερον ὑπὸ τῶν συμμάχων ἐπιταττόμενα, διδόναι τὴν εἰρήνην αὐτῷ, προσλαβόντας καὶ τὴν τῆς συγκλήτου γνώμην· Αἰτωλοὺς δὲ κυρίους εἶναι [f]βουλευομένους ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν. Τοῦ δὲ Φαινέου μετὰ ταῦτα βουλομένου λέγειν, ὅτι μάταια πάντα τὰ πρὸ τοῦ γέγονε· τὸν γὰρ Φίλιππον, ἐὰν διολισθῇ τὸν παρόντα καιρὸν, ἤδη πάλιν ἀρχὴν ἄλλην ποιήσεσθαι πραγμάτων· ὁ Τίτος αὐτόθεν [g]ἐξ ἕδρας καὶ

[e] τὸν σ. τ. δ. *σύλλογον* Bav. quod ex *τῶν συλλόγων* detortum videri debet. [f] *βουλευομένους* correxit Ursin. *βουλομένους* MSti; quod servatum voluit Reisk. sed adjecto verbo vel *κωλυμῶν* vel *διαλύσθαι*. [g] Ad verba *ἐξ ἕδρας* utique intercidisse *ἀναστὰς* putem cum Reisk.

expiabile: qui si ante prælium facere imperata voluis et, paratum fuisse se pacem cum ipso componere. Quare mirari se, ait, *qui fiat, ut, quum celebrato tunc conventui ad pacem ineundam interfuerint omnes, nunc a pacificatione penitus abhorreant? Nempe, quia vicimus?* ait. *Atqui summæ hoc quidem fuerit dementiæ. Oportet enim viros fortes in ipsa quidem dimicatione infestos hosti esse et irarum plenos; clades vero si fuerit accepta, generosos et magno animo: at victoria parta, moderatos, mites et humanos, contra quam vos me nunc hortamini. Jam vero et Græcis quoque conducibile est, Macedonum regnum longe quidem quam ante humilius atque infirmius fieri; at nequaquam, penitus tolli. Alioquin enim brevi eos Thracum et Gallorum injurias esse experturos: ita enim sæpius jam ante contigisse. Omnino vero sibi,* ait, *videri, et ceteris qui adessent Romanis, si Philippus omnia facere sustineret, quæ prius imperata illi fuissent a sociis, pacem illi concedendam, ubi prius super ea re Patrum sententiam exquisissent. Ætolorum in potestate esse, sibi consulerent, si vellent.* Conante postea PHÆNEA dicere, *frustra cecidisse, quidquid hactenus esset actum: Philippum enim, si præsens periculum effugerit, aliud denuo belli initium esse facturum: e*

Digitized by Google

Ol. 145. 3. θυμικῶς, Παῦσαι, φησὶ, Φαινέα, ληρῶν. ἐγὼ γὰρ οὕτως χειριῶ τὰς διαλύσεις, ὥστε μήτε βουληθέντα τὸν Φίλιππον ἀδικεῖν δύνασθαι τοὺς Ἕλληνας. Καὶ τότε μὲν 13
ἐπὶ τούτοις ἐχωρίσθησαν.

Colloquium cum Philippo ad Tempe.

XXI. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ παραγενομένου τοῦ βασιλέως, καὶ τῇ τρίτῃ πάντων εἰς τὸν σύλλογον ἀθροισθέντων· εἰσελθὼν ὁ Φίλιππος, εὐστόχως καὶ συνετῶς ὑπετέμετο τὰς πάντων ὁρμάς. Ἔφη γὰρ, τὰ μὲν πρότερον ὑπὸ 2
Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων ἐπιταττόμενα πάντα συγχωρεῖν καὶ ποιήσειν· περὶ δὲ τῶν λοιπῶν διδόναι τῇ συγκλήτῳ τὴν ἐπιτροπήν. Τούτων δὲ ῥηθέντων, οἱ μὲν 3
ἄλλοι πάντες ἀπεσιώπησαν· ὁ δὲ τῶν Αἰτωλῶν Φαινέας, Τί οὖν ἡμῖν οὐκ ἀποδίδως, Φίλιππε, ἔφη, Λάρισσαν τὴν Κρεμαστὴν, Φάρσαλον, Θήβας τὰς Φθίας, Ἐχῖνον; Ὁ μὲν οὖν Φίλιππος ἐκέλευε παραλαμβάνειν αὐτούς· 4
ὁ δὲ Τίτος τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἔφη δεῖν οὐδεμίαν, Θήβας δὲ μόνον τὰς Φθίας. Θηβαίους γὰρ, ἐγγίσαντος αὐτοῦ 5
μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παρακαλοῦντος σφᾶς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν, οὐ βουληθῆναι· διὸ νῦν, κατὰ πολέμου ὑποχειρίαν ὄντων, ἔχειν ἐξουσίαν, ἔφη, βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν, ὡς ἂν προαιρῆται. Τῶν δὲ περὶ τὸν Φαινέαν 6
ἀγαναπτούντων, καὶ λεγόντων, ὅτι δέον αὐτοὺς εἴη, πρῶτον μὲν, καθότι συνεπολέμησαν νῦν, νομίζεσθαι τὰς πόλεις τὰς πρότερον μεθ' αὐτῶν συμπολιτευομένας·

vestigio TITUS, de sede iratus surgens, *Desine*, inquit, *Phænea, delirare: ego enim conventionis negotium ita administrabo, ut in potestate Philippi non sit futurum, si vel maxime voluerit, Græcos lædere.* Ita tunc solutum est concilium.

XXI. Postridie ejus diei advenit *Philippus:* tertio autem die, cum omnes in concilium convenissent, ingressus PHILIPPUS omnium animos in se concitatos sollerter atque prudenter repressit: *Omnia* enim, *quæ prius imperassent Romani sociique, concedere se*, ait, *atque rata habere; de ceteris vero liberam senatui arbitrium permittere.* Hæc quum ille dixisset, reliquos omnes tenuit silentium. At PHÆNEAS Ætolus, *Cur ergo*, inquit, *Philippe, non reddis nobis Larissam Cremasten, Pharsalum, Thebas Phthias, Echinum? Vos vero*, respondens PHILIPPUS ait, *illas accipite.* At TITUS: *Ceterarum*, ait, *nullam tradi oportet, præter unicam Thebas Phthias. Quippe quando ipse cum exercitu ad Thebas adpropinquasset, et, ut fidei Romanorum se permitterent Thebani, esset hortatus, recusasse illos id facere: nunc igitur, quum bello victos teneat in potestate, licere sibi pro suo arbitrio cum ipsis agere. Indignante* PHÆNEA, dicenteque, *æquum esse, ut urbes ipsi recipercnt, quæ Ætolorum concilii prius fuissent; idque primo, quia in hoc bello Romanos adjuverunt; deinde ex legibus*

Digitized by Google

7 ἔπειτα, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς συμμαχίαν, καθ' ἣν ἔδει τῶν κατὰ πόλεμον ἀλόντων τὰ μὲν ἔπιπλα Ῥωμαίων εἶναι, τὰς δὲ πόλεις Αἰτωλῶν· ὁ Τίτος ἀγνοεῖν αὐτοὺς, 8 ἔφη, κατ' ἀμφότερα. τήν τε γὰρ συμμαχίαν λελῦσθαι, καθ' ὃν καιρὸν τὰς διαλύσεις ἐποιήσαντο πρὸς Φίλιππον, 9 ἐγκαταλείποντες Ῥωμαίους· [h] εἴ τε καὶ μένειν ἔτι τὴν συμμαχίαν, δεῖν αὐτοὺς νομίζεσθαι καὶ παραλαμβάνειν, οὐκ εἴ τινες ἐθελοντὴν σφᾶς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν ἐνεχείρισαν, (ὅπερ αἱ κατὰ Θετταλίαν πόλεις ἅπασαι πεποιήκασιν νῦν·) ἀλλ' εἴ τινες κατὰ κράτος ἑάλωσαν.

A. U. 557. Colloquium cum Philippo ad Tempe.

XXII. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ὁ Τίτος ἤρεσκε, ταῦτα λέγων· οἱ δ' Αἰτωλοὶ βαρέως ἤκουον, καί τις οἷον ἀρχὴ 2 κακῶν ἐγεννᾶτο μεγάλων. Ἐκ γὰρ ταύτης τῆς διαφορᾶς καὶ τούτου τοῦ σπινθῆρος μετ' ὀλίγον ὅ τε πρὸς Αἰτωλοὺς, ὅ τε πρὸς Ἀντίοχον ἐξεκαύθη πόλεμος. 3 Τὸ δὲ συνέχον ἦν τῆς ὁρμῆς τῆς τοῦ Τίτου πρὸς τὰς διαλύσεις, ὅτι ἐπυνθάνετο τὸν Ἀντίοχον ἀπὸ Συρίας [i] ἥκειν μετὰ δυνάμεως, ποιούμενον τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὴν 4 Εὐρώπην. διόπερ ἠγωνία, μὴ ταύτης ὁ Φίλιππος τῆς ἐλπίδος ἀντιλαμβανόμενος, ἐπὶ τὸ πολιοφυλακεῖν ὁρμήσῃ, καὶ τρίβειν τὸν πόλεμον, εἶτα ἑτέρου παραγενηθέντος ὑπάτου, τὸ κεφάλαιον τῶν πράξεων εἰς ἐκεῖνον

Origo belli cum Ætolis et cum Antiocho.

Pacem cum Philippo maturat Quinctius.

[h] Ad εἴ τε καὶ μένειν ἔτι nescio an interciderit verbum συγχωρήσειν aut aliud simile. [i] ἥκειν ex Ursini conj. edidit Casaub. ἧχθαι dant MSti, quod ex ἀφῖχθαι decurtatum videri potest.

initæ inter ipsos a principio societatis: sic enim convenisse, ut eorum, quæ bello caperentur, supellectilia Romanorum essent, urbes Ætolorum: ad hæc TITUS respondit: *in utroque horum Phœneam ignorantia labi; nam et societatem illam tunc fuisse solutam, quando Ætoli pacem cum Philippo, Romanis relictis, fecerunt: et, quodsi durare adhuc societatem illam voluerint, tum vero oportere, ut accipiant aut recuperent Ætoli non eas urbes, quæ ultro Romanorum fidei sese permisissent, quod nunc fecerint omnia Thessaliæ oppida; sed eas, quæ vi fuissent subactæ.*

XXII. Placuit ceteris hæc *Titi* oratio: sed *Ætoli* iniquis eamdem auribus admittebant; jamque adeo ingentium malorum principium quoddam hinc nascebatur. Ex ista siquidem dissensione, istaque scintilla, exarsit mox et *bellum contra Ætolos*, et illud quod *adversus Antiochum* est gestum. Caussa autem præcipua, quæ *Titum* impellebat ad consilia pacis, fuit, quod intellexerat, *Antiochum e Syria cum exercitu esse profectum, et Europam versus iter instituisse.* Itaque anxius erat ac sollicitus, ne forte *Philippus*, arrepta spe quæ se offerebat, ad defensionem urbium sese converteret et ad bellum trahendum, atque ita Consul alter adveniret, ad quem decus omne rerum a se gestarum reflectere-

Digitized by Google

Ol. 145. 3. ἀνακλασθῇ. Διὸ συνεχωρήθη τῷ βασιλεῖ, καθάπερ 5
ἠξίου, λαβόντα τετραμήνους ἀνοχὰς, παραχρῆμα μὲν
δοῦναι τῷ Τίτῳ τὰ [k] διακόσια τάλαντα, καὶ Δημήτριον
τὸν υἱὸν εἰς ὁμηρείαν, καί τινας ἑτέρους τῶν φίλων· περὶ
δὲ τῶν ὅλων πέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ διδόναι τῇ
συγκλήτῳ τὴν ἐπιτροπήν. Καὶ τότε μὲν ἐχωρίσθησαν, 6
πιστωσάμενοι περὶ τῶν ὅλων πρὸς ἀλλήλους, ἐφ' ᾧ
Τίτον, ἐὰν μὴ συντελῆται τὰ κατὰ τὰς διαλύσεις,
ἀποδοῦναι Φιλίππῳ τὰ σ' τάλαντα, καὶ τοὺς ὁμήρους.
Μετὰ δὲ ταῦτα πάντες ἔπεμπον εἰς τὴν Ῥώμην, οἱ μὲν 7
συνεργοῦντες, οἱ δ' ἀντιπράττοντες τῇ διαλύσει.

* * *

Dolosi, suis artibus capti.

XXIII. [l]Τί δή ποτ' ἐστὶν, ὅτι, τοῖς αὐτοῖς καὶ διὰ
τῶν αὐτῶν ἀπατώμενοι πάντες, οὐ δυνάμεθα λῆξαι
ἀνοίας; Τοῦτο γὰρ τὸ γένος τῆς ῥᾳδιουργίας πολλάκις 2
ὑπὸ πολλῶν ἤδη γέγονε. καὶ τὸ μὲν παρὰ τοῖς ἄλλοις 3
διαχωρεῖν, ἴσως οὐ θαυμάσιον· τὸ δὲ, παρ' οἷς ἡ πηγὴ
τῆς τοιαύτης ὑπάρχει κακοπραγμοσύνης, θαυμαστόν.
Ἀλλ' ἔστιν αἴτιον τὸ μὴ πρόχειρον ὑπάρχειν τὸ παρ' 4

Epicharmi dictum.

Ἐπιχάρμῳ καλῶς εἰρημένον·

Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

[k] Rectius, puto, abesset h. l. artic. τὰ, nisi in superioribus alicubi intercidit mentio ducentorum talentorum. Numerum autem restitui ex cod. Bav. Mendose vulgo et h. l. et mox rursus ϟ, id est, *quadringenta*. [l] Τί δή ποτ' ἐστὶν. Quatuor hæc verba ex Suida adscivi, apud quem et hæc præmittuntur: Πολύβιός φησι περὶ ολιγωρούς πρεσβείας.

tur. Propterea *Philippo*, sicut ipse postulabat, *quatuor mensium induciæ* fuere *concessæ: qui si Tito præsentis pecuniæ talenta ducenta numeraret, filiumque Demetrium et aliquot alios ex amicis daret obsides, permissum ei est, ut de summa rerum legatos Romam mitteret*, et *senatui arbitrium omne deferret*. His peractis discesserunt, data invicem acceptaque fide, si exitum pacificatio instituta non habuisset, fore ut accepta ducenta talenta Titus redderet Philippo eum obsidibus. Post hæc cuncti Romam legatos misere, alii ut pacem adjuvarent, alii ut se illi opponerent.

* * *

Excerpt. Antiq. ex Lib. XVII. *Cap.* 30. *et Suidas.*

13 αὐτοῖς, αἵρεσις ὑπάρχει· [e]δεῖν γὰρ ἢ τὴν ἐπιτροπὴν
διδόναι περὶ πάντων τῶν καθ' αὐτοὺς, ἢ χίλια τάλαντα

[c] πρότερον non opus videtur in περιττέρων mutare, ut voluit Gronov. [d] σφᾶς αὐτῷ ex Bav. Vulgo σφᾶς αὐτοὺς. [e] Placuit conjectura Gronovii. Vulgo δεῖ γὰρ.

mentio injecta fuit ab *Atheniensibus*, lubente animo audita eorum oratione, *ut Ætolorum pariter voluntatis periculum facerent*, monuit. Legati igitur Atheniensium, præmissis prius nonnullis, deinde ipsi Hypatam profecti, cum principibus *Ætolorum* de pace verba fecerunt. Qui quum et ipsi extemplo consilium amplecterentur; delecti sunt, qui cum Romanis agerent. Hi ut ad Publium venerunt, octo ferme passuum millia ab Amphissa castra habentem, multa disseruerunt, quibus suorum in populum Romanum meritorum memoriam renovabant. Ad quos quum *Publius* prius, et quidem perhumaniter, disseruisset, resque a se gestas in Hispania pariter et Africa commemorans, exposuisset eis, quomodo cum his egisset, qui istis in locis suæ fidei se permisissent, et tandem æquum censeret, ut *ipsi quoque dederent sese, et fidei suæ se permitterent*; initio quidem magna in spe fuere, qui aderant, pacis mox perficiendæ. Mox vero, ubi sciscitantibus ÆTOLIS, *quibus legibus pax esset conventura*, dixit L. SCIPIO, *duarum conditionum alteram eis esse eligendam: nam aut arbitrium de se suisque rebus omnibus Romanis permitterent; aut mille talentum confestim darent, eosdem-*

Digitized by Google

Gl. 147. 2. παραχρῆμα, καὶ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν αἱρεῖσθαι καὶ φίλον
'Ρωμαίοις· ἐδυσχρήστησεν μὲν οἱ παρόντες τῶν Αἰτω- 14
λῶν, ὡς ἔνι μάλιστα, διὰ τὸ μὴ γίγνεσθαι τὴν ἀπό-
φασιν ἀπόλουθον τῇ προγενομένῃ λαλιᾷ, πλὴν ἱκανοίσειν
ἔφασαν ὑπὲρ τῶν ἐπιταττομένων τοῖς Αἰτωλοῖς.

Deliberant Ætoli cum legatis Atheniens.

III. Οὗτοι μὲν οὖν ἐκανήσαν βουλευσόμενοι περὶ 2
τῶν προειρημένων. Οἱ δὲ περὶ τὸν 'Εχέδημον, συμμί-
ξαντες τοῖς 'Αποκλήτοις, ἐβουλεύοντο περὶ τῶν προειρη-
μένων. Ἦν δὲ τῶν ἐπιταττομένων τὸ μὲν ἀδύνατον διὰ 3
τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων· τὸ δὲ φοβερὸν, διὰ τὸ πρό-
τερον αὐτοὺς ἀπατηθῆναι, καθ' ὃν καιρὸν ἐπινεύσαντες
ὑπὲρ τῆς ἐπιτροπῆς παρὰ μικρὸν εἰς [f]τὴν ἄλυσιν ἐνέπε-
σον. Διόπερ ἀπορούμενοι καὶ δυσχρηστούμενοι περὶ 4
ταῦτα, πάλιν ἐξέπεμπον τοὺς αὐτοὺς, δεησομένους, ἢ
χρημάτων ἀφελεῖν, ἵνα δύνωνται τελεῖν, ἢ τῆς ἐπι-
τροπῆς ἐκτὸς ποιῆσαι τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας καὶ τὰς
γυναῖκας. οἳ καὶ συμμίξαντες τοῖς περὶ τὸν Πόπλιον, 5
διεσάφουν τὰ δεδογμένα. Τοῦ δὲ Λευκίου φήσαντος, 6
ἐπὶ τούτοις ἔχειν παρὰ τῆς συγκλήτου τὴν ἐξουσίαν,
ἐφ' οἷς ἀρτίως εἶπεν· οὗτοι μὲν αὖθις ἐπανῆλθον. Οἱ 7
δὲ περὶ τὸν 'Εχέδημον ἐπακολουθήσαντες εἰς τὴν 'Υπά-
ταν, συνεβούλευσαν τοῖς Αἰτωλοῖς, ἐπὶ τὰ τῆς διαλύ-
σεως ἐμποδίζοιτο κατὰ τὸ παρὸν, ἀνοχὰς αἰτησαμένους,

[f] τὴν ἄλυσιν correxit Ursin. τὴν διάλυσιν erat in MStis.

que amicos et inimicos, quos Romani, haberent: indignari quam maxime qui aderant *Ætoli*, quod sermoni ante habito non responderet hæc sententia; verumtamen *relaturos se ad concilium Ætolorum, quæ imperata essent*, dixerunt.

III. Ita isti ad consultandum de iis, quæ fuerant proposita, sunt reversi. Simulque Echedemus ceterique Atheniensium legati Apocletos adierunt, de eisdem rebus cum illis deliberaturi. Erat autem conditionum, quæ exigebantur, altera ejusmodi, ut præstari non posset, propter ingentem vim imperatæ pecuniæ: altera terrebat Ætolos, quia jam semel, cum se suaque *fidei Romanorum* permisissent, formula decepti, pene in vincula fuerant conjecti. Tantis igitur difficultatibus circumventi, et consilii inopia laborantes, eosdem legatos mittunt, oraturos, ut aut de summa pecuniæ aliquid demerent, aut deditionem extra civium et mulierum corpora fieri juberent. Publium hi conveniunt, et, quod decretum ab *Ætolis* fuerat, ei aperiunt. Respondet Lucius, *traditam sibi esse pacis faciendæ potestatem iis dumtaxat conditionibus, quas paullo ante exposuisset.* Ita domum isti redierunt. Tum Echedemus et ceteri *Atheniensium legati*, Hypatam rursus eos secuti, auctores *Ætolis* fuerunt, *quandoquidem, ne pax conveniret, impedimenta adhuc obficeren-*

Digitized by Google

καὶ τῶν ἐνεστώτων κακῶν ὑπέρθεσιν ποιησαμένους, πρεσ- A. U. 564.
βεύειν πρὸς τὴν σύγκλητον· κἂν μὲν ἐπιτυγχάνωσι περὶ
8 τῶν ἀξιουμένων· εἰ δὲ μὴ, τοῖς καιροῖς ἐφεδρεύειν. χείρω
9 μὲν γὰρ ἀδύνατον γενέσθαι τῶν ὑποκειμένων τὰ περὶ
σφᾶς, βελτίω γε μὴν οὐκ ἀδύνατον διὰ πολλὰς αἰτίας.
10 Φανέντων δὲ καλῶς λέγειν τῶν περὶ τὸν Ἐχέδημον, Inducias impetrant a Scipionibus.
11 ἔδοξε πρεσβεύειν τοῖς Αἰτωλοῖς ὑπὲρ τῶν ἀνοχῶν. Ἀφι-
κόμενοι δὲ πρὸς τὸν Λεύκιον, ἐδέοντο συγχωρηθῆναι
σφίσι κατὰ τὸ παρὸν ἑξαμήνους ἀνοχὰς, ἵνα πρεσ-
12 βεύσωσι πρὸς τὴν σύγκλητον. Ὁ δὲ Πόπλιος, πάλαι
πρὸς τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πράξεις παρωρμημένος,
ταχέως ἔπεισε τὸν ἀδελφὸν, ὑπακοῦσαι τοῖς ἀξιου-
13 μένοις. Γραφεισῶν δὲ τῶν ὁμολογιῶν, ὁ μὲν Μάνιος, M? Acilius de provincia decedit.
λύσας τὴν πολιορκίαν, καὶ παραδοὺς ἅπαν τὸ στρά-
τευμα, καὶ τὰς χορηγίας τοῖς περὶ τὸν Λεύκιον, εὐθέως
ἀπηλλάττετο μετὰ τῶν χιλιάρχων εἰς τὴν Ῥώμην.

II.

BELLUM ROMANORUM CUM ANTIOCHO.

(I.) Phocæensium *Factiones, divisæ inter Romanos et Antiochum.*

* * *

IV. Οἱ δὲ Φωκαιεῖς, τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἀπολειφθέντων Romanum præsidium Phocææ.
Ῥωμαίων ἐν ταῖς ναυσὶν ἐπισταθμευόμενοι, τὰ δὲ τὰς
ἐπιταγὰς δυσχερῶς φέροντες, ἐστασίαζον.

tur, inducias poscerent, et, dilatione impetrata præsentium malorum, legatos ad senatum mitterent. Fortasse enim, quæ peterent, consecuturos: sin minus, temporum opportunitates esse captandas. Eo siquidem statu ipsorum esse fortunas, qui deterior fieri nequeat; levari autem per multas caussas possit. Amplexi sunt hoc legatorum Atheniensium consilium *Ætoli*, et legatos ad petendas inducias miserunt. Ad Lucium ut ventum est, *sex mensium inducias in præsentia sibi dari* poposcerunt, ut *ad senatum legatos interim mitterent.* Tum vero Publius, qui ad res in Asia gerendas totus dudum ferebatur, facile persuasit Lucio fratri, ut Ætolorum petitioni adnueret. Postquam conventio est perscripta, Manius Acilius, soluta obsidione Amphissæ, traditoque Consuli universo exercitu et belli adparatibus, protinus cum tribunis militum provincia decessit.

II.

(I.) *Suidas in* Ἐπισταθμ. *Deinde Legatio XVIII.*

IV. *PHOCÆENSES*, partim hospitiis *Romanorum* cum navibus relictorum incommodati, partim ægre ferentes tributa imperata, in *factiones* scindebantur.

Digitized by Google

* * *

Ol. 147. 2. Legatio Phocæensium ad Seleucum, Antiochi fil.

Κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους οἱ τῶν Φωκαιέων ἄρχον- 2
τες, δεδιότες τάς τε τῶν πολλῶν ὁρμὰς διὰ τὴν σιτο-
δείαν καὶ τὴν τῶν Ἀντιοχιστῶν φιλοτιμίαν, ἐξέπεμψαν
πρεσβευτὰς πρὸς Σέλευκον, ὄντα πρὸς τοῖς ὅροις τῆς
χώρας αὐτῶν· ἀξιοῦντες, μὴ πελάζειν τῆς πόλεως, ὅτι 3
προκειταί σφισι τὴν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ παραδοκεῖν τὴν
τῶν ὅλων κρίσιν, μετὰ δὲ ταῦτα πειθαρχεῖν τοῖς εἰρημέ-
νοις. ἦσαν δὲ τῶν πρεσβευτῶν ἴδιοι μὲν τοῦ Σελεύκου 4
καὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως Ἀρίσταρχος καὶ Κάσανδρος
[5] καὶ Ῥόδων· ἐναντίοι δὲ καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἀπονε-
νευκότες, Ἡγίας καὶ Γελίας. Ὧν συμμιξάντων, ὁ 5
Σέλευκος εὐθέως τοὺς μὲν περὶ τὸν Ἀρίσταρχον ἀνὰ
χεῖρας εἶχε, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἡγίαν παρεώρα. συθό- 6
μενος δὲ τὴν ὁρμὴν τῶν πολλῶν, καὶ τὴν στάσιν τοῦ
σίτου, παρεὶς τὸν χρηματισμὸν καὶ τὴν ἔντευξιν τῶν
παραγεγονότων, προῆγεν πρὸς τὴν πόλιν.

Seleucus Phocæam petit.

(II.) Pausistrato *præfecto classis Rhodiæ succedit* Pamphilidas.

* * *

Trullæ igniferæ Pausistrati.

v. Πυρφόρος, ᾧ ἐχρήσατο [h]Παυσίστρατος ὁ τῶν
Ῥοδίων ναύαρχος, ἦν κημός· ἐξ ἑκατέρου δὲ τοῦ μέρους 2

[g] καὶ Ῥόδων ex Ursini conjectura est. ἐρίδων aut ἐρίσων dant MSti. [h] Παυσίστρατος correxi. Vulgo Πυσίστρ. apud Suidam; et Παυσίστρ. in Exc. Vales.

* * *

Per id tempus *Phocæensium* magistratus, quum suspectas multitudinis voluntates haberent propter gravem frumenti inopiam, et quorundam studia qui ad *Antiochum* plebem trahebant, *legationem ad Seleucum*, qui non longe aberat ab eorum finibus, miserunt: rogantes, *ne urbi suæ adpropinquaret: sibi enim propositum esse, quiescere atque exspectare quem exitum bellum universum nanciscereetur, tum deinde imperata facere.* E legatis sectam Seleuci sequebantur et factionis ejus erant Aristarchus, Casander, Rhodon: contrarii his et Romanæ partis erant Hegias et Gelias. Ad *Seleucum* ut ventum; extemplo ille cum Aristarcho et ceteris ejusdem partis familiarius versari, Hegiam et qui cum eo sentiebant aspernari: dein, cognita inclinatione animorum vulgi, et frumenti inopia, nullo dato responso aut habito colloquio cum iis, qui venerant, urbem versus duxit.

(II.) *Suidas in* Πυρφόρος. *Deinde Excerpt. Valesian.*

* * *

v. *Machina igniferæ*, qua usus est *Pausistratus*, præfectus classis Rhodiorum, erat trulla. Ab utraque autem

Digitized by Google

τῆς πρῴρας ἄγκυραι δύο παρέκειντο παρὰ τὴν ἐντὸς A. U. 564.
ἐπιφάνειαν τῶν τοίχων, εἰς ἃς ἐνηρμόζοντο κοντοὶ προ-
3 τείναντες [i]τοῖς κέρασιν εἰς θάλασσαν. ἐπὶ δὲ τὸ τούτων
ἄκρον ὁ κημὸς ἁλύσει σιδηρᾷ προσήρτητο, πλήρης
4 πυρός. ὥστε παρὰ τὰς ἐμβολὰς καὶ [k]παρεμβολὰς εἰς
μὲν τὴν πολεμίαν ναῦν [l]ἐπαράττεσθαι πῦρ, ἀπὸ δὲ τῆς
οἰκείας πολὺν ἀφεστάναι τόπον διὰ τὴν ἔγκλισιν.

* * *

5 Παμφιλίδας, ὁ τῶν Ῥοδίων ναύαρχος, ἐδόκει πρὸς Ex eventu, non ex ratione, judicant homines.
πάντας τοὺς καιροὺς εὐαρμοστότερος εἶναι τοῦ Παυσι-
στράτου, διὰ τὸ βαθύτερος τῇ φύσει καὶ στασιμώτερος
6 μᾶλλον ἢ τολμηρότερος ὑπάρχειν. Ἀγαθοὶ γὰρ οἱ
πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἐκ τῶν κατὰ λόγον, ἀλλ'
7 ἐκ τῶν συμβαινόντων, ποιεῖσθαι τὰς διαλήψεις. Ἄρτι
γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο προκεχειρισμένοι τὸν Παυσίστρατον,
διὰ τὸ πρᾶξιν ἔχειν τινὰ καὶ τόλμαν, παραχρῆμα
μετέπιπτον εἰς τἀναντία ταῖς γνώμαις διὰ τὴν περι-
πέτειαν.

[i] *τοῖς κέρασιν* ex conject. nostra. Vulgo *τοῖς κέρασιν.* [k] De vocab. *παρεμβολὰς* non satis liquet. [l] *ἐπαράττεσθαι* ex conject. scripsi. Vulgo *ἐπαράττεσθαι. Totum autem hoc Fragmentum, cujus auctorem non laudavit Suidas, nonnisi ex conjectura ad Polybium auctorem cum Valesio retulimus.*

prorae parte ancorae duae in interiori parietum navis superficie juxta se invicem positae erant; quibus aptati erant conti ita, ut eorum extremitates multum prominerent in mare. Ex contorum fastigio *trulla, multum conceptum ignem gerens*, catena ferrea dependebat. Itaque, quotiescumque aut in adversos aut ex transverso fiebat impetus, in hostilem quidem navem incutiebatur ignis, a propria autem nave longe aberat propter inclinationem.

* * *

Pamphilidas, classis praefectus Rhodiorum, ad omnia temporum momenta *aptior Pausistrato* videbatur: quippe sagaciori ingenio et majori constantia, quam audacia, praeditus erat. Plerique enim homines non ex consilio ac ratione, sed ex eventu, judicare solent. Nam et hi, quum Pausistratum ob id ipsum nuper elegissent, quod ad agendum audendumque strenuus esset, protinus in contrariam sententiam versi sunt omnes propter illam calamitatem.

Digitized by Google

Ol. 147. 2. (III.) SCIPIONES *cum exercitu petunt Hellespontum.*

* * *

L. Æmilius, præf. classis.

VI. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς τὴν Σάμον προσέπεσε γράμματα τοῖς περὶ τὸν Λεύκιον καὶ τὸν Εὐμένη παρά τε Λευκίου, τοῦ τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἔχοντος, καὶ παρὰ Ποπλίου Σκιπίωνος· δηλοῦντα τὰς πρὸς τοὺς 2 Αἰτωλοὺς γεγενημένας συνθήκας ὑπὲρ τῶν ἀνοχῶν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον πορείαν τῶν πεζικῶν στρατοπέδων. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἀντίοχον 3 καὶ Σέλευκον ταῦτα διεσαφεῖτο παρὰ τῶν Αἰτωλῶν.

(IV.) EUMENI *advenit auxilium ab* ACHÆIS *adversus Antiochum.*

* * *

Diophanes, dux auxiliorum Achaicorum

VII. Κατὰ τὴν Ἑλλάδα, πρεσβείας παραγενομένης εἰς Ἀχαΐαν παρ' Εὐμένους τοῦ βασιλέως ὑπὲρ συμμαχίας· ἀθροισθέντες εἰς ἐκκλησίαν οἱ πολλοὶ τῶν 2 Ἀχαιῶν, τήν τε συμμαχίαν ἐπεκύρωσαν, καὶ νεανίσκους ἐξαπέστειλαν, πεζοὺς μὲν χιλίους, ἱππεῖς δὲ ρ'. ὧν ἡγεῖτο Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης.

*

Διοφάνης, ὁ Μεγαλοπολίτης, μεγάλην ἕξιν εἶχεν ἐν 3 τοῖς πολεμικοῖς, διὰ τὸ, πολυχρονίου γεγονότος τοῦ πρὸς Νάβιν πολέμου τοῖς Μεγαλοπολίταις ἀστυγείτονος,

(III.) *Legatio XIX.*

* * *

VI. Sub idem tempus advenere Samum literæ *Lucio* [*Æmilio Regillo*] et *Eumeni*, a *L. Scipione Cos. et P. Scipione:* quibus literis *de pactis induciis cum Ætolorum gente, et de profectione terrestrium copiarum versus Hellespontum*, certiores fiebant. Antiocho similiter et Seleuco eadem ab Ætolis sunt nunciati.

(IV.) *Legatio XX. Deinde Excerptum Valesian.*

* * *

VII. In Græcia, quum advenisset *legatio ad Achæos ab Eumene* societatis jungendæ caussa; multitudo Achæorum, in concilio congregata, societatem firmavit, et juvenum manum suppetias ei misit, pedites mille, cum equitibus centum; quas copias ducebat *Diophanes Megalopolitanus.*

*

Diophanes Megalopolitanus magno usu rei militaris erat instructus. Bello enim adversus Nabidem tyrannum

Digitized by Google

πάντα συνεχῶς τὸν χρόνον ὑπὸ τὸν Φιλοποίμενα τεταγμένος, τριβὴν ἐσχηκέναι τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων ἀληθινήν. Χωρίς τε τούτων, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ κατὰ τὴν σωματικὴν χρείαν ἦν ὁ προειρημένος ἀνὴρ δυνατὸς καὶ καταπληκτικός. Τὸ δὲ κυριώτατον, πρὸς πόλεμον ὑπῆρχεν ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ τοῖς ὅπλοις ἐχρῆτο διαφερόντως. A. U. 564.

(V.) EUMENES *dissuadet Romanis pacem cum* ANTIOCHO.

* * *

VIII. Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, εἰς [m]τὸν Πέργαμον ἐμβαλὼν, πυθόμενος δὲ τὴν παρουσίαν Εὐμένους τοῦ βασιλέως, καὶ θεωρῶν οὐ μόνον τὰς ναυτικὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς πεζικὰς δυνάμεις ἐπ' αὐτὸν παραγιγνομένας, ἐβουλεύετο λόγους ποιήσασθαι περὶ διαλύσεως ὁμοῦ πρός τε Ῥωμαίους καὶ τὸν Εὐμένη καὶ τοὺς Ῥοδίους. Ἐξάρας οὖν ἅπαντι τῷ στρατεύματι, παρῆν πρὸς τὴν Ἐλαίαν· καὶ λαβὼν λόφον τινὰ καταντικρὺ τῆς πόλεως, τὸ μὲν πεζικὸν ἐπὶ τούτου κατέστησε, τοὺς δ' ἱππεῖς παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν παρενέβαλε, πλείους ὄντας ἑξακισχιλίων. αὐτὸς δὲ μεταξὺ τούτων γενόμενος, διεπέμπετο πρὸς τοὺς περὶ τὸν Λεύκιον εἰς τὴν πόλιν ὑπὲρ [n]διαλύσεως. Ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ τῶν Ῥωμαίων, συναγαγὼν τοὺς συμμάχους, ἐβουλεύετο περὶ τῶν παρόντων. Antiochus de pace agit. Æmilius consultat cum sociis.

[m] τὸν Πέργ. adscivi ex Bav. Vulgo τὴν Πέργαμον. τὴν Περγαμηνὴν malim. [n] διαλύσιων h. l. Bav.

diuturno et Megalopolitanis finitimo, sub Philopœmenis disciplina adsidue militans, veram ac seriam rerum bellicarum peritiam collegerat. Præterea ipsa specie ac robore corporis conspicuus erat ac formidabilis: quodque est præcipuum, strenuus bellator, et tractandorum armorum inprimis peritus.

(V.) *Legatio XXI.*

* * *

VIII. Fecerat rex *Antiochus* in agrum *Pergamenum* impressionem: deinde vero audito *Eumenem* regem adesse; cognito etiam, non navales solum copias, verum et terrestres adversus ipsum convenisse; *de pace simul cum Romanis atque Eumene et Rhodiis agendum sibi* statuit. Igitur, motis castris, cum omnibus copiis ad *Elæam* accedit: et tumulo quodam adversus urbem occupato, peditum omnes copias ibi constituit, equitatum autem (supra sex millia equitum erant) in campis sub ipsa urbis mœnia ordinatum locat. Inter hos ipse quum esset, in urbem ad *Lucium* [*Æmilium*] misisavit, qui de pace agerent. Romanus imperator, in unum convocatis *Rhodiis* atque

Digitized by Google

Ol. 147. 2. γαγὼν τούς τε Ῥοδίους καὶ τὸν Εὐμένη, ἠξίου λέγειν περὶ τῶν ἐνεστώτων τὸ φαινόμενον. Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν 5
Εὔδημον καὶ Παμφιλίδαν οὐκ ἀλλότριοι τῆς διαλύσεως ἦσαν· ὁ δὲ βασιλεὺς, οὔτ' εὐσχήμονα τὴν διάλυσιν,
Eumenis oratio. οὔτε δυνατὴν ἔφησε κατὰ τὸ παρὸν εἶναι. Εὐσχήμονα 6
γὰρ, ἔφη, πῶς οἷόν τε γίγνεσθαι τὴν °ἔκβασιν, ἐὰν τειχήρεις ὄντες ποιώμεθα τὰς διαλύσεις; Καὶ μὴν 7
οὐδὲ δυνατὴν ἔφησε κατὰ τὸ παρόν. πῶς γὰρ ἐνδέχεται, μὴ προσδεξαμένους ὕπατον, ἄνευ τῆς ἐκείνου
γνώμης βεβαιῶσαι τὰς ὁμολογηθείσας συνθήκας; Χωρίς 8
τε τούτων, ἐὰν ὅλως γένηταί τι σημεῖον ὁμολογίας πρὸς τὸν Ἀντίοχον, οὔτε τὰς ναυτικὰς δυνάμεις δυνατὸν
ἐπανελθεῖν δήπουθεν εἰς τὴν ἰδίαν, οὔτε τὰς πεζικὰς, ἐὰν μὴ πρότερον ὅ τε δῆμος ἢ τε σύγκλητος ἐπικυρώσῃ
τὰ δοχθέντα· λείπεται δὲ, καραδοκοῦντας τὴν ἐκείνων 9
ἀπόφασιν παραχειμάζειν ἐνθάδε, καὶ πράττειν μὲν μηδὲν, ἐκδαπανᾶν δὲ τὰς τῶν ἰδίων συμμάχων χορη-
γίας καὶ παρασκευάς· Pἔστιτ', ἂν μὴ * παρῇ τῇ 10
συγκλήτῳ διαλύεσθαι, παινοποιεῖν πάλιν ἀπ' ἀρχῆς τὸν
πόλεμον, qπαρέντας τοὺς ἐνεστῶτας καιροὺς, ἐν οἷς δυνάμεθα, θεῶν βουλομένων, πέρας ἐπιθεῖναι τοῖς ὅλοις.

° ἔκβασιν revocavi ex MStis. Vulgo *σύμβασιν* ex Ursini ingenio. P ἔστιτ', correxi flagitante sententia: sic et Livius *deinde*. ἐστὶ δ' Ursinus, nescio an ex suo cod. In Bav. est ἐστὶ τὰν, quod ex ἔστιτ' ἂν vel ἐὰν utique corruptum videtur. Tum retinui *asteriscum* a Casaub. adpositum. Nempe ibi MSti inserunt *σφίσι*, percommode quidem, ni sequeretur τῇ συγκλήτῳ. Suspicari licet intercidisse nonnihil, ut scripserit Polybius, ἂν μὲν σφίσι δοκῇ, ἢ μὴ παρῇ τῇ συγκλ. *si illis non placuerit, aut non licuerit senatui.* παρῇ in παρασταθῇ mutatum voluit Gron. q Quatuor verba παρέντας τοὺς ἐνεστ. καιρούς, quæ aberant vulgo, dedit Bav.

Eumenes, sententias eorum de præsenti negotio exquisivit. *Endemus* igitur et *Pamphilidas* non aspernari pacem: at EUMENES, *neque honestum esse*, ait, *de pace agi, nec finem rei hoc tempore posse imponi. Qui enim*, inquit, *honestus potest esse belli exitus, si mœnibus inclusi pacem fecerimus? Sed ne ratio quidem ulla est*, ait, *ejus conficiendæ. Quo enim pacto, si consulem non exspectaverimus, absque illius auctoritate fœdus, si quod convenerit, firmare poterimus? Ad hæc, si vel maxime spes ostendatur concordiæ cum Antiocho inundæ; scilicet neque navales idcirco copias, neque pedestres, prius reducere in patriam licebit, quam et populus et Senatus, quæ nobis fuerint probata, rata esse jusserint: sed restabit, ut, dum exspectabitur eorum jussio, hiberna his in locis copiæ agant, ac rerum quidem gerant nihil, ceterum commeatibus præbendis et ceteris rebus necessariis proprios socios exhaurient. Deinde, si pax senatui non fuerit probata, instaurandum novum de integro bellum tunc erit, postquam elapsa nobis e manibus fuerit horum temporum opportunitas, qua, volentibus diis, summæ rerum finem possumus imponere.* Hæc tum

Digitized by Google

11 Ὁ μὲν οὖν Εὐμένης ταῦτα εἶπεν· ὁ δὲ Λεύκιος, ἀπο- A. U. 564.
δεξάμενος τὴν συμβουλίαν, ἀπεκρίθη τοῖς περὶ τὸν Rejicitur pax.
Ἀντίοχον, ὅτι πρὸ τοῦ τὸν [r]ἀνθύπατον ἐλθεῖν, οὐκ
12 ἐνδέχεται γενέσθαι τὰς διαλύσεις. Ὧν ἀκούσαντες οἱ
περὶ τὸν Ἀντίοχον, παραυτίκα μὲν ἐδῄουν τὴν τῶν
13 Ἐλαϊτῶν χώραν· ἑξῆς δὲ τούτοις Σέλευκος μὲν ἐπὶ
τούτων ἔμεινε τῶν τόπων, Ἀντίοχος δὲ, κατὰ τὸ συν-
εχὲς ἐπιπορευόμενος, ἐνέβαλεν εἰς τὸ Θήβης καλούμενον
14 πεδίον· καὶ παραβεβληκὼς εἰς χώραν εὐδαίμονα καὶ
γέμουσαν ἀγαθῶν, ἐπλήρου τὴν στρατιὰν παντοδαπῆς
λείας.

(VI.) Prusias, *rex Bithyniæ, partes amplectitur Romanorum.*

* * *

IX. Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, παραγενόμενος εἰς τὰς Prusiam sollicitat Antiochus.
Σάρδεις ἀπὸ τῆς προῤῥηθείσης στρατείας, διεπέμπετο
συνεχῶς πρὸς Προυσίαν, παρακαλῶν αὐτὸν εἰς τὴν
2 σφετέραν συμμαχίαν. Ὁ δὲ Προυσίας κατὰ μὲν τοὺς
ἀνώτερον χρόνους οὐκ ἀλλότριος ἦν τοῦ κοινωνεῖν τοῖς
περὶ τὸν Ἀντίοχον· πάνυ γὰρ ἐδεδίει τοὺς Ῥωμαίους,
μὴ ποιῶνται εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν ἐπὶ καταλύσει
3 πάντων τῶν δυναστῶν. Παραγενομένης δ' ἐπιστολῆς Ad eumdem scribunt Scipiones.
αὐτῷ παρά τε Λευκίου καὶ Ποπλίου τῶν ἀδελφῶν,

[r] Utique ὕπατον videtur reponendum cum Reiskio.

suasit Eumenes. Cujus consilio utens *Lucius*, Antiocho respondit, *ante Proconsulis adventum pacem fieri non posse.* Eo responso accepto, *Antiochus* Elæensium agrum extemplo vastavit: deinde, *Seleuco* in his locis manente, ipse cum infesto exercitu continuis vastationibus pergens, in eum, quem vocant *Thebes campum*, incursionem fecit: quumque in agrum opulentum et bonorum omnium ubere ac beata copia abundantem devenisset, omnis generis præda exercitum suum implevit.

(VI.) *Legatio XXII.*

* * *

IX. Secundum expeditionem, de qua diximus, *Sardes* venit rex *Antiochus*, atque inde loci subinde ad Prusiam misit, qui eum hortarentur ad ineundam secum societatem. Et *Prusias* superioribus quidem temporibus non erat alienus a consilio jungendæ cum Antiocho societatis: admodum enim Romanos formidabat, ne ad tollendas omnes dominationes in Asiam trajicerent. Sed postquam adlatæ ei sunt literæ a *Lucio et Publio Scipionibus*

Digitized by Google

Ol. 147. 2. πορισάμενος ταύτην καὶ [s]διαγνοὺς, ἐπὶ τοσὸν [t]ἔστη τῇ διανοίᾳ, καὶ προεῖδε τὸ μέλλον ἐνδεχομένως· ἅτε τῶν περὶ τὸν Πόπλιον ἐναργέσι κεχρημένων καὶ πολλοῖς μαρτυρίοις πρὸς πίστιν διὰ τῶν ἐγγράπτων. Οὐ γὰρ μόνον ὑπὲρ τῆς ἰδίας προαιρέσεως ἔφερεν ἀπολογισμοὺς, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς κοινῆς ἁπάντων Ῥωμαίων· δι' ὧν παρεδείκνυον, οὐχ οἷον ἀφῃρημένοι τινὸς τῶν ἐξ ἀρχῆς βασιλέων τὰς δυναστείας, ἀλλὰ τινὰς μὲν καὶ προσκατεσκευακότες αὐτοὶ δυνάστας, ἑνίους δ' ηὐξηκότες, [u]εἰς πολλαπλασίους αὐτῶν τὰς ἀρχὰς πεποιηκότες.

Literæ Scipionum ad Prusiam. [v]Ὧν κατὰ μὲν τὴν Ἰβηρίαν Ἀνδοβάλην καὶ [x]Κολίχαντα προσφέροντο· κατὰ δὲ τὴν Λιβύην, Μασσανάσσην· ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόποις Πλεύρατον· οὓς ἅπαντας ἔφασαν ἐξ ἐλαφρῶν καὶ τῶν τυχόντων δυναστῶν πεποιηκέναι βασιλεῖς ὁμολογουμένως. ὁμοίως κατὰ τὴν Ἑλλάδα Φίλιππον καὶ Νάβιν· ὧν Φίλιππον μὲν πατακολεμήσαντες καὶ συγκλείσαντες εἰς ὅμηρα καὶ φόρους, βραχεῖαν αὐτοῦ νῦν λαβόντες ἀπόδειξιν εὐνοίας, ἀποκαθεστακέναι μὲν αὐτῷ τὸν υἱὸν καὶ τοὺς ἅμα τούτῳ συνομηρεύοντας νεανίσκους, ἀπολελυκέναι δὲ τῶν φόρων, πολλὰς δὲ τῶν πόλεων ἀποδεδωκέναι τῶν ἁλουσῶν κατὰ πόλεμον. Νάβιν δὲ δυνηθέντες ἄρδην

[s] διαγνοὺς voluit Gron.
[t] ἱστη maluit Reisk. *insistebat, hærebat.*
[u] καὶ πολλαπλ. Casaub. ex ing. *desideratur tota hæc Ecloga.*
[x] Καλέχαντα erat in cod. Urs. *In Bav.*

fratribus, atque ille eas accepit legitque, fluctuntione animi aliquantum est liberatus, et futurum belli eventum non levibus conjecturis est auguratus. *Publius* siquidem, ut fidem illi faceret, multis argumentis ilsque perspicuis et evidentibus in literis ad eum datis est usus. *Neque enim suum dumtaxat animum ab ea mente alienum* ostendit, *sed et universi populi Romani; quem* demonstrabat *adeo non* adeimisse *ulli antiquo et legitimo regi* dominationem *suam, ut etiam nonnullos ipse regulos, qui ante non fuissent, instituerit, quorumdam vero majestatem auxerit, amplificato multis partibus eorum regno. Ex horum numero* proferebantur in *exemplum, ex Hispania, Indibilis et Colchas; ex Africa, Massanissa; ex Illyrico, Pleuratus: quos omnes, de regulis tenuibus ac vilibus, ut certi reges ab omnibus agnoscerentur, populus Romanus fecisset.* Addebat pariter et *de Philippo ac Nabide, in Græcia: quorum illum bello victum fuisse, eoque necessitatis adactum, ut obsides dare, tributaque pendere consentiret; et tamen, simul atque exiguum aliquod suæ benevolentiæ testimonium hoc tempore exhibuisset, eidem filium et omnes juvenes eos, qui una cum ipso obsides Romæ fuissent, esse restitutos, atque etiam tributa remissa, multas item urbes redditas, quæ per bellum fuissent captæ. Nabim ut funditus tolleret, in potestate populi Romani fuisse:*

Digitized by Google

ἐπανελέσθαι, τοῦτο μὲν οὐ ποιῆσαι, φείσασθαι δ' αὐτοῦ, A. U. 564.
καίτερ ὄντος τυράννου, λαβόντες πίστεις τὰς εἰθισμένας.
11 Εἰς ἃ βλέποντα παρεκάλουν τὸν Προυσίαν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, μὴ δεδιέναι περὶ τῆς ἀρχῆς, θαῤῥοῦντα δὲ αἱρεῖσθαι τὰ τῶν Ῥωμαίων· ἔσεσθαι γὰρ ἀμεταμέλη-
12 τον αὐτῷ τὴν τοιαύτην προαίρεσιν. Ὧν ὁ Προυσίας διακούσας, ἐπ' ἄλλης ἐγένετο γνώμης. ᵘὡς δὲ παρεγεν- C. Livius legatus.
ήθησαν πρὸς αὐτὸν πρέσβεις οἱ περὶ τὸν Γάϊον Λίβιον, τελέως ἀπέστη τῶν κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἐλπίδων, συμ-
13 μίξας τοῖς προειρημένοις ἀνδράσιν. Ἀντίοχος δὲ, ταύτης ἀποπεσών τῆς ἐλπίδος, παρῆν εἰς Ἔφεσον· καὶ συλλογιζόμενος, ὅτι μόνως ἂν οὕτω δύναιτο κωλύσειν τὴν τῶν πεζικῶν στρατοπέδων διάβασιν, καὶ καθόλου τὸν πόλεμον ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἀποτρίβεσθαι, εἰ βεβαίως κρατοίη τῆς θαλάττης, προέθετο ναυμαχεῖν, καὶ κρίνειν τὰ πράγματα διὰ τῶν κατὰ θάλατταν κινδύνων.

(VII.) *Cum* SCIPIONIBUS *de Pace frustra agit* ANTIOCHUS.

* * *

x. Ὁ Ἀντίοχος μετὰ τὴν κατὰ τὴν ναυμαχίαν Hellespontum trajiciunt Romani.
γενομένην ἧτταν, ἐν ταῖς Σάρδεσι παριεὶς τοὺς καιρούς,
2 καὶ καταμέλλων ᶻἐν τοῖς ὅλοις· ἅμα τῷ πυθέσθαι τῶν πολεμίων τὴν διάβασιν, συντριβεὶς τῇ διανοίᾳ, καὶ

ᵘ ὡς δὲ καὶ παρεγ. scripsisse putem Polybium. ᶻ Delenda videtur præpositio. ἐν τοῖς λόγοις dat Bav. in textu, sed in marg. γρ. ὅλως.

quod ille non fecerit, sed ei quamvis tyranno pepercisse, fidei vinculis dumtaxat, prout moris est, acceptis. Hæc ut *considerarat Prusias* per literas monebant Scipiones, *et* ut, *posito metu de suo regno, populi Romani partes amplecteretur: fore enim numquam, ut ejus consilii ipsum pœniteat.* His auditis *Prusias* alium animum induit. Venit postea ad eum legatio, cujus princeps *C. Livius:* tum vero rex cum his legatis collocutus, spes consiliaque sua ab Antiocho penitus separavit. *Antiochus,* hac spe destitutus, Ephesum se contulit: qui quum ita judicaret, nullam esse aliam rationem impediendi, ne pedestres copiæ hostium trajicerent, atque omnino bellum ex Asia expellendi, quam si potentem maris se firmiter stabiliret, navale prælium facere, et dimicatione maritima cum hoste cernere proposuit.

(VII.) *Legatio XXIII.*

* * *

x. ANTIOCHUS, post acceptam pugna navali cladem, Sardibus hærens, rei gerendæ temporibus consumtis, et summa lentitudine omnia administrans, simul intellexit *trajectisse hostes Hellespontum,* fractus animo et despe-

Digitized by Google

Ol. 147. 2. Mandata Antiochi ad Scipiones.

δυσελπίσας, ἔφρινε διαπέμπεσθαι πρὸς τοὺς περὶ τὸν Λεύκιον καὶ Πόπλιον ὑπὲρ διαλύσεων. Προχειρισάμενος 3
οὖν Ἡρακλείδην τὸν Βυζάντιον, ἐξέπεμψε, δοὺς ἐντολὰς, ὅτι παραχωρεῖ τῆς τε τῶν Λαμψακηνῶν, καὶ Σμυρναίων, ἔτι δὲ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, ἐξ ὧν ὁ πόλεμος ἔλαβε τὰς ἀρχάς· ὁμοίως δὲ κἄν τινας ἑτέρας 4
ὑφαιρεῖσθαι βούλωνται τῶν κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν, ὅσαι τἀκείνων ἦρηνται κατὰ τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον. πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τὴν ἡμίσειαν δώσει τῆς 5
γεγενημένης σφίσι δαπάνης, εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν διαφοράν. Ταύτας μὲν οὖν ὁ πεμπόμενος εἶχε τὰς ἐντο- 6
λὰς πρὸς τὴν κατὰ κοινὸν ἔντευξιν· ἰδίᾳ δὲ πρὸς τὸν Πόπλιον ἑτέρας, ὑπὲρ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἐν τοῖς ἑξῆς δηλώσομεν.

Stativa agunt Romani ad Hellesp.

Ἀφικόμενος δὲ εἰς τὸν Ἑλλήσποντον ὁ 7
προειρημένος πρεσβευτὴς, καὶ καταλαβὼν τοὺς Ῥωμαίους [a]ἐνόντας ἐπὶ τῆς στρατοπεδείας, οὗ πρῶτον κατεσκήνωσαν [b]ἐπὶ τῆς διαβάσεως· τὰς μὲν ἀρχὰς 8
ἤσθη, νομίζων, αὐτῷ συνεργὸν εἶναι πρὸς τὴν ἔντευξιν τὸ μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, καὶ πρὸς μηδὲν ὁρμηκέναι τῶν ἑξῆς τοὺς ὑπεναντίους. Πυθόμενος δὲ, τὸν 9
Πόπλιον ἔτι μένειν ἐπὶ τῷ πέραν, ἐδυσχρήστησε, διὰ τὸ τὴν πλείστην ῥοπὴν κεῖσθαι τῶν πραγμάτων ἐν τῇ ἐκείνου προαιρέσει.

P. Scipio collegio Saliorum adscriptus.

Αἴτιον δ' ἦν καὶ τοῦ μένειν τὸ 10
στρατόπεδον ἐπὶ τῆς πρώτης παρεμβολῆς, καὶ τοῦ κεχω-

[a] ἐνόντας ex libris revocavi. ἔτι ὄντας Casaub. ex ingenio. μένοντας malim.
[b] Non opus videtur ἐπὶ διαβάσει. scribere cum Reiskio.

rans rebus suis, *legatos ad Lucium et Publium Scipiones de pace* statuit mittendos. Igitur *Heraclidem Byzantium* ad id munus deligit, et cum his mandatis mittit: *Lampsaco, et Smyrna, nec non Alexandria, quæ urbes causam bello præbuissent, cessurum se; tum, si quas alias in Æolide et Ionia Romani, quod suarum partium præsenti bello fuerint, vindicare ab imperio regio velint, has quoque tradere paratum. Ad hæc, impensæ in bellum adversus se factæ partem dimidiam regem præstaturum.* Hæc data Heraclidæ mandata sunt in publico colloquio exponenda: alia deinde addita, privatim ad Publium perferenda; quæ cujusmodi fuerint, deinceps explicabimus. Is legatus ut *ad Hellespontum* venit, et Romanos reperit eodem loco, ubi primum tentoria fixerant, ad ipsum maris trajectum stativa agentes; lætari primo, quod crederet, multum se eo adjuvari ad impetranda quæ vellet, quod quieti hostes se continerent, neque post transitum in Asiam quidquam porro tentassent. Mox vero cognito, *Publium trans mare adhuc esse*; male agi secum existimavit, quod in illius animo et voluntate momentum maximum ad negotium conficiendum esset positum. Causa autem, cur primis in castris hæserit exercitus, et quare a legionibus *Publius*

Digitized by Google

ρίσθαι τὸν Πόπλιον ἀπὸ τῶν δυνάμεων, τὸ Σάλιον εἶναι A. U. 564.
11 τὸν προσιρημένον ἄνδρα. τοῦτο δ' ἔστι, καθάπερ ἡμῖν ἐν
τοῖς περὶ τῆς Πολιτείας εἴρηται, τῶν τριῶν ἓν σύστημα,
δι' ὧν συμβαίνει τὰς ἐπιφανεστάτας θυσίας ἐν τῇ Ῥώμῃ
12 συντελεῖσθαι τοῖς θεοῖς· ᶜ* τριακονθήμερον μὴ μετα-
βαίνειν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς θυσίας, ἐν ᾗ ἂν χώρᾳ
13 καταληφθῶσιν οἱ Σάλιοι οὗτοι. ὃ καὶ τότε συνέβη
γενέσθαι Ποπλίῳ. τῆς γὰρ δυνάμεως μελλούσης πε-
ραιοῦσθαι, κατέλαβεν αὐτὸν οὗτος ὁ χρόνος, ὥστε μὴ
14 δύνασθαι μεταβαλεῖν τὴν χώραν. Διὸ συνέβη, τόν τε
Σκιπίωνα χωρισθῆναι τῶν στρατοπέδων, καὶ μεῖναι κατὰ
τὴν Εὐρώπην, τὰς δὲ δυνάμεις περαιωθείσας μένειν ἐπὶ
τῶν ὑποκειμένων, καὶ μὴ δύνασθαι πράττειν τῶν ἐξῆς
μηδέν, προσαναδεχομένας τὸν προσιρημένον ἄνδρα.

XI. Ὁ δὲ Ἡρακλείδης, μετά τινας ἡμέρας παρα- Oratio legati Antiochi.
γενομένου τοῦ Ποπλίου, πληθεὶς πρὸς τὸ συνέδριον εἰς
2 ἔντευξιν, διελέγετο περὶ ὧν εἶχε τὰς ἐντολάς· φάσκων,
τῆς τε τῶν Λαμψακηνῶν καὶ Σμυρναίων, ἔτι δὲ τῆς
τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐκχωρεῖν τὸν Ἀντίοχον, ὁμοίως
δὲ καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν, ὅσαι
3 συγχάνουσιν ἠρημέναι τὰ Ῥωμαίων· πρὸς δὲ τούτοις
τὴν ἡμίσειαν ἀναδέχεσθαι τῆς γεγενημένης αὐτοῖς δα-
4 πάνης εἰς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα
πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν διελέχθη, παρακαλῶν τοὺς

ᶜ Lacunam *asterisco* indicavit Casaub. ὃς χρὴ supplet Reisk. Forsan plura quædam verba interciderunt.

se disjunxisset, fuit, quod *Salius* ille erat. Est autem *Saliorum collegium* (ut diximus in iis, quæ *de Populi Romani institutis* disseruimus) unum ex illis tribus collegiis, per quæ præcipua Romæ sacrificia diis fiunt: estque ita moribus eorum receptum, ut, quocumque in loco fuerint deprehensi *Salii* tempore ejus solennitatis, ex eo ne discedant. Id quod Publio tunc accidit. Nam quum inibi copiæ essent, ut Hellespontum trajicerent, incidit tempus illud, adeo ut excedere loco non posset. Inde factum, ut ab exercitu separaretur Publius, et in Europa maneret, utque exercitus post transitum in Asiam eodem loco consisteret, neque eorum, quæ res postulabat, quidquam posset exsequi, dum ille exspectabatur.

XI. Diebus aliquot elapsis, postquam advenit *Publius*, in concilium vocatus *Heraclides*, et ad colloquium admissus, quæ acceperat mandata edidit, dixitque; *velle Antiochum Lampsaco, Smyrna, atque etiam Alexandria Romanis cedere, parilerque Æolidis et Ioniæ urbibus eis, quæ Romanas partes in præsenti bello essent secutæ: ad hæc impensæ in bellum hoc factæ partem dimidiam in se suscipere Antiochum.* Multa præterea alia ad eumdem finem spectantia disseruit, monens Romanos, ut *memores, homines se natos, ae-*

Digitized by Google

Ol. 147. 2. Ῥωμαίους, μήτε τὴν τύχην λίαν ἐξελέγχειν, ἀνθρώπους ὑπάρχοντας, μήτε τὸ μέγεθος τῆς αὐτῶν ἐξουσίας ἀόριστον ποιεῖν, ἀλλὰ περιγράφειν, μάλιστα μὲν τοῖς τῆς Εὐρώπης ὅροις· καὶ γὰρ ταύτην μεγάλην ὑπάρχειν καὶ παράδοξον, διὰ τὸ μηδένα καθῖχθαι τῶν προγεγονότων αὐτῆς· εἰ δὲ πάντως καὶ τῆς Ἀσίας βούλονταί τινα προσεπιδράττεσθαι, διορίσαι ταῦτα, πρὸς πᾶν γὰρ τὸ δυνατὸν προσελεύσεσθαι τὸν βασιλέα. Ῥηθέντων δὲ τούτων, ἔδοξε τῇ συνεδρίῳ, τὸν στρατηγὸν ἀποκριθῆναι, διότι τῆς μὲν δαπάνης οὐ τὴν ἡμίσειαν, ἀλλὰ πᾶσαν, δίκαιόν ἐστι Ἀντίοχον ἀποδοῦναι· φῦναι γὰρ τὸν πόλεμον ἐξ ἀρχῆς οὐ δι' αὐτούς, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον· τῶν δὲ πόλεων μὴ τὰς κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν μόνον ἐλευθεροῦν, ἀλλὰ πάσης τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου δυναστείας ἐκχωρεῖν. Ὁ μὲν οὖν πρεσβευτὴς ταῦτα ἀκούσας παρὰ τοῦ συνεδρίου, διὰ τὸ πολὺ τῶν ἀξιουμένων τὰς ἐπιταγὰς ὑπεραίρειν, οὐδένα λόγον ποιησάμενος, τῆς μὲν κοινῆς ἐντεύξεως ἀπέστη, τὸν δὲ Πόπλιον ἐθεράπευσε φιλοτίμως.

Consulis responsum.

Mandata ad P. Scipionem.

XII. Λαβὼν δὲ καιρὸν ἁρμόζοντα, διελέγετο περὶ ὧν εἶχε τὰς ἐντολάς. Αὗται δ' ἦσαν· διότι πρῶτον μὲν χωρὶς λύτρων ὁ βασιλεὺς αὐτῷ τὸν υἱὸν ἀποδώσει· συνέβαινε γὰρ ἐν ἀρχαῖς τοῦ πολέμου, τὸν υἱὸν τὸν τοῦ Σκιπίωνος γεγονέναι τοῖς περὶ Ἀντίοχον ὑποχείριον. δεύτερον δὲ, διότι καὶ κατὰ τὸ παρὸν ἕτοιμός ἐστι ὁ

que fortunam nimis experiri vellent, neque imperii sui magnitudinem in infinitum producere: terminarent potius illud, maxime quidem, Europæ finibus; nam id sane magnum esse, et supra hominum fidem, utpote quale nemo ante hanc memoriam siti consecutus: quod si vero omnino etiam ex Asia partem aliquam præterea abstrahere velint, illam desiniant; regem enim ad omnes conditiones, quæcumque fieri possint, esse descensurum. His expositis, de concilii sententia in hæc verba respondit Consul: *æquum esse, ut Antiochus impensæ in bellum factæ non dimidiam partem, sed totam ipsam præstet: neque enim propter Romanos, sed propter regem, initium cepisse bellum. Æquum etiam esse, ut non eas dumtaxat urbes, quæ sunt in Æolide atque Ionia, liberet; verum et universo cis Taurum montem imperio cedat.* Legatus, postquam hæc in concilio audivit, quoniam postulata hæc fines mandatorum longe excedebant, quæ dicta fuerant pro indictis habuit: ac deinceps publico congressu abstinens, *Publium Scipionem* privatim summo studio coluit.

XII. Et opportunum tempus nactus, aperuit ei *mandata*, quæ ad ipsum *ab Antiocho* acceperat. Erant autem hæc: *omnium primum filium si sine pretio redditurum regem* dixit. (Acciderat enim principio belli, ut P. Scipionis filius captus ad Antiochum deduceretur.) *Deinde paratum esse An-*

Digitized by Google

βασιλεὺς, ὅσον ἂν ἀποδείξῃ, δίδόναι τλῆθος χρημάτων, καὶ μετὰ ταῦτα κοινὴν ποιεῖν τὴν ἐκ τῆς βασιλείας χορηγίαν, ἐὰν συνεργήσῃ ταῖς ὑπὸ τοῦ βασιλέως πρατινομένοις διαλύσεσιν. Ὁ δὲ Πόπλιος τὴν μὲν [d] κατὰ τὸν υἱὸν ἐπαγγελίαν, ἔφη, δέχεσθαι, καὶ μεγάλην χάριν ἕξειν ἐπὶ τούτοις, ἐὰν βεβαιώσῃ τὴν ὑπόσχεσιν. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἀγνοεῖν αὐτὸν, ἔφη, καὶ παραπαίειν ὁλοσχερῶς τοῦ σφετέρου συμφέροντος, οὐ μόνον κατὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔντευξιν, [e] ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν πρὸς τὸ συνέδριον. Εἰ μὲν γὰρ, ἔτι Λυσιμαχίας καὶ τῆς εἰς τὴν Χερρόνησον εἰσόδου κύριος ὑπάρχων, ταῦτα προὔτεινε, ταχέως ἂν αὐτὸν ἐπιτυχεῖν. ὁμοίως, εἰ καὶ τούτων ἐκχωρήσας παραγεγόνει πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ δῆλος ὢν, ὅτι κωλύσει τὴν διάβασιν ἡμῶν, ἐπρέσβευε περὶ τῶν αὐτῶν τούτων, ἦν ἂν οὕτως αὐτὸν ἐφικέσθαι τῶν ἀξιουμένων. Ὅτε δ' ἐάσας ἐπιβῆναι τῆς Ἀσίας τὰς ἡμετέρας δυνάμεις, καὶ προσδεξάμενος οὐ μόνον τὸν χαλινὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀναβάτην, παραγίγνεται πρεσβεύων περὶ διαλύσεων ἴσων, εἰκότως ἂν ἀποτυγχάνειν καὶ [f] διαψεύσεσθαι τῶν ἐλπίδων. Διόπερ αὐτῷ παρῆνει, βέλτιον βουλεύεσθαι περὶ τῶν ἐνεστώτων, καὶ βλέπειν τοὺς καιροὺς ἀληθινῶς. Ἀντὶ δὲ τῆς κατὰ τὸν υἱὸν ἐπαγγελίας ὑπισχνεῖτο

A. U. 564. Publii responsum.

[d] *κατὰ τοῦ υἱοῦ* dant h. l. MSti. [e] *καὶ* ante *κατὰ* inserui cum Reisk.
[f] Forsan *διαψεύσασθαι*. Pro *εἰκότως ἄν* autem malim *εἰκ. οὖν* cum Reisk.

tiochum, ait, *etiam Scipioni, quantam velle se significasset, pecuniæ vim dare, et deinceps regni opes cum eo communicare, si per eum pacem iis conditionibus, quas proposuerat rex, impetrasset.* Ad hæc PUBLIUS: *quod de filio polliceretur, id se* ait *accipere; multumque se illi eo nomine obstrictum iri, si promissum præstitisset. Ad cetera vero quod attinet, ignorantia labi eum* dixit, *planeque ab utilis sibi consilii via aberrare, non in hoc solummodo privato secum colloquio, sed etiam in eis, quæ in concilio dixisset. Nam si, dum Lysimachiam et aditum in Chersonesum adhuc habuit in potestate, has obtulisset conditiones; facile ipsum, quæ vellet, fuisse consecuturum. Similiter, si etiam, postquam his cessit, ad Hellespontum cum exercitu occurrisset, et speciem ostentans impediturі transitum Romanorum, hæc eadem per legatos petisset; fieri potuisse, ut et sic rem impetraret. Nunc vero, concesso copiis ipsorum in Asiam transitu, et non solum frenis, sed etiam sessore accepto, cum legationem mittat, pacem ex æquo petens, jure merito repulsam ferre, ac spe sua destitui.* Monebat ergo illum, *rebus suis ut melius consuleret, et, quis sit præsens rerum suarum status, vere consideraret. Pro filii liberatione promissa consilium*

Digitized by Google

Ol. 147. 2. δόσιν αὐτῷ συμβουλίαν ἀξίαν τῆς προτεινομένης χάριτος. παρεκάλει γὰρ αὐτὸν, εἰς πᾶν συγκαταβαίνειν,
Durat bellum. μάχεσθαι δὲ κατὰ μηδένα τρόπον Ῥωμαίοις. Ὁ μὲν 12
Ἡρακλείδης, ταῦτα ἀπούσας, ἐπανῆλθε, καὶ συμμίξας
διεσάφει τῷ βασιλεῖ τὰ κατὰ μέρος. [g]Ἀντίοχος δὲ 13
νομίσας, οὐδὲν ἂν βαρύτερον αὐτῷ γενέσθαι πρόσταγμα
τῶν νῦν ἐπιταττομένων, εἰ [h]λειφθείη μαχόμενος, τῆς
μὲν περὶ τὰς διαλύσεις ἀσχολίας ἀπέστη, τὰ δὲ πρὸς
ἀγῶνα πάντα καὶ πανταχόθεν ἡτοίμαζεν.

III.

PAX ANTIOCHO DATA A SCIPIONIBUS.

* * *

Sardibus potiuntur Romani. XIII. ΜΕΤΑ τὴν νίκην [i]οἱ Ῥωμαῖοι τὴν αὐτῶν πρὸς
Ἀντίοχον, παρειληφότες καὶ τὰς Σάρδεις καὶ τὰς
ἀκροπόλεις ἄρτι, ἦκε Μουσαῖος, ἐπικηρυκευόμενος παρ'
Ἀντιόχου. τῶν δὲ περὶ τὸν Πόπλιον φιλανθρώπως προσ- 2
δεξαμένων αὐτὸν, ἔφη, [k]βούλεσθαι τὸν Ἀντίοχον
ἐξαποσταλῆναι πρεσβευτὰς τοὺς διαλεχθησομένους ὑπὲρ
τῶν ὅλων. διόπερ ἀσφάλειαν ἠξίου δοθῆναι τοῖς παρα- 3
γιγνομένοις. τῶν δὲ συγχωρησάντων, οὗτος μὲν ἐπαν-
Legati Antiochi, Zeuxis et Antipater, ῆλθεν. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἦκον πρέσβεις παρὰ τοῦ 4
βασιλέως Ἀντιόχου, Ζεῦξις, ὁ πρότερον ὑπάρχων Λυ-

[g] Post Ἀντίοχος inserui particulam δὲ, monente etiam Reisk. [h] Male vulgo λαφθείη. [i] οἱ Ῥωμαῖοι . . ἦκε Μουσαῖος. Series orationis turbata, Epitomatoris vel librarii culpa. [k] Sic Casaub. ex Urs. conject. adoptavit. MSti habent omnes βουλεύεσθαι.

ille se pollicebatur *daturum, dignum ostenso beneficio.* Hortabatur namque, ut *nullam pacis conditionem recusans, bello adversus Romanos quoquo modo absisteret.* His auditis, revertitur Heraclides: qui regem ut convenit, omnia sigillatim ei exposuit. *Antiochus,* nihil gravius sibi, si bello esset victus, imperatum iri ratus, cogitatione pacis abstinuit, et necessaria ad prælium omnia undique adparavit.

III.

Legatio XXIV.

* * *

XIII. POST victoriam Romanorum de rege Antiocho partam, captis etiam *Sardibus* et arcibus aliquot, venit Musæus *caduceator* ab Antiocho missus. Qui a Publio Scipione humane acceptus dixit, *cogitare Antiochum de mittendis legatis, qui de summa rerum essent acturi:* postulabat igitur, commeatum dari iis, qui essent venturi. Re impetrata, revertitur caduceator. Paucis deinde post diebus venere *legati a rege Antiocho,* Zeuxis, qui præfectus Lydiæ fuerat, et Antipater, fra-

Digitized by Google

5 δίας σατράπης, καὶ Ἀντίπατρος ἀδελφιδοῦς. Οὗτοι A. U. 564.
δὲ πρῶτον μὲν ἔσπευδον ἐντυχεῖν Εὐμένει τῷ βασιλεῖ,
διευλαβούμενοι, μὴ διὰ τὴν προγεγενημένην παρατριβὴν
6 φιλοτιμότερος ᾖ πρὸς τὸ βλάπτειν αὐτούς. εὑρόντες δὲ
παρὰ τὴν προσδοκίαν μέτριον αὐτὸν καὶ πρᾷον, εὐθέως
7 ἐγίγνοντο περὶ τὴν κοινὴν ἔντευξιν. Κληθέντες δ' εἰς τὸ Pacem petunt.
συνέδριον, πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα διελέχθησαν, παρα-
καλοῦντες πρᾴως χρήσασθαι καὶ μεγαλοψύχως τοῖς
8 εὐτυχήμασι· φάσκοντες, οὐκ οὕτως Ἀντιόχῳ τοῦτο
συμφέρειν, ὡς αὐτοῖς Ῥωμαίοις, [l]ἐπείπερ ἡ τύχη παρέ-
δωκεν αὐτοῖς τὴν τῆς οἰκουμένης ἀρχὴν καὶ δυναστείαν.
9 Τὸ δὲ συνέχον, [m]πρώτων, τί δεῖ ποιήσαντας τυχεῖν τῆς
10 εἰρήνης καὶ τῆς φιλίας τῆς πρὸς Ῥωμαίους. Οἱ δὲ ἐν
τῷ συνεδρίῳ πρότερον ἤδη συνηδρευκότες καὶ βεβου-
λευμένοι περὶ τούτων, τότε ἐκέλευον διασαφεῖν τὰ δε-
δογμένα τὸν Πόπλιον.

XIV. Ὁ δὲ προειρημένος ἀνὴρ, Οὔτε νικήσαντας, Pacis leges.
ἔφη, Ῥωμαίους οὐδέ ποτε γενέσθαι βαρυτέρους, [n]* *.
2 διὸ καὶ νῦν αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ἀπόκρισιν δοθήσεσθαι παρὰ
Ῥωμαίων, ἣν καὶ πρότερον ἔλαβον, ὅτε πρὸ τῆς μάχης
3 παρεγενήθησαν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Δεῖν γὰρ αὐτοὺς
ἔκ τε τῆς Εὐρώπης ἐκχωρεῖν, καὶ [o]τῆς Ἀσίας τῆς ἐπὶ

[l] ἐπείπερ cum Reiskio correxi. Vulgo εἴπερ. [m] Et hanc emendationem Reiskius jam occupaverat. Perperam vulgo πρῶτον. [n] *Hiatum*, flagitante contextu, monenteque etiam Ursino, indicavi. Deest, οὔτε νικηθέντας ταπεινοτέρους, aut aliquid simile. Livius: *nec adversæ res animos minuerunt.* [o] Duo verba τῆς Ἀσίας, cum abessent a MStis, ex Livio supplevit Ursinus.

tris filius. Hi, ut prius Eumenem regem convenirent, operam dederunt; veriti, ne propter simultates pristinas cupidior ipsis nocendi foret. Eo moderatiore et placatiore quam sperarant invento, confestim, ut sibi daretur concilium, sunt enisi. Quo ipsis præbito, et alia quidem multa disseruerunt, cum Romanos hortarentur, ut *clementer et magno animo rebus suis secundis uterentur*, dicerentque, *non tam id Antiocho fore conducibile, quam ipsis Romanis, quando jam illis fortuna imperium et dominatum orbis terrarum tradidisset.* Ceterum caput legationis erat, ut quærerent, *quid facto opus esset, ut pacem et amicitiam populi Romani rex impetraret.* Qui intererant concilio, quum jam ante ea de re inter se consultassent, Publium jusserunt ea quæ ipsi decreverant edere.

XIV. Tum PUBLIUS: *Numquam*, inquit, *Romani post victoriam hostibus suis implacabiliores fuerunt.* * * *Nunc igitur idem responsi laturos ipsos a Romanis, quod prius tulissent, cum ad Hellespontum, prius quam prælium committeretur, venerunt.* OPORTERE ni-

Digitized by Google

Ol. 147. 2. Pacis leges.

ταῖδε τοῦ Ταύρου πάσης. Πρὸς δὲ τούτοις, Εὐβοϊκὰ 4
τάλαντα ἐπιδοῦναι μύρια καὶ πενταπισχίλια Ῥωμαίοις,
ἀντὶ τῆς εἰς τὸν πόλεμον δαπάνης. τούτων δὲ φ̄ μὲν 5
παραχρῆμα, δισχίλια δὲ καὶ φ̄ πάλιν, ἐπειδὰν ὁ δῆμος
κυρώσῃ τὰς διαλύσεις, τὰ δὲ λοιπὰ τελεῖν ἐν ἔτεσι
ιβ̄, διδόντα καθ' ἕκαστον ἔτος χιλία τάλαντα. Ἀπο- 6
δοῦναι δὲ καὶ Εὐμένει ῡ τάλαντα [P]τὰ προσοφειλόμενα,
καὶ τὸν ἐλλείποντα σῖτον κατὰ τὰς πρὸς τὸν πατέρα
συνθήκας. Σὺν δὲ τούτοις Ἀννίβαν ἐκδοῦναι τὸν Καρ- 7
χηδόνιον, καὶ Θόαντα τὸν Αἰτωλὸν, καὶ Μυασίλοχον
Ἀπαρνᾶνα, καὶ Φίλωνα καὶ Εὐβουλίδην τοὺς Χαλκι-
δέας. Πίστιν δὲ τούτων ὁμήρους κ' δοῦναι παραχρῆμα 8
τὸν Ἀντίοχον, τοὺς παραγραφέντας. Ταῦτα μὲν οὖν 9
Romam mittuntur legati. ὁ Πόπλιος ἀπεφήνατο ὑπὲρ παντὸς τοῦ συνεδρίου. συγ-
κατατεθειμένων δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Ζεῦξιν,
ἔδοξε πᾶσιν, ἐξαποστεῖλαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην
τοὺς παρακαλέσοντας τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον,
ἐπικυρῶσαι τὰς συνθήκας. Καὶ τότε μὲν ἐπὶ τούτοις 10
ἐχωρίσθησαν· τοῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις οἱ Ῥωμαῖοι διεῖλον
τὰς δυνάμεις. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας παραγενομένων 11
[Q]τῶν ὁμήρων εἰς τὴν [R]Ἔφεσον, εὐθέως ἐγίγνοντο περὶ
τὸ πλεῖν εἰς τὴν Ῥώμην ὅ τ' Εὐμένης οἵ τε παρὰ [S]τῶν
Ῥωμαίων πρεσβευταί· παραπλησίως δὲ καὶ παρὰ Ῥο- 12

P τὰ ad προσοφιλ. ex conject. adjeci.
r Aut τοῦ Ἀντιόχου scribendum, aut inserenda hæc verba εἴ τι παρὰ τοῦ Ἀντιόχου.
q Articulum adjeci, monente Reiskio.

mirum, ut Europa ipsi excederent, et Asia omni cis Taurum. Ad hæc pro impensis in bellum factis darent quindecim millia talentûm Euboicorum; quingenta præsentia; duo millia et quingenta, cum populus Romanus pacem confirmaverit; reliqua deinde per duodecim annos, ita ut mille talenta quotannis penderent. Eumeni vero etiam quadringenta talenta, adhuc debita, redderent, et quod frumenti reliquum esset, quod ex fœdere cum patre icto deberetur. Hannibalem præterea Carthaginiensem dederent, et Thoantem Ætolum, necnon Mnasilochum Acarnanem, et Chalcidenses Philonem et Eubulidem. Pignoris autem loco darent exemplo Antiochus obsides viginti, quorum nomina fuerint designata. Hæc Publius totius concilii nomine pronunciavit. Quum acciperent conditiones Antipater et Zeuxis, placuit omnibus, Romam legatos mitti, qui senatum populumque Romanum orarent, pacem ut comprobarent. Atque ita tum discessum est. Sequentibus diebus Romani exercitum per oppida dimiserunt. Elapsis deinde non multis diebus, postquam deducti Ephesum essent obsides, navigationem Romam præparârunt Eumenes et Roma-

Digitized by Google

δίων, καὶ παρὰ Σμυρναίων, καὶ σχεδὸν τῶν ἐπὶ τάδε A. U. 564.
τοῦ Ταύρου πάντων [a]τῶν κατοικούντων ἐθνῶν καὶ πολιτευμάτων ἐπρέσβευον εἰς τὴν Ῥώμην.

[a] Rectius abesset articulus.

norum legati; itemque Rhodiorum, Taurum gentium ac civitatum ora- Smyrnensium, et omnium ferme cis tores Romam sunt profecti.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΤΗΣ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

EUMENIS RHODIORUMQUE,

et aliorum Populorum Legationes ad Senatum Romanum.

Ol. 147. 3. A. U. 565.

* * *

Populi omnes Asiæ respiciunt Senatum Rom.

1. ΗΔΗ τῆς θερείας ἐνισταμένης μετὰ τὴν νίκην τῶν Ῥωμαίων τὴν πρὸς Ἀντίοχον, παρῆν ὅ τε βασιλεὺς Εὐμένης, οἵ τε παρ' Ἀντιόχου πρέσβεις, οἵ τε παρὰ 2 τῶν Ῥοδίων, ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων. σχεδὸν γὰρ ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν εὐθέως μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν μάχην ἔπεμπον πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην, διὰ τὸ πᾶσι τότε καὶ πάσας τὰς ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος 3 ἐλπίδας ἐν τῇ συγκλήτῳ κεῖσθαι. Ἅπαντας μὲν οὖν τοὺς παραγενομένους [a]ἐπεδέχετο φιλανθρώπως ἡ σύγκλητος· μεγαλομερέστατα δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀπάντησιν καὶ τὰς τῶν ξενίων παροχὰς Εὐμένη τὸν βασιλέα, μετὰ

[a] Forsan ἀπεδέχ. vel ὑπεδέχ.

I.

Legatio XXV.

* * *

1. ADPETENTE jam æstate, post victum a Romanis Antiochum, rex *Eumenes*, et *Antiochi legati, ac Rhodiorum* aliarumque item gentium Romam venerunt. Omnes enim propemodum, qui Asiam incolunt, populi statim a victoria suos Romam legatos miscre; cum spes omnes suas in posterum cuncti in senatu Romano haberent repositas. Qui quum venissent, omnes singulari humanitate ab ordine amplissimo sunt excepti; præcipua vero munificentia et itum est obviam regi Eumeni, et lautia ei sunt præ-

Digitized by Google

Ol. 147. 3. Eumenis oratio ad Senatum Rom.

δὲ τοῦτον τοὺς Ῥοδίους. Ἐπειδὴ δ' ὁ τῆς ἐντεύξεως 4
καιρὸς ἦλθεν, εἰσεκαλέσαντο πρῶτον τὸν βασιλέα, καὶ
λέγειν ἠξίουν μετὰ παῤῥησίας, ὧν βούλεται τυχεῖν
παρὰ τῆς συγκλήτου. Τοῦ δ' Εὐμένους φήσαντος, 5
διότι, εἰ καὶ παρ' ἑτέρων τυχεῖν τινος ἐβούλετο φιλαν-
θρώπου, Ῥωμαίοις ἂν ἐχρήσατο συμβούλοις, πρὸς τὸ
μήτ' ἐπιθυμεῖν μηδενὸς παρὰ τὸ δέον, μήτ' ἀξιοῦν μηδὲν
πέρα τοῦ καθήκοντος· ὁπότε δ' αὐτῶν πάρεστι δεόμενος 6
Ῥωμαίων, ἄριστον εἶναι νομίζει τὸ διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν
Animum ei addit senatus. ἐκείνοις, καὶ περὶ αὐτοῦ καὶ περὶ τῶν ἀδελφῶν· τῶν δὲ 7
πρεσβυτέρων τινὸς ἀναστάντος, καὶ κελεύοντος μὴ κατ-
οῤῥωδεῖν, ἀλλὰ λέγειν τὸ φαινόμενον, διότι πρόκειται
τῇ συγκλήτῳ, πᾶν αὐτῷ χαρίζεσθαι τὸ δυνατόν· ἔμεινεν 8
ἐπὶ τῆς αὐτῆς γνώμης. Χρόνου δ' ἐγγιγνομένου, ὁ μὲν
βασιλεὺς ἐξεχώρησεν, [b]ἡ δὲ ἐντὸς ἐβουλεύετο, τί δεῖ
ποιεῖν. Ἔδοξεν οὖν, τὸν Εὐμένη παρακαλεῖν, αὐτὸν 9
ὑποδεικνύναι θαῤῥοῦντα, περὶ ὧν πάρεστιν· καὶ γὰρ
εἰδέναι τὰ διαφέροντα τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐκεῖνον
ἀκριβέστερον, καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν. Δοξάντων δὲ 10
τούτων, εἰσεκλήθη· καὶ τῶν πρεσβυτέρων τινὸς ἀποδεί-
ξαντος τὰ δεδογμένα, λέγειν ἠναγκάσθη περὶ προκειμένων.

Eumenis oratio.

II. Ἔφασκεν οὖν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἂν εἰπεῖν περὶ τῶν
καθ' αὑτὸν, ἀλλὰ μεῖναι ἐπὶ τῆς αὐτῆς γνώμης, τελέως

[b] Adjectum a Polybio vocab. *σύγκλητος* putem.

bita: secundum hunc Rhodiis. Postquam audiendarum legationum tempus venit; primus omnium in senatum vocatus est EUMENES, petitumque ab eo, ut, quid sibi a patribus tribui vellet, libere fidenterque diceret. Ad ea Rex respondit: *Si ab aliis impetratum aliquid beneficii vellet, consilio se Romanorum fuisse usurum, ne quid aut immoderate cupiisse, aut petiisse supra meritum videri posset: nunc, quando ab ipsis Romanis petitum beneficium venerit, optimum ducere se, munificentiam in se et fratres suos ipsorum arbitrio permittere.* Tum vero adsurgens seniorum aliquis, Eumenem jubet, *diceret sine metu, quid sibi videretur: esse enim propositum patribus, quibus possent cumque rebus ei gratificari.* Perstat rex in eadem sententia. Quumque aliquamdiu ita certatum esset, Eumenes templo excessit: senatus, qui remanserat, quid opus facto, consultat. Placuit igitur regem hortari, ut expromeret ipse fidenter, quorum causa venisset: ipsum enim optime scire, quæ regno suo sint adcommoda, Asiamque melius nosse. His ita decretis, reductus est: et cum seniorum aliquis voluntatem patrum ei indicasset, coactus est, quæ vellet, dicere.

II. Tum ergo EUMENES: *aliud quidem nihil de rebus suis dicturum*

Digitized by Google

2 διδοὺς ἐκείνοις τὴν ἐξουσίαν· ἵνα δὲ τόπον ἀγωνίᾳ, τὸν κατὰ τοὺς Ῥοδίους· διὸ καὶ προῆχθαι νῦν εἰς τὸ λέγειν A. U. 565. Eumenis oratio.
3 ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων. Ἐκείνους γὰρ παρεῖναι μὲν, οὐδὲν ἧττον ὑπὲρ [c]τοῦ τῆς σφετέρας πατρίδος συμφέροντος σπουδάζοντας, [d]ἅπερ αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἀρχῆς φιλο-
4 τιμεῖσθαι κατὰ τὸ παρόν· τοὺς δὲ λόγους αὐτῶν τὴν ἐναντίαν ἔμφασιν ἔχειν τῇ προθέσει τῇ κατὰ τὴν ἀλή-
5 θειαν. τοῦτο δ' εἶναι ῥᾴδιον καταμαθεῖν. Ἐρεῖν μὲν γὰρ αὐτοὺς, ἐπειδὰν εἰσπορευθῶσι, διότι πάρεισιν, οὔτε παρ' ὑμῶν αἰτούμενοι τὸ παράπαν οὐδὲν, οὔθ' ἡμᾶς βλάπτειν θέλοντες κατ' οὐδένα τρόπον, πρεσβεύονται δὲ περὶ τῆς ἐλευθερίας τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων
6 Ἑλλήνων. τοῦτο δ' οὐχ οὕτως αὐτοῖς εἶναι κεχαρισμένον φήσουσιν, ὡς ὑμῖν καθῆκον καὶ τοῖς γεγονόσιν
7 ἔργοις ἀπόλουθον. Ἡ μὲν οὖν διὰ τῶν λόγων φαντασία τοιαύτη τις αὐτῶν ἔσται· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἀλήθειαν τὴν
* Quum enim *Nicander* extra urbem versaretur, et quingentos equites misisset in urbem, qui etiam per interjectum hostium vallum forti impetu perruperunt in urbem; præceperat, ut constituta die illi ex urbe egredientes impetum in hostem facerent; ipsi, [extrinsecus se adfore, et] periculum cum eis partiturum, promiserat. Et illi quidem animose urbe egressi sunt, fortiterque pugnarunt: sed, quoniam in tempore non aderat *Nicander*, sive metu periculi deterritus, sive quod necessaria putaverit negotia quibus districtus est, effectu caruit illorum conatus.

* * *

Digitized by Google

Ol. 147. 3. Ambraciæ oppugnatio.

XI. (Πολλαὶ γὰρ πόλεις καὶ μετὰ τὴν τῶν τειχῶν καταστροφὴν περιεγένοντο τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ Ἀμβρακία[1].) Τῶν γὰρ Ῥωμαίων συνεχῶς βιαζομένων τοῖς 2
κριοῖς τὸ τεῖχος, [k]ἀεί τι *· οὐ μὴν εἰς τὴν πόλιν 3
ἐδύναντο παρελθεῖν διὰ τῶν πτωμάτων, διὰ τὸ τοὺς
ἔνδον ἀντοικοδομεῖν, καὶ μάχεσθαι γενναίως ἐπὶ τοῦ
πίπτοντος μέρους τοὺς Αἰτωλούς. Ὅθεν καὶ ἀπελπί- 4
σαντες τοῦ διὰ τῆς βίας ἑλεῖν τὴν πόλιν, πρὸς τὸ
ὑπορύττειν ὥρμησαν. Ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς μηχανῆς 5
ἀπεπρούσθησαν, στρατηγικώτερον [l]τῶν ἔνδον ἀντιπαρα-
ταξαμένων, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει, καὶ αἰσθομένων
[m]τὸ τούτων εὕρημα. Ἀσφαλισάμενοι [n]γὰρ τὸ μέσον 6
ἔργον τῶν τριῶν τῶν προϋπαρχόντων οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ
σπεπάσαντες ἐπιμελῶς τοῖς γέρροις, προεβάλλοντο στοὰν
παράλληλον τῷ τείχει, σχεδὸν ἐπὶ δύο πλέθρα, καὶ 7
λαβόντες ἀρχὴν ἐκ ταύτης, ὄρυττον ἀδιαπαύστως καὶ
τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν ἐκ διαδοχῆς. Ἐφ' ἱκανὰς οὖν 8
ἡμέρας ἐλάνθανον τοὺς ἔνδον φέροντες ἔξω τὸν χοῦν διὰ
τῆς σύριγγος. Ὡς δὲ μέγας ὁ σωρὸς ἐγένετο τῆς ἐκφε- 9
ρομένης γῆς, καὶ σύνοπτος τοῖς ἐκ τῆς πόλεως, οἱ
προεστῶτες τῶν πολιορκουμένων ὄρυττον τάφρον ἔσωθεν
ἐνεργῶς, παράλληλον τῷ τείχει καὶ τῇ στοᾷ τῇ πρὸ

[1] Uncis inclusi verba, quæ an Polybiana sint haud satis liquet. [k] Supple ἴσχυσι, κατέσεισι, aut simile verbum. [l] τῶν ἔνδον ἀντιπαρατεταγμένων ex conject. correxi. In exemplari erat τὰ ἔνδον παρατεταγμένα. [m] τὸ τούτων εὕρημα pariter ex nostra est conject. cum τὸ τοιοῦτον in exemplari esset. [n] γὰρ connexionis causa adjeci.

XI. (Etenim multæ urbes, etiam post murorum eversionem, hostem superarunt; quemadmodum *Ambraciæ* accidit.) Nam quum *Romani* adsidue arietibus murum quaterent, semper quidem aliquid dejiciebatur: at in urbem tamen per ruinas penetrare non potuerunt, quia et oppidani intus novum murum objiciebant, et *Ætoli* ruinis superstantes egregie pugnabant. Unde etiam aperta vi urbem capere desperantes, ad *subfodiendos muros* se contulerunt. Sed et ab hoc astu repulsi sunt; quum illi, qui in oppido erant, peritissime ex arte militari omnia administrarent, ut sermo procedens docebit, et inventum illorum intelligerent. *Romani* igitur, bene munito medio ex tribus, quæ jam ante erant, opere, et diligenter cratibus tuto, porticum objiciunt directione muro parallela, ducentorum fere pedum longitudine. Inde incipientes, per vices continuato labore, et nocte et interdiu fodiebant: atque ita terram egerentes ex *cuniculo* per bene multos dies fefellerunt oppidanos. Ut vero egestæ terræ tumulus increvit, et in conspectum oppidanis venit; præfecti eorum qui obsidebantur impigre fossam intus ducunt, parallelam muro et porticui quæ ante turres erat.

Digitized by Google

τῶν πύργων. Ἐπειδὴ δὲ βάθος ἔσχεν ἱκανὸν, ἐξῆς ἔθηκαν παρὰ τὸν ἕνα τοῖχον τῆς τάφρου ἐγγὺς τῷ τείχει χαλκώματα συνεχῆ, λεπτότατα ταῖς κατασκευαῖς, οἷον λεκάνας καὶ ἕτερα ὅμοια τούτοις. καὶ παρὰ ταῦτα διὰ τῆς τάφρου παριόντες, ἠκροῶντο τοῦ ψόφου τῶν ὀρυττόντων ἔσωθεν. Ἐπεὶ δὲ ἐσημειώσαντο τὸν τόπον, καθ' ὃν ἐδήλου τινὰ τῶν χαλκωμάτων διὰ τῆς συμπαθείας, (ἀντήχουν γὰρ πρὸς τὸν ἐκτὸς ψόφον·) ὤρυττον ἔσωθεν ἐπικαρσίαν πρὸς τῇ ὑπαρχούσῃ ἄλλην κατὰ γῆς τάφρον ὑπὸ τὸ τεῖχος, στοχαζόμενοι τοῦ συμπεσεῖν ἐναντίοι τοῖς πολεμίοις. Ταχὺ δὲ τούτου γενομένου, διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους μὴ μόνον ἀφῖχθαι πρὸς τὸ τεῖχος ὑπὸ γῆς, ἀλλὰ καὶ διεστυλωκέναι τόπον ἱκανὸν τοῦ τείχους ἐφ' ἑκάτερον τὸ μέρος τοῦ ὀρύγματος, συνέπεσον ἀλλήλοις. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐμάχοντο ταῖς σαρίσσαις ὑπὸ γῆν. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐδύναντο μέγα ποιεῖν, διὰ τὸ προβάλλεσθαι θυρεοὺς καὶ γέρρα πρὸ αὐτῶν [o]ἀμφοτέρους· τὸ τηνικάδε ὑπέθετό τις τοῖς πολιορκουμένοις, πίθον προθεμένους ἁρμοστὸν κατὰ τὸ πλάτος τῷ μετάλλῳ, τρυπῆσαι τὸν πυθμένα, καὶ [p]περαιώσαντας αὔλισκον σιδηροῦν [q]ἴσον τῷ τεύχει, πλῆσαι τὸν πίθον τῷ στίλῳ λεπτῷ, καὶ πυρὸς μικρὸν ἐμβαλεῖν

A. U. 565. Ambracia oppugnatio.

[o] ἀμφοτέρους scribendum putavi, cum esset ἀμφίτειρα. [p] περαιώσαντας ex conject. tentavi. πλιώσαντας est in exempl. quod in λιώσαντες mutavit Gronov. [q] Forsan ἰσομέτρῳ scripsit Polyb.

Quæ ubi ad justam profunditatem est perducta, ad alterum deinde fossæ latus prope murum adposuerunt continua serie *ænea vasa instrumentaque* tenuissimæ fabricæ, veluti pelves, aliaque similia: et, dum præter has pelves per fossam prætereunt, auribus captabant intus strepitum fodientium. Sic igitur loco illo bene notato, ubi quædam ex vasis per *sympathiam* quamdam et naturæ concentum (*resonabant* enim illa *ad exteriorem sonum*) significationem faciebant; intus ex ea fossa, quam fecerant, e transverso aliam sub terra fossam foderunt subtus murum, ea directione, qua ex adverso occursuros se hostibus conjectabant. Qua fossa celeriter perfecta, quia Romani sub terra non modo ad murum pervenerant, sed jam quoque multam ejus partem subdibus suspenderant ab utraque fossæ parte; invicem congressi sunt. Ac primo quidem sarissis sub terra pugnarunt. Quum vero sic nihil magni momenti efficerent, quoniam utrique clypeos et crates ante se projiciebant; aliquis tandem subgessit obsessis, ut *dolio* ante se posito, quod amplitudini cuniculi responderet, fundum ejus perforarent, transmitterentque *ferream fistulam* pari cum dolio longitudine: dolium deinde *tenui pluma* implerent, et parum ignis sub ipsum dolii os sub-

Digitized by Google

Ol. 147. 3. Ambraciæ oppugnatio.

ὑπ' αὐτὸ τοῦ πίθου τὸ περιστόμιον· κἄπειτα σιδηροῦν 16
πῶμα τρημάτων πλῆρες τῷ στόματι περιτιθέντας, ἀσ-
φαλῶς εἰσάγειν διὰ τοῦ ὀρύγματος, νεύοντι τῷ στόματι
πρὸς τοὺς ὑπεναντίους· ὁπότε δὲ ἐγγίσαιεν τοῖς πολε- 17
μίοις, περισάξαντες τὰ χείλη τοῦ πίθου πανταχόθεν,
τρήματα δύο καταλιπεῖν [r]ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους, δι'
ὧν διωθοῦντες τὰς σαρίσσας, οὐκ ἐάσουσι προσιέναι
τῷ πίθῳ τοὺς ὑπεναντίους· μετὰ δὲ ταῦτα λαβόντας 18
[s]ἀσκὸν, οἷς οἱ χαλκεῖς χρῶνται, καὶ προσαρμόσαντας
πρὸς τὸν αὐλὸν τὸν σιδηροῦν, φυσᾶν ἐνεργῶς [t]τὸ πρὸς
τῷ στόματι πῦρ ἐν τοῖς πτίλοις ἐγκείμενον· κατὰ 19
τοσοῦτον ἐπαγομένους ἀεὶ τὸν αὐλὸν ἐντὸς, καθόσον
ἐκπάηται τὰ πτίλα. Γενομένων δὲ πάντων καθάπερ 20
προεῖτον, τό τε πλῆθος τοῦ καπνοῦ συνίεσθαι πολὺ
γενέσθαι, καὶ τῇ δριμύτητι διαφέρον διὰ τὴν φύσιν τῶν
πτίλων, φέρεσθαί τε πᾶν εἰς τὸ τῶν πολεμίων ὄρυγμα.
ὥστε καὶ λίαν κακοπαθεῖν τοὺς Ῥωμαίους, οὔτε κω- 21
λύειν οὔτε ὑπομένειν δυναμένους ἐν τοῖς ὀρύγμασι τὸν
καπνόν.

* * *

De pace agitur cum Ætolis.

XII. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ παρὰ τῶν Ἀθηναίων 2
καὶ τῶν Ῥοδίων πρέσβεις ἦκον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν
Ῥωμαίων, συνεπιλημψόμενοι τῶν διαλύσεων. Ὅ τε

[r] Sic editum est apud Heronem. ἀφ' ἑκατ. edidit Gronov. ἐξ ἑκατέρου ex Gronovii conject. recepi. Mendose exemplar χαλκὸν habet.

[s] ἀσκὸν ex Gronov.

[t] τὸ πρ. τῷ στόμ. τῦρ ex nostra emend. Vulgo τῷ et πυρὶ.

jicerent; tum ferreo operculo, foraminibus pleno, cri imposito, secure per fossam ingererent dolium, ore in hostes obverso: ubi vero hostibus adpropinquarent, obturato undique omni spatio circa labia dolii, duo tantum ab utraque parte foramina relinquerent, per quæ porrectis sarissis hostes, ne ad dolium accedere possent, prohiberent: posthæc *follem*, quali utuntur fabri, ad fistulam ferream adaptato, ignem, qui plumæ prope os dolii subjectus esset, valide subflarent; fistulam semper in tantum extrorsum retrahentes, in quantum pluma exarsisset. Quibus omnibus ita, ut dictum est, compositis, *immensus fumus* est exortus, supra modum acer atque vehemens propter plumæ naturam; isque omnis in hostilem cuniculum ferebatur. Quo factum, ut valde laborarent Romani, quum nec prohibere nec tolerare fumum in cuniculo possent.

* * *

(*Legatio XXVIII.*)

XII. Eo tempore *Athenensium et Rhodiorum legati* ad castra Romana venere *ad pacem impetrandam adjutum* Ætolos. Eodem et *Amynander* rex

Digitized by Google

A. U. 565. De pace agitur cum Ætolis.

βασιλεὺς τῶν [u]Ἀθαμάνων Ἀμύνανδρος παρεγένετο, σπουδάζων ἐξελέσθαι τοὺς Ἀμβρακιώτας ἐκ τῶν περεστώτων κακῶν, δοθείσης αὐτῷ τῆς ἀσφαλείας ὑπὸ 3 τοῦ Μάρκου διὰ τὸν καιρόν. πάνυ γὰρ οἰκείως εἶχε πρὸς τοὺς Ἀμβρακιώτας, διὰ τὸ καὶ πλείω χρόνον ἐν 4 τῇ πόλει ταύτῃ διατετρίφθαι κατὰ φυγήν. Ἦκον δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἀκαρνάνων μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἄγοντές τινες τοὺς περὶ Δαμοτέλη. ὁ γὰρ Μάρκος, πυθόμενος τὴν περιπέτειαν αὐτῶν, ἔγραψε τοῖς [x]Θουριεῦσιν, ἀνα- 5 κομίζειν τοὺς ἄνδρας ὡς αὐτόν. Πάντων δὲ τούτων ἠθροισμένων, ἐνηργεῖτο φιλοτίμως τὰ πρὸς τὰς δια- 6 λύσεις. Ὁ μὲν οὖν Ἀμύνανδρος κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόθεσιν εἶχετο τῶν Ἀμβρακιωτῶν, παρακαλῶν σώζειν σφᾶς αὐτούς· εἶναι δὲ τοῦτο οὐ μακρὰν [y]ἐὰν βουλεύ- 7 σωνται βέλτιον περὶ αὐτῶν. Πλεονάκις δὲ προσπελάζοντος αὐτοῦ τῷ τείχει, καὶ διαλεγομένου περὶ τούτων, ἔδοξε τοῖς Ἀμβρακιώταις εἰσπαλέσασθαι τὸν Ἀμύναν- 8 δρον εἰς τὴν πόλιν. τοῦ δὲ στρατηγοῦ συγχωρήσαντος τῷ βασιλεῖ τὴν εἴσοδον, [z]οὗτος μὲν οὖν εἰσελθὼν διελέ- 9 γετο τοῖς Ἀμβρακιώταις περὶ τῶν ἐνεστώτων. Οἱ δὲ παρὰ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν Ῥοδίων πρέσβεις, λαμβάνοντες εἰς τὰς χεῖρας τὸν στρατηγὸν τῶν Ῥωμαίων, καὶ ποικίλως ὁμιλοῦντες, παύειν ἐπειρῶντο τὴν ὀργὴν αὐτοῦ.

[u] Rursus Ἀθαμανῶν Bav. [x] Sic dare debuerunt scripti libri, in quibus mendose est Θουριῶσιν. Θυρεᾶσιν edidit Casaub. [y] ἐὰν μὰ βουλεύσ. dant libri nostri. Particulam negantem delevit Ursinus. [z] Particulam οὖν non agnóscit Bav.

Athamanum, fide accepta a *Marco* (*Fulvio*) pro tempore, se contulit, *Ambraciensez* e præsentibus malis eripere satagens: hos enim singulari caritate complectebatur, quod majorem partem temporis Ambraciæ exsulaverat. Acarnanes item nonnulli post dies paucos venerunt, *Damoteles* et legationis illius comites adducentes. Marcus enim, certior factus de illorum legatorum casu, ad *Thyrienses* scripserat, ut eos ad se reducerent. Hi igitur omnes postquam convenerunt, *de pacificatione* summo studio agebatur. *Amynander*, sicut initio ei propositum fuerat, finem nullum faciebat Ambraciensis monendi, hortandi, ut saluti consulerent suæ; quæ non longe petenda ipsis esset, si modo saniora vellent inire consilia. Qui quum persæpe muris succederet, deque iis rebus colloqueretur; placuit Ambraciensibus, Amynandrum in urbem vocare: quod et consul regi permisit, ut faceret. Et ille quidem oppidum ingressus, de præsenti negotio cum Ambraciensibus colloquebatur: interea vero legati Atheniensium et Rhodiorum adsidue Romanum imperatorem convenire, variaque oratione illum ad-

Digitized by Google

Ol. 147. 3. τοῖς δὲ περὶ τὸν Δαμοτέλη καὶ Φαινέαν ὑπέθετό τις, 10
ἔχεσθαι καὶ θεραπεύειν τὸν Γάϊον Οὐαλέριον. οὗτος δ' 11
ἦν Μάρκου μὲν υἱὸς, τοῦ πρώτου συνθεμένου πρὸς Αἰτω-
λοὺς τὴν συμμαχίαν, Μάρκου δὲ τοῦ τότε στρατη-
γοῦντος ἀδελφὸς ἐκ μητρός· ἄλλως δὲ πρᾶξιν ἔχων
νεανικὴν, [a]ἣν μάλιστα παρὰ τῷ στρατηγῷ πιστευό-
μενος. ὃς παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Δαμοτέλη, 12
καὶ νομίσας [b]ἴδιον εἶναι τὸ πρᾶγμα, καὶ καθήκειν
αὐτῷ τὸ προστατῆσαι τῶν Αἰτωλῶν, πᾶσαν εἰσεφέρετο
σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν, ἐξελέσθαι σπουδάζων τὸ ἔθνος
ἐκ τῶν περιεστώτων κακῶν. Ἐνεργῶς δὲ παντα χόθεν 13
προσαγομένης τῆς φιλοτιμίας, ἔλαβε τὸ πρᾶγμα συν-
τέλειαν. Οἱ μὲν γὰρ Ἀμβρακιῶται, πεισθέντες ὑπὸ 14
Tradit se Ambracia. τοῦ βασιλέως, ἐπέστρεψαν τὰ καθ' αὑτοὺς τῷ στρα-
τηγῷ τῶν Ῥωμαίων, καὶ παρέδοσαν τὴν πόλιν, ἐφ'
ᾗ τοὺς Αἰτωλοὺς ὑποσπόνδους ἀπελθεῖν. τοῦτο γὰρ 15
ὑφείλοντο πρῶτον, τηροῦντες τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους
πίστιν.

Pax Ætolis data. XIII. Ὁ δὲ Μάρκος συγχωρήσαντο τοῖς Αἰτωλοῖς 1
ἐπὶ τούτῳ ποιήσασθαι τὰς διαλύσεις. Ὥστε διακόσια 2
μὲν Εὐβοϊκὰ τάλαντα παραχρῆμα λαβεῖν, τριακόσια
δ' ἐν ἔτεσιν ἓξ, πεντήκοντα καθ' ἕκαστον ἔτος· ἀπο- 3
κατασταθῆναι δὲ καὶ τοὺς [c]αἰχμαλώτους καὶ τοὺς

[a] ἣν μάλιστα ex Reiskii conject. εἰ μάλ. Bav. ᾗ μάλιστα Ursinus, ex ing. puto. Quod tenens Casaub. in fine ad πιστευόμενος ex ingenio adjecit ἣν. [b] Τὸν ἴσως τὸ πρᾶγμα correxit Ursinus, in cujus cod. erat τὰ πράγματα. Sic et Bav. intra lineas, sed in contextu dat τῷ πράγματι. [c] Vocem αἰχμαλώτους non fuisse in exempl. monet Ursinus. Tria verba καὶ τοὺς αἰχμ. ignorat Bav. Idem mox Ῥωμαίους dat pro Ῥωμαίοις.

gredi, quo iram ejus mollirent. Damoteli vero et Phæneæ suggessit aliquis, ut *C. Valerium* impensius colerent. Hic *Marci* [*Lavini*] filius erat, qui primus cum Ætolorum gente societatem pepigerat, Marci consulis frater, matre genitus eadem, juvenis alioquin gnavus atque eximie industrius, quo præcipue nomine apud Consulem gratia pollebat. Rogatus igitur a Damotele, suique maxime operis id esse ratus, sibique convenire, ut Ætolorum patrocinium susciperet; omne studium atque contentionem animi adhibuit, quo eam gentem tot malis circumstantibus eriperet. Estque tandem id negotium, omnibus acriter connitentibus, ad exitum perductum. *Ambracienses* enim, a rege persuasi, *Romano consuli se permiserunt*, et pacti ut sine fraude abirent Ætoli, urbem tradiderunt: id enim primum ab iis est exceptum, fidem erga socios servantibus.

XIII. Marcus vero his legibus *pacem cum Ætolis* fieri consensit: *Ut ducenta Euboica talenta præsentia Romani ab Ætolis acciperent; tum trecenta intra annos sex, pensionibus æquis: captivos perfugasque omnes,*

Digitized by Google

αὐτομάλους Ῥωμαίοις ἅπαντας, τοὺς πρὸ αὐτοῦ ὄντας, A. U. 565.
ἐν ἓξ μησὶ χωρὶς λύτρων· πόλιν δὲ μηδεμίαν ἔχειν ἐν Pax Ætolis data.
τῇ συμπολιτείᾳ, [d] μηδὲ μετὰ ταῦτα προσλαμβάσθαι,
τούτων, ὅσαι μετὰ τὴν [e] Τίτου Κοϊντίου διάβασιν ἐάλωσαν
ὑπὸ Ῥωμαίων, ἢ φιλίαν ἐποιήσαντο πρὸς Ῥωμαίους·
Κεφαλληνίους δὲ πάντας ἐκποδὼν εἶναι τούτων τῶν
συνθηκῶν. Ταῦτα μὲν οὖν ὑπετυπώθη τότε κεφαλαιω-
δῶς περὶ τῶν διαλύσεων. ἔδει δὲ τούτοις πρῶτον μὲν
εὐδοκῆσαι τοὺς Αἰτωλούς, μετὰ δὲ ταῦτα γίγνεσθαι
τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ Ῥωμαίους. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι
καὶ Ῥόδιοι παρέμενον αὐτοῦ, παραδοκοῦντες τὴν τῶν
Αἰτωλῶν ἀπόφασιν· οἱ δὲ περὶ τὸν Δαμοτέλη ἐπαισθό-
μενοι διεσάφουν τοῖς Αἰτωλοῖς περὶ τῶν συγκειμέ-
νων. Τοῖς μὲν οὖν ὅλοις εὐδόκουν, καὶ γὰρ ἦν αὐτοῖς
ἅπαντα παρὰ τὴν προσδοκίαν· περὶ δὲ τῶν πόλεων τῶν
πρότερον συμπολιτευομένων αὐτοῖς διαπορήσαντες ἐπὶ
τοσόν, τέλος συνεπατέθεντο τοῖς προτεινομένοις. Ὁ δὲ Ambracia, Pyrrhi olim regia.
Μάρκος, παραλαβὼν τὴν Ἀμβρακίαν, τοὺς μὲν Αἰτω-
λοὺς ἀφῆκεν ὑποσπόνδους· τὰ δ' ἀγάλματα, καὶ τοὺς
ἀνδριάντας, καὶ τὰς γραφὰς, ἀπήγαγεν ἐκ τῆς πόλεως,
ἅπερ καὶ πλείω, διὰ τὸ γεγονέναι βασίλειον Πύρρου
τὴν Ἀμβρακίαν. ἐδόθη δ' αὐτῷ καὶ στέφανος ἀπὸ
ταλάντων πεντήκοντα καὶ ρ'. Ταῦτα δὲ διοικησάμενος

[d] Vulgo μηδὲ τινας μετὰ invitis MStis. [e] Τίτου Κοϊντίου ex Livio correxit Ursinus. Δεκιμίου Κεφαλλου (sic) dant scripti libri.

qui apud Ætolos essent, intra proximos sex menses sine pretio redderent Romanis: urbem ne quam formulæ cui juris haberent, aut postea facerent, quæ post id tempus, quo Titus Quinctius trajecisset in Græciam, aut vi capta ab Romanis esset, aut voluntate in amicitiam eorum venisset: Cephallenii vero universi ut extra jus fœderis essent. Hæc summa capita sunt ejus pacis, cujus prima delineatio tunc temporis facta est. Quæ priusquam rata essent, oportebat ut ante omnia Ætoli ea comprobarent, deinde ut ad senatum populumque Romanum omnia referrentur. Igitur *Athenienses et Rhodii* in castris manserunt, responsum Ætolorum exspectantes. *Damoteles* vero, quique erant cum ipso, in Ætoliam reversi, quæ impetraverant, Ætolis exposuerunt. Et illi ceteris quidem adsentiri omnibus; omnia enim supra eorum spem erant: de urbibus vero, quæ concilii Ætolorum prius fuerant, quum aliquamdiu inter sese disputassent, tandem de his quoque oblatas conditiones acceperunt. *Marcus* [*Fulvius*,] tradita sibi Ambracia, Ætolos, ut erat conventum, post datam fidem abire permisit; signa, statuas, et tabulas pictas urbe avexit: quarum rerum eo major ibi reperta est copia, quod *regia Pyrrhi* quondam *Ambracia* fuerat. Data et corona consuli centum quinquaginta pondo. His ad hunc modum administratis, in mediterranea

Digitized by Google

Ol. 147. 3. ἐποιεῖτο τὴν πορείαν εἰς τὴν μεσόγειον τῆς Αἰτωλίας, θαυμάζων ἐπὶ τῷ μηδένα αὐτῷ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν ἀπαντᾶσθαι. Παραγενόμενος δὲ πρὸς Ἄργος, τὸ καλούμενον Ἀμφιλοχικὸν, κατεστρατοπέδευσεν, ὅπερ ἀπέχει τῆς Ἀμβρακίας ρπ' στάδια. ἐκεῖ δὲ συμμιξάντων αὐτῷ τῶν περὶ τὸν Δαμοτέλη, καὶ διασαφούντων, ὅτι δέδοκται τοῖς Αἰτωλοῖς βεβαιοῦν τὰς δι' ἑαυτῶν γεγενημένας ὁμολογίας, διεχωρίσθησαν, Αἰτωλοὶ μὲν εἰς τὴν οἰκείαν, Μάρκος δὲ εἰς τὴν Ἀμβρακίαν. Κἀκεῖσε παραγενόμενος, οὗτος μὲν ἐγίγνετο περὶ τὸ πραιοῦν τὴν δύναμιν εἰς τὴν Κεφαλληνίαν. οἱ δ' Αἰτωλοὶ προχειρισάμενοι Φαινέαν καὶ Νίκανδρον πρεσβευτὰς ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Ῥώμην περὶ τῆς εἰρήνης. ἁπλῶς γὰρ οὐδὲν ἦν κύριον τῶν προειρημένων, εἰ μὴ καὶ τῷ δήμῳ δόξαι τῷ τῶν Ῥωμαίων.

Argos Amphilochium. 12 13 14

Legati mittuntur Romam.

XIV. Οὗτοι μὲν οὖν παραλαβόντες τούς τε Ῥοδίους καὶ τοὺς Ἀθηναίους, ἔπλευσαν ἐπὶ τὸ προκείμενον. παραπλησίως δὲ καὶ Μάρκος ἐξαπέστειλε Γάϊον τὸν Οὐαλέριον καί τινας ἑτέρους τῶν φίλων, πράξοντας τὰ περὶ τῆς εἰρήνης. Ἀφικομένων δ' εἰς τὴν Ῥώμην, πάλιν ἐπαινοποιήθη τὰ τῆς ὀργῆς πρὸς Αἰτωλοὺς διὰ Φιλίππου τοῦ βασιλέως. ἐκεῖνος γὰρ δοκῶν ἀδίκως ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν ἀφαιρεῖσθαι τήν τ' Ἀθαμανίαν καὶ τὴν Δολοπίαν, διετέμψατο πρὸς τοὺς φίλους, ἀξιῶν αὐτοὺς συνεργισθῆναι, καὶ μὴ προσδέξασθαι τὰς διαλύσεις. Διὸ καὶ τῶν μὲν Αἰτωλῶν εἰστορευθέντων, παρῆκουεν ἡ

Pacem impedire studet Philippus. 2 3 4 5

Ætoliæ Marcus proficiscitur, admirans quod nemo Ætolorum sibi occurreret. Ad *Argos Amphilochium*, quod Ambracia tria ferme et viginti millia passuum distat, ut venit, castra ibi posuit. Eo loci *Damoteles* ipsum convenit, et Ætolorum decretum aperuit, quo pacem a se impetratam ab Romanis comprobaverant. Deinde discesserunt, Ætoli in patriam, Marcus vero Ambraciam. Quo ubi ventum est, dum ipse in Cephalleniam copias trajicit, Ætoli Phæneam et Nicandrum legatos Romam mittunt, acturos de pace: omnino enim nihil eorum, quæ diximus, ratum erat, priusquam populus Romanus id comprobasset.

XIV. Ita isti, Rhodiorum et Atheniensium legatis adsumtis, ad perficiendum quod destinaverant sunt profecti. Sed et Marcus *C. Valerium* et quosdam alios ex amicis in urbem misit, qui in petenda pace Ætolos adjuvarent. Romæ vero, postquam eo legati advenerunt, revocata est ira adversus Ætolos per *Philippum* regem: qui Athamaniam et Dolopiam injuria sibi fuisse ereptas ab Ætolis existimans, per legatos cum amicis egerat, ut sua gratia Patres Ætolis irascerentur, neque pacem probarent. Itaque etiam ingressos in senatum Ætolos Patres negligenter audiverunt: sed deprecantibus pro illis Rhodiorum et

Digitized by Google

A. U. 565. Damidis Atheniensis oratio pro Ætolis.

σύγκλητος· τῶν δὲ Ῥοδίων καὶ τῶν Ἀθηναίων ἀξιούντων,
6 ἐνετράπη καὶ προσίσχε τὸν νοῦν. Καὶ γὰρ ἐδόκει [f]Δάμις [g]ὁ Ἰκησίου [h]ἄλλα τε καλῶς εἰπεῖν, καὶ παρα-
δείγματι πρὸς τὸ παρὸν οἰκείῳ χρήσασθαι κατὰ τὸν
7 λόγον. Ἔφη γάρ· Ὀργίζεσθαι μὲν εἰκότως τοῖς Αἰτω-
λοῖς· πολλὰ γὰρ εὖ πεπονθότας τοὺς Αἰτωλοὺς ὑπὸ
Ῥωμαίων, οὐ χάριν ἀποδεδωκέναι τούτων, ἀλλ' [i]εἰς
μέγαν ἐνηνοχέναι κίνδυνον τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν,
8 ἐκκαύσαντας τὸν πρὸς Ἀντίοχον πόλεμον. Ἐν τούτῳ
δὲ διαμαρτάνειν τὴν σύγκλητον, ἐν ᾧ τὴν ὀργὴν φέρει
9 ἐπὶ [k]τοὺς Αἰτωλούς. Εἶναι γὰρ τὸ συμβαῖνον ἐν ταῖς
πολιτείαις περὶ τὰ πλήθη παραπλήσιον τῷ γιγνομένῳ
10 περὶ τὴν θάλασσαν. καὶ γὰρ ἐκείνην κατὰ μὲν τὴν
αὐτῆς φύσιν ἀεί ποτ' εἶναι γαληνὴν καὶ παθεστηκυῖαν,
καὶ συλλήβδην τοιαύτην, ὥστε μηδέποτ' ἂν ἐνοχλῆσαι
11 μηδένα τῶν προσπλαζόντων αὐτῇ καὶ χρωμένων· ἐπειδὰν
δ' ἐμπεσόντες εἰς αὐτὴν ἄνεμοι βίαιοι ταράξωσι, καὶ
παρὰ φύσιν ἀναγκάσωσι κινεῖσθαι, [l]τότε μηδὲν ἔτι
δεινότερον εἶναι, μηδὲ φοβερώτερον θαλάττης· ὃ καὶ
12 νῦν τοῖς κατὰ τὴν Αἰτωλίαν συμπεπτωκέναι. Ἕως μὲν γὰρ
ἦσαν ἀπείραιοι, πάντων τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρχον ὑμῖν
εὐνούστατοι καὶ βεβαιώτατοι συνεργοὶ πρὸς τὰς πράξεις.
13 ἐπεὶ δ' ἀπὸ μὲν τῆς Ἀσίας [m]πνεύσαντες Θόας καὶ

[f] *Leon, Icesiæ filius*, nominatur apud Livium. [g] In libris nostris est ὁ Κχησίου, pro quo Ursinus ex Livio ὁ Ἰκεσίου edidit. Nos η pro ι restituimus. [h] ἄλλα τε malim. [i] εἰς μέγαν restitui ex Bav. Vulgo εἰς μέσον. [k] An εἰς πάντας τοὺς Αἰτωλούς? [l] τότε μηδὲν Bav. [m] πνεύσαντες ex Livio correxit Ursin. πλεύσαντες MSti nostri.

Atheniensium legatis, mutatus est eorum animus, et Ætoli æquis auribus sunt auditi. Visus est enim *Damis*, Icesiæ filius, cum alia multa præclare in oratione quam habuit dixisse, tum et exemplo ad id, quod agebatur, adcommodatissimo esse usus. Dixit enim: *Jure quidem Romanos Ætolis irasci*, qui, magnis *a populo Romano beneficiis adfecti, nequaquam pro iis parem gratiam retulissent, sed Romanorum imperium, excitato bello adversus Antiochum, in magnum periculum adduxissent. Ceterum errare Romanos in eo, quod universæ genti propterea succensent. Simile enim in civitatibus evenire multitudini, ac solet in mari. Nam mare natura quidem sua tranquillum semper esse ac sedatum, et omnino ejusmodi, ut accedentibus ad se et periculum sui facientibus nullam exhibeat molestiam: ubi vero irruentium ventorum vi fuerit concitatum, et præter naturam suam agitatum, nihil jam servius neque terribilius esse mari. Id ipsum et Ætolis hoc tempore evenisse. Hos, quamdiu mentis suæ compotes fuissent, præcipua inter omnes Græcos benevolentia populum Romanum esse prosecutos, inque omnibus inceptis constantissime illum adjuvisse. Postea vero quam ab Asia Thoas et Dicæus*

Digitized by Google

Ol. 144. 3. Διπαίαρχος, ἀπὸ δὲ τῆς Εὐρώπης [n]Μενίστας καὶ Δαμόκριτος συνετάραξαν τοὺς ὄχλους, καὶ παρὰ φύσιν ἠνάγκασαν τὸν καὶ λέγειν καὶ πράττειν· τότε δὴ 14
κακῶς φρονοῦντες, ἐβουλήθησαν μὲν ὑμῖν, ἐγένοντο δ' αὐτοῖς αἴτιοι κακῶν. [o]Δεῖ δὲ ὑμᾶς πρὸς μὲν ἐκείνους 15
ἔχειν ἀπαραιτήτως· ἐλεεῖν δὲ τοὺς πολλοὺς, καὶ διαλύεσθαι πρὸς αὐτούς, εἰδότας, ὅτι γενόμενοι πάλιν ἀπέραιοι, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔτι νῦν ὑφ' ὑμῶν σωθέντες, εὐνούστατοι πάλιν ἔσονται πάντων Ἑλλήνων. Ὁ 16
μὲν οὖν Ἀθηναῖος, ταῦτα εἰπὼν, ἔπεισε τὴν σύγκλητον διαλύεσθαι πρὸς τοὺς Αἰτωλούς.

Confirmatur pax cum Ætolis.

XV. Δόξαντος δὲ τῷ συνεδρίῳ, καὶ τοῦ δήμου συνεπιψηφίσαντος, ἐπυρώθη τὰ κατὰ τὰς διαλύσεις. Τὰ δὲ κατὰ μέρος ἦν τῶν συνθηκῶν ταῦτα. Ὁ δῆμος ὁ 2
τῶν Αἰτωλῶν τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν δυναστείαν τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων [p]ἀδόλως τηρείτω. [q]Πολεμείους μὴ διά- 3
γέτω διὰ τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων ἐπὶ Ῥωμαίους ἢ τοὺς συμμάχους καὶ φίλους αὐτῶν· μηδὲ χορηγείτω μηδὲν δημοσίᾳ βουλῇ. Ἐχθρὸν καὶ φίλον τὸν αὐτὸν 4
ἐχέτω τοῖς Ῥωμαίοις· καὶ ἐὰν πολεμῶσι πρός τινας Ῥωμαίων, πολεμείτω πρὸς αὐτοὺς ὁ δῆμος ὁ τῶν Αἰτωλῶν. Τοὺς δὲ δραπέτας καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάν- 5

[n] Μενίστας scribendum monuit Reisk. Μενέστρατος nominatur superius apud Polyb. [o] Pro his, in MStis nil aliud est, nisi καὶ πρὸς ἐκείνους. Cetera supplevit Ursin. [p] Verba ἀδόλως τηρείτω absunt a MStis nostris. Ex Livio adjecit Ursinus. [q] Vocab. πολεμείους, quod ad sententiam etiamnum deerat, ex eodem Livio supplevi, monente Reiskio.

chus, ab Europa Menestas et Damocritus flare cœpissent, et multitudinem concitassent, ac contra naturam suam quidvis dicere et facere compulissent; tum enimvero, inquit, pravis consiliis usi, dum vobis nocere student, sibi ipsi tanta hæc mala arcessiverunt. Vos igitur erga illos quidem homines oportet esse inexorabiles; multitudinem vero misereri, et cum ea conciliari; persuasos, Ætolorum populum, mentis suæ iterum compotem factum, cum ad cetera beneficia vestra hic cumulus accesserit, ut jam servati a vobis fuerint, benevolentia erga vos Græcos omnes denuo esse superaturum. Hac oratione persuasit patribus legatus Atheniensis, ut pacem cum Ætolis facerent.

XV. Quod quum Senatus censuisset, Populusque jussisset, *confirmata pax est.* Fuerunt autem ejus pacis conditiones hæ: *Imperium majestatemque populi Romani gens Ætolorum conservato sine dolo malo. Ne quem exercitum, qui adversus Romanos aut socios amicosque eorum ducetur, per fines suos et urbes transire sinito, neve ulla ope publico consilio juvato. Hostes eosdem et amicos habeto, quos populus Romanus: si adversus quos Romani bellum gerant, contra eosdem et populus Ætolorum bellum gerito. Perfugas,*

Digitized by Google

τας τοὺς Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων ἀποδότωσαν A. U. 565.
6 Αἰτωλοὶ (χωρὶς τῶν, ὅσοι κατὰ πόλεμον ἁλόντες εἰς τὴν Pax Ætolis confirmata.
ἰδίαν ἀπῆλθον, καὶ πάλιν ἐάλωσαν, καὶ χωρὶς τῶν,
ὅσοι πολέμιοι Ῥωμαίων ἐγένοντο, καθ' ὃν καιρὸν Αἰ-
τωλοὶ μετὰ Ῥωμαίων συνεπολέμουν) ἐν ἡμέραις ρ', ἀφ'
ἧς ἂν τὰ ὅρκια τελεσθῇ, τῷ ἄρχοντι [r]τῷ ἐν Κερκύρᾳ·
7 ἐὰν δὲ μὴ εὑρεθῶσί τινες ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ, ὅταν
ἐμφανεῖς γένωνται, τότε ἀποδότωσαν χωρὶς δόλου· καὶ
τούτοις μετὰ τὰ ὅρκια μὴ ἔστω ἐπάνοδος εἰς τὴν Αἰτω-
8 λίαν. Δότωσαν δὲ Αἰτωλοὶ ἀργυρίου μὴ χείρονος
Ἀττικοῦ, παραχρῆμα μὲν τάλαντα Εὐβοϊκὰ σ' τῷ
στρατηγῷ τῷ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ἀντὶ τρίτου μέρους τοῦ
ἀργυρίου χρυσίον, ἐὰν βούλωνται, διδόντες, τῶν δέκα
9 μνῶν ἀργυρίου, χρυσίου μνᾶν διδόντες. Ἀφ' ἧς [s]δ' ἂν
ἡμέρας τὰ ὅρκια τμηθῇ ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ἓξ, κατὰ
τὸ ἔτος ἕκαστον, τάλαντα ν'· καὶ τὰ χρήματα καθ-
10 ιστάτωσαν ἐν Ῥώμῃ. Δότωσαν Αἰτωλοὶ ὁμήρους τῷ
στρατηγῷ μ', μὴ νεωτέρους ἐτῶν ιβ', μηδὲ πρεσβυτέρους
μ', εἰς ἔτη ἓξ, οὓς ἂν Ῥωμαῖοι προκρίνωσι, χωρὶς στρα-
τηγοῦ, καὶ ἱππάρχου, καὶ δημοσίου γραμματέως, καὶ
11 τῶν ὠμηρευκότων ἐν Ῥώμῃ. καὶ τὰ ὅμηρα καθιστά-
τωσαν εἰς Ῥώμην· ἐὰν δέ τις ἀποθάνῃ τῶν ὁμήρων,
12 ἄλλον ἀντικαθιστάτωσαν. Περὶ δὲ Κεφαλληνίας, μὴ
13 ἔστω ἐν ταῖς συνθήκαις. [t]Ὅσαι χῶραι καὶ πόλεις καὶ

[r] τῶν ἐν Κερκύρᾳ Bav. [s] Conjunctionem δὲ ex conject. inserui. [t] Ὅσαι χώραι et ἔνδειξις correxi cum Perizonio. Vulgo ἴσαι χώραι et ἔνδειξαι.

fugitivos, captivosque Romanorum aut sociorum reddunto Ætoli; præterquam si qui capti, cum domos redissent, iterum capti sunt, aut si qui ex illis capti sunt, qui tum hostes erant Romanis, cum inter auxilia Romana Ætoli essent. Ceteri intra dies centum post fœdus ictum præfecto qui Corcyræ est, tradantur: si qui non comparebunt, eorum quisque, quando inventus fuerit, sine dolo malo tradatur: atque his, post fœdus, in Ætoliam reditus ne esto. Argenti, quod Attico deterius non sit, ducenta Euboica talenta præsentia proconsuli, in Achaia agenti, Ætoli darent. Pro tertia argenti parte aurum si dare mallent, darent, dum pro decem libris argenti unam auri penderent. A quo die sanctum fœdus esset, in proximos sex annos quinquaginta talenta annua uti penderent. Eaque pecunia ut Romam iuto curetur, ipsi providento. Obsides XL. arbitratu consulis danto, ne minores duodecim annorum, neu majores quadraginto, in annos sex. Obses tamen ne esto prætor, præfectus equitum, scriba publicus, neu quis, qui ante obses fuerit apud Romanos. Obsides Romam transportandos ipsi curanto. Si quis obsidum diem suum obierit, alium vicem illius danto. Cephallenia extra pacis leges esto. Qui agri, quæ

Digitized by Google

Ol. 147. 3. Pax cum Ætolis.

ἄνδρες, οἷς οὗτοι ἐχρῶντο, ἐπὶ [u]Τίτου Κοϊντίου καὶ Γναίου Δομετίου στρατηγῶν ἢ ὕστερον ἐάλωσαν, ἢ εἰς φιλίαν ἦλθον Ῥωμαίοις, τούτων τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἐν ταύταις, μηδένα προσλαβέσθωσαν Αἰτωλοί. Ἡ δὲ 14 πόλις καὶ ἡ χώρα ἡ τῶν Οἰνιάδων, Ἀκαρνάνων ἔστω. Τμηθέντων δὲ τῶν ὁρκίων ἐπὶ τούτοις, συντετέλεστο τὰ 15 τῆς εἰρήνης. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Αἰτωλοὺς, καὶ καθόλου τοὺς Ἕλληνας, τοιαύτην ἔσχε τὴν ἐπιστροφήν.

III.

BELLUM GALLO-GRÆCUM,

gestum a Cn. Manlio Cos.

Belli initium.

XVI. Κατ' ὃν καιρὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ περὶ τὰς συνθήκας, τὰς πρὸς Ἀντίοχον, καὶ καθόλου περὶ τῆς Ἀσίας αἱ πρεσβεῖαι διεπράττοντο, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα τὸ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνος ἐπολεμεῖτο, κατὰ τοῦτον συνέβη, τὸν περὶ τὴν Ἀσίαν πρὸς τοὺς Γαλάτας πόλεμον ἐπιτελεσθῆναι, ὑπὲρ οὗ νῦν ἐνιστάμεθα τὴν διήγησιν.

* * *

Mosgetes, Cibyræ tyrannus.

XVII. Μοαγέτης, ὁ τῆς Κιβύρας τύραννος, ὠμὸς ἦν καὶ δόλιος. καὶ οὐκ ἄξιός ἐστιν, ἐκ παραδρομῆς, ἀλλὰ 2 μετ' ἐπιστάσεως τυχεῖν τῆς ἀρμοζούσης μνήμης.

[u] Ἀτιλίου Κοϊντίου dant MSti codd. Utrumvis teneamus, manebit in *horum Coss. commemoratione error memoriæ*, qui ab ipso Polybio profectus videtur, et ab eo ad Livium manavit.

urbes, qui homines Ætolorum juris aliquando fuerunt, qui eorum T. Quinctio Cn. Domitio Coss. postve eos Coss. aut armis subacti, aut voluntate in ditionem P. R. venerunt; ne qua earum urbium, aut hominum, qui in iis sunt, Ætoli recipere velint. Œniadæ, cum urbe agrisque, Acarnanum sunto. His legibus icto fœdere, pax consummata est. Et hunc quidem exitum *Bellum Ætolicum*, et omnino res in Græcia gestæ, habuerunt.

III.

Ecloga XXIX de Legationibus.

XVI. Quo tempore Romæ de pace cum Antiocho agebatur, et legatis, qui undique ad Romanos ex Asia venerant, opera dabatur, quo eodem in Græcia bellum urgebatur adversus Ætolos; tunc etiam *in Asia cum Gallogræcis bellum* est confectum, quod nunc exponere adgredior.

* * *

(*Excerpt. Valesian. et Legatio XXX.*)

XVII. *Mogetes, Cilyræ* tyrannus, et crudelis et fraudulentus fuit: meretur-que, ut non obiter, sed adcurate et diligenter de eo, quæ ad rem faciunt, commemoremus.

Digitized by Google

A. U. 565. Moagetes, Cibyræ tyrannus.

3 Πλὴν συνεγγίζοντος [x]Γναίου, ὑπάτου Ῥωμαίων, [y]τῇ Κιβύρᾳ, καὶ τοῦ Ἑλουΐου πεμφθέντος εἰς ἀπόστειραν, ἐπί τίνος ἔστι γνώμης, πρεσβευτὰς ἐξέπεμψε, παρακαλῶν, μὴ φθεῖραι τὴν χώραν, ὅτι φίλος ὑπάρχοι 4 Ῥωμαίων, καὶ πᾶν ποιήσαι τὸ παραγγελλόμενον. καὶ ταῦτα λέγων ἅμα προὔτεινε στέφανον ἀπὸ πεντεκαίδεκα 5 ταλάντων. Ὧν [z]ἀκούσας, αὐτὸς μὲν ἀφέξεσθαι τῆς χώρας ἔφη, πρὸς δὲ τὸν στρατηγὸν ἐκέλευσε πρεσβεύειν ὑπὲρ τῶν ὅλων· ἕπεσθαι γὰρ αὐτὸν μετὰ τῆς στρατείας 6 κατὰ πόδας. Γενομένου δὲ τούτου, καὶ πέμψαντος τοῦ Μοαγέτου μετὰ τῶν πρεσβευτῶν καὶ τὸν ἀδελφὸν, ἀπαντήσας κατὰ πορείαν ὁ Γναῖος, ἀναστατικῶς καὶ 7 πικρῶς ὡμίλησε τοῖς πρεσβευταῖς· φάσκων, οὐ μόνον ἀλλοτριώτατον γεγονέναι Ῥωμαίων τὸν Μοαγέτην πάντων τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυναστῶν, ἀλλὰ καὶ [a]καταστῆναι τὴν ῥώμην ὅλην εἰς καθαίρεσιν τῆς ἀρχῆς· καὶ ἐπιστροφῆς εἶναι καὶ κολάσεως [b]ἄξιον μᾶλλον, ἢ φι- 8 λίας. Οἱ δὲ πρεσβευταὶ καταπλαγέντες τὴν [c]ἐπίφασιν τῆς ὀργῆς, τῶν μὲν ἄλλων ἐντολῶν ἀπέστησαν, ἠξίουν δ'

[x] Vocab. Γναίου, quod desideratur apud Ursinum, dedit Bav. Verba autem ὑπάτου Ῥωμαίων τῇ Κιβύρᾳ præpostere in MStis posita erant post ἴσως γνώμης. Suum in locum restituit Ursinus. [y] Post τῇ Κιβύρᾳ intercidisse nonnihil puto, quod Livius his verbis expressit: *nec legatio ulla a Moagete veniebat.* [z] Post ἀκούσας adjiciendum nomen Ἑλουΐου putem cum Reisk. [a] καταστῆναι τὴν ῥώμην ὅλην ex conject. scripsi. καταβῆναι malluerat Reisk. κατὰ τὴν ῥώμ. ὅλ. Urs. cum MStis. κατὰ τὴν * . . . Ῥώμην ὅλην Casaub. [b] Verba ἄξιον μᾶλλον ἢ φιλίας, cum abessent a MStis, ex Livio supplevit Ursinus. [c] ἐπίφασιν ex MStis revocavi, cum in ἐπίτασιν ex ing. mutasset Ursinus.

Ceterum *Cnæo* [*Manlio*] consule Romano adpropinquante *Cibyræ*, et C. Helvio ad tentandum *Moagetis* animum præmisso; legatos ille misit, erans, ut *cohiberet a populatione agri militem: se enim populi Romani amicum esse, et imperata omnia facturum.* Simul hæc dicens coronam offerebat quindecim talentorum. His auditis *Helvius*, integros a populatione agros servaturum se pollicitus, ire ad consulem legatos, et de summa rerum apud eum disceptare jussit; a tergo enim sequi illum cum exercitu. Quod cum esset factum, et misisset *Moagetes* cum legatis fratrem suum; *Cnæus*, qui in itinere eis occurrerat, minaciter et aspere cum iis est locutus: dixitque, *non animum dumtaxat alienissimum a populo Romano habuisse Moagetem præ ceteris omnibus Asiæ regulis; sed etiam vires omnes ad evertendum imperium Romanum intendisse: proinde dignum animadversione et pœna potius, quam amicitia Romanorum.* Legati hac significatione iræ Consulis perturbati, ceteris mandatis omissis,

Digitized by Google

Ol. 147. 3. Moagetes, Cibyræ tyrannus.

αὐτὸν εἰς λόγους ἐλθεῖν [d]τῷ Μοαγέτῃ. συγχωρήσαντος 9
δὲ, τότε μὲν ἐπανῆλθον εἰς τὴν Κιβύραν. Εἰς δὲ τὴν 10
ἐπαύριον ἐξῆλθε μετὰ τῶν φίλων ὁ τύραννος, κατά τε
τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν ἄλλην προστασίαν λιτὸς καὶ ταπει-
νὸς, ἔν τε τοῖς ἀπολογισμοῖς κατολοφυρόμενος τὴν ἀδυ-
ναμίαν τὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀσθένειαν ὧν ἐπῆρχε πόλεων,
καὶ ἠξίου προσδέξασθαι τὰ ιε′ τάλαντα τὸν Γνάϊον.
ἐκράτει δὲ τῆς Κιβύρας, καὶ [e]Συλλίου, καὶ [f]τῆς 11
ἐν Τεμένει πόλεως. Ὁ δὲ Γνάϊος, καταπλαγεὶς τὴν 12
[g]ἀπόνοιαν, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἐὰν δὲ
μὴ διδῷ φ′ τάλαντα μετὰ μεγάλης [h]χαρᾶς, οὐ τὴν
χώραν, ἔφη, φθερεῖν, ἀλλὰ τὴν πόλιν αὐτὴν πολιορκήσειν
καὶ διαρπάσειν. Ὅθεν ὁ Μοαγέτης κατορρωδήσας τὸ 13
μέλλον, ἐδεῖτο μηδὲν ποιῆσαι τοιοῦτον, καὶ προσετίθει
κατὰ βραχὺ τῶν χρημάτων, καὶ τέλος ἔπεισε τὸν
Γνάϊον, ρ′ τάλαντα καὶ μυρίους μεδίμνους λαβόντα
πυρῶν, προσδέξασθαι πρὸς τὴν φίλιαν αὐτόν.

Manlio se tradit.

✲

Colobatus amnis.

XVIII. Κατὰ τὸν καιρὸν, ἡνίκα Γνάϊος διῄει τὸν
[i]Κολοβάτον προσαγορευόμενον ποταμὸν, ἦλθον πρὸς

[d] Verba τῷ Μοαγέτῃ ex conject. adjecit Ursinus. Aut nihil, aut τῷ Γναΐῳ vel τῷ συρατηγῷ addendum putavit Reiskius. [e] Sic MSti. Σιλλίου ed. Ursin. Σουλείου Casaub. [f] τῆς ἐν Τεμένει πόλεως ex Reiskii scripsi conject. Et est fortasse Τεμένεια Stephani Byz. τῆς ἐντεμένη πόλεως ex Cod. suo citat Ursinus. τῆς ἐν τέμνῃ πόλεως Bav. Hinc fortasse apud Livium pro *Alimne quæ adpellatur*, fuerat olim *Alimne* quæ adpellatur. Apud Polybium vulgo τῆς Ἀλίνδης πόλεως editum est ex Ursini conjectura. [g] ὑπόνοιαν Bav. [h] Forsan χάριτος, ut maluit Reiskius. [i] *Cobulatum* scribunt apud Livium.

tantum illud petere, ut cum Moagete ipse colloqui vellet. Quod cum ille haud recusare se significasset, *Cibyram* sunt reversi. Postero autem die exiit tyrannus cum amicis, et vestitus et comitatus tenuiter atque abjecte: et de suis rebus locutus, deque inopia sua multum questus, et de urbium suæ ditionis egestate, Cnæum orabat, ut *quindecim talenta* acciperet. Erant autem sub eo *Cibyra*, *Syllium* et *Temenepolis* urbes. At Cnæus, perditam hominis impudentiam miratus, aliud ei nihil respondit, nisi, *si quingenta talenta lubentissimo animo sibi non numeraret, non agros tantum se populaturum, verum ipsam quoque urbem oppugnaturum et direpturum*. Itaque impendentis mali metu perculsus *Moagetes*, ne quid ejusmodi faceret orare, et paullatim ad summam aliquid adjicere: tandemque Consuli persuasit, ut acceptis *centum talentis, et decem millibus medimnûm frumenti*, in amicitiam populi Romani ipsum susciperent.

(*Legatio XXXI.*)

XVIII. Quo tempore *Cnæus* [*Manlius*] *Colobatum* quem vocant *amnem* trajecit, venerunt ad eum *legati ex oppido*, cui *Isionda* nomen; orantes, ut

Digitized by Google

αὐτὸν πρέσβεις ἐκ [k]τῆς Ἰσιόνδα προσαγορευομένης πό- A. U. 565.
2λεως, δεόμενοι σφίσι βοηθῆσαι. τοὺς γὰρ [l]Τερμησσεῖς, Isionda opp.
ἐπισπασαμένους [m]Φιλόμηλον, τήν τε χώραν ἔφασαν
αὐτῶν ἀνάστατον πεποιηκέναι, καὶ τὴν πόλιν διηρπα-
κέναι, νῦν τε πολιορκεῖν τὴν ἄκραν, συμπεφευγότων εἰς
αὐτὴν πάντων τῶν πολιτῶν, ὁμοῦ γυναιξὶ καὶ τέκνοις.
3Ὧν διακούσας ὁ Γναῖος, ἐκείνοις μὲν ὑπέσχετο βοηθή-
σειν μετὰ μεγάλης χάριτος· αὐτὸς δὲ νομίσας ἕρμαιον
εἶναι τὸ προσπεπτωκὸς, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ
4Παμφυλίας. Ὁ δὲ Γναῖος, συνεγγίσας τῇ Τερμησσῷ, Termessus.
πρὸς μὲν τούτους συνέθετο φιλίαν, λαβὼν ν' τάλαντα,
5παραπλησίως δὲ καὶ πρὸς Ἀσπενδίους. Ἀποδεξάμενος Aspendus.
δὲ καὶ τοὺς παρὰ τῶν ἄλλων πόλεων πρεσβευτὰς κατὰ
τὴν Παμφυλίαν, καὶ τὴν προειρημένην δόξαν ἐνεργασά-
μενος ἑκάστοις κατὰ τὰς ἐντεύξεις, ἅμα δὲ καὶ τοὺς
Ἰσιονδεῖς ἐξελόμενος ἐκ τῆς πολιορκίας, αὖθις ἐποιεῖτο
τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τοὺς Γαλάτας.

* *

XIX. [n]Κύρμασα πόλιν λαβὼν ὁ Γναῖος, καὶ λείαν Cyrmasa
2ἄφθονον, ἀνέζευξε. [o]προαγόντων δὲ αὐτῶν παρὰ τὴν opp.
λίμνην, παρεγένοντο πρέσβεις ἐκ [p]Λυσινόης, διδόντες Lysinoe.

[k] τῆς Ἰσιόνδα, et deinde v. 5. τοὺς Ἰσιονδεῖς, correxit Ursinus. τῆς Ἰοῦδα MSti, et mox τοὺς Ἰουδεῖς. [l] Mendose hoc quidem loco uterque liber MStus dat τοὺς γὰρ μισεῖς. Sed paulo inferius recte Τερμησσῷ dat Bav. Ursinus h. l. Τερμησεῖς edidit; deinde Τελμισσῷ in contextu, et Τερμησσῷ in marg. Casaubonus h. l. Τελμισσεῖς, dein Τελμισσῷ. [m] τοὺς Φιλομηλεῖς utique malim cum Ursino. [n] Κέρμασα Ptolem. et Liv. [o] Sic scripti libri. Vulgo προάγοντες δὲ αὐτοῦ ex Ursini conject. [p] Λυσινόης ex Livio correxit Ursin. Δυσινόης erat in cod. Urs. Δυσόης Bav. Λυσιάς scribitur apud Ptolem.

sibi ferret opem. Termessenses namque, accitis Philomeliensibus, agrum suum omni clade belli pervastasse, urbem diripuisse, nunc quoque arcem obsidere, quo cives universi cum conjugibus et liberis confugissent. Cnæus, his auditis, suum illis auxilium prolixe est pollicitus: ac statim lucro deputans, hanc sibi offerri occasionem, *Pamphyliam* versus agmen duxit. Ceterum ubi *Termesso* adpropinquasset, accepta quinquaginta talentorum corona, amicitiam cum iis pepigit; pariterque et cum *Aspendiis*. Deinde aliarum quoque civitatum legatis in Pamphylia susceptis, cum in congressibus eadem illa eis persuasisset, quæ ante sunt dicta, atque etiam *Isiondenses* obsidione exemisset, *Gallogræcos* repetere instituit.

* *

(*Legatio XXXII.*)

XIX. *Cyrmasis* urbe capta, et multa præda, *Cn.* [*Manlius*] castra movit. Cui propter paludes progredienti occurrerunt legati a *Lysinoë*, fidei illius

Digitized by Google

Ol. 147. 3. αὐτοὺς εἰς τὴν πίστιν. οὓς προσδεξάμενος, ἐνέβαλεν 3
Sagalassus. εἰς τὴν τῶν Σαγαλασσέων γῆν, καὶ πολὺ πλῆθος ἐξελασάμενος λείας, ἀπεκαραδόκει τοὺς ἐκ τῆς πόλεως, ἐπὶ τίνος ἔσονται γνώμης. Παραγενομένων δὲ πρεσβευτῶν 4 ὡς αὐτὸν, ἀποδεξάμενος τοὺς ἄνδρας, καὶ λαβὼν ν' ταλάντων στέφανον, καὶ δισμυρίους κριθῶν μεδίμνους καὶ δισμυρίους πυρῶν, προσεδέξατο τούτους εἰς τὴν φιλίαν.

* * *

Eposognatus, Romanorum amicus. XX. Γνάϊος, ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, πρέσβεις ἐξαπέστειλε πρὸς τὸν Ἐποσόγνατον τὸν Γαλάτην, ὅπως πρεσβεύσῃ πρὸς τοὺς τῶν Γαλατῶν βασιλεῖς. Καὶ 2 ὁ Ἐποσόγνατος ἔπεμψε πρὸς Γνάϊον πρέσβεις, καὶ παρεκάλει τὸν Γνάϊον τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν, μὴ προεξαναστῆναι, μηδ' ἐπιβαλεῖν χεῖρας τοῖς [q]Τολιστοβογίοις Γαλάταις· καὶ διότι πρεσβεύσει πρὸς τοὺς 3 βασιλεῖς αὐτῶν Ἐποσόγνατος, καὶ ποιήσεται λόγους ὑπὲρ τῆς φιλίας, καὶ [r]πείσεσθαι πρὸς πᾶν αὐτοὺς παραστήσεται τὸ καλῶς ἔχον.

Tolistobogii.

* * *

Galli Matris Idææ. Γνάϊος ὁ ὕπατος Ῥωμαίων, διερχόμενος, ἐγεφύρωσε 4

[q] Τολιστοβογίοις revocavi ex codice Ursini, quo invito editum erat Τολιστοβόγοις. (In cod. Bav. tota hæc Ecloga de Legat. desideratur.) [r] πείσεσθαι correxit Ursinus; in cujus codice erat πεσεῖσθαι. Omnino probanda est Reiskii emendatio πέπεισται πρὸς πᾶν αὐτοὺς παραστήσεσθαι: sed quum mox sequeretur vulgo παραστήσεσθαι, illud in παραστήσεται ex conject. mutavi.

sese permittentes. Quibus receptis, in *Sagalassenum* agrum venit, et præda ingente abacta, quid consilii capturi essent oppidani, exspectabat. Deinde ut legati venerunt, iis admissis, accepta corona quinquaginta talentorum, et XX. millibus hordei ac totidem tritici medimnis, pacem Sagalassensibus dedit.

* * *

(*Legatio XXXIII.*)

XX. *Cn. Manlius*, Romanus consul, legatos misit ad *Eposognatum*, unum ex regulis *Gallogræcorum*, ut legationem ipse obiret ad ejus gentis regulos. EPOSOGNATUS, missis ad Consulem legatis, oravit eum, *ne præpropere castra moveret, neve Tolistobogios Gallos hostiliter invaderet: ipsum enim ad reges iturum Eposognatum, et, ut Romanorum amicitiam respiciant, fore illis auctorem; persuasurumque adeo ipsis, ut nullam conditionem modicam ac tolerabilem detrectent.*

* * *

(*Suidas in* Γάλλοι.)

Cnæus, Romanorum consul, *Sangarium* usque progressus, flumen, quod

Digitized by Google

τὸν Σαγγάριον ποταμὸν, τελέως κοῖλον ὄντα καὶ δύσ- A. U. 565.
5βατον. Καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν [a]στρατοπεδευσαμένῳ παραγίγνονται Γάλλοι παρὰ Ἄττιδος καὶ Βαττάκου, τῶν ἐκ Πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς Μητρὸς
6τῶν θεῶν· ἔχοντες προστηθίδια καὶ τύπους, φάσκοντες,
7προσαγγέλλειν τὴν θεὸν νίκην καὶ κράτος. Οὓς Γναῖος φιλανθρώπως ὑπεδέξατο.

*

8 Ὄντος δὲ τοῦ Γναίου πρὸς τὸ πολισμάτιον τὸ καλούμενον [t]Γορδιεῖον, ἦκον παρ' Ἐποσογνάτου πρέσβεις, ἀποδηλοῦντες, ὅτι πορευθεὶς διαλεχθείη τοῖς τῶν Γαλα-
9τῶν βασιλεῦσιν· οἱ δ' ἁπλῶς εἰς οὐδὲν συγκαταβαίνοιεν φιλάνθρωπον, ἀλλ', ἠθροικότες ὁμοῦ τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ἅπασαν εἰς τὸ καλούμενον ὄρος Ὄλυμπον, ἕτοιμοι πρὸς μάχην εἰσίν. Gordieum opp. Olympus Asiæ.

* * *

XXI. Ὀρτιάγων, ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Γαλατῶν, ἐπεβάλετο τὴν ἁπάντων τῶν Γαλατῶν δυνα-
2στείαν εἰς ἑαυτὸν μεταστῆσαι. καὶ πολλὰ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐφόδια [u]προσεφέρετο καὶ φύσει καὶ τριβῇ.
3 Καὶ γὰρ εὐεργετικὸς ἦν, καὶ μεγαλόψυχος, καὶ κατὰ Ortiago, regulus Galatarum.

[a] στρατοπεδευσαμένῳ ex conject. scripsi: vulgo στρατοπεδευομένοις. Posses et στρατοπεδευσαμένοις scribere. [t] Sic ex suo cod. citat Ursinus: temere autem editum est Γορδιῶν. Γορδίου scribitur apud Steph. Byz. [u] προσεβάλλετο Suidas.

ob nimiam altitudinem vado transiri non poterat, ponte junxit. Ibi quum ad ipsam fluminis ripam castra posuisset, accedunt ad eum *Galli Matris magnæ*, ab *Attide et Battaco* antistitibus *Pessinunte* missi. Hi, typos et imagines a pectore suspensas gestantes, dixerunt, *Deam Romanis victoriam et potentiam adnunciare.* Eos Manlius perquam humaniter excepit.

*

(*Legatio XXXIII.*)

Ad oppidulum vero, quod *Gordieum* vocatur, stativa habente Consule, *legati ab Eposognato* venerunt, nunciantes, *profectum eum ad reges Gallorum, cum ipsis esse collocutum; sed ad nullam* æquam conditionem potuisse eos perducere: qui quidem liberos simul atque uxores omnesque ceteras facultates in *Olympum*, quem vocant, *montem* contulissent, et ad pugnandum essent parati.

* * *

(*Excerpt. Valesian.*)

XXI. *Ortiago, Galatiæ* regulus, omnium qui in Asia sunt Gallorum sibi vindicare imperium constituerat. Atque ad hunc conatum et natura et usu plurima habuerat adjumenta. Nam et liberalitate et magnitudine animi

Digitized by Google

Ol. 147. 3. αὐτοὺς εἰς τὴν πίστιν. οὓς προσδεξάμενος, ἐνέβαλεν 3
Sagalassus. εἰς τὴν τῶν Σαγαλασσέων γῆν, καὶ πολὺ πλῆθος ἐξελασάμενος λείας, ἀπεκαραδόκει τοὺς ἐκ τῆς πόλεως, ἐπὶ τίνος ἔσονται γνώμης. Παραγενομένων δὲ πρεσβευτῶν 4
ὡς αὐτὸν, ἀποδεξάμενος τοὺς ἄνδρας, καὶ λαβὼν ν' ταλάντων στέφανον, καὶ δισμυρίους κριθῶν μεδίμνους καὶ δισμυρίους πυρῶν, προσεδέξατο τούτους εἰς τὴν φιλίαν.

* * *

Eposognatus, Romanorum amicus. XX. Γνάϊος, ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, πρέσβεις ἐξαπέστειλε πρὸς τὸν Ἐποσόγνατον τὸν Γαλάτην, ὅπως πρεσβεύσῃ πρὸς τοὺς τῶν Γαλατῶν βασιλεῖς. Καὶ 2
ὁ Ἐποσόγνατος ἔπεμψε πρὸς Γνάϊον πρέσβεις, καὶ παρεκάλει τὸν Γνάϊον τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν,
Tolistobogii. μὴ προεξαναστῆναι, μηδ' ἐπιβαλεῖν χεῖρας τοῖς [q]Τολιστοβογίοις Γαλάταις· καὶ διότι πρεσβεύσει πρὸς τοὺς 3
βασιλεῖς αὐτῶν Ἐποσόγνατος, καὶ ποιήσεται λόγους ὑπὲρ τῆς φιλίας, καὶ [r]πείσεσθαι πρὸς πᾶν αὐτοὺς παραστήσεται τὸ καλῶς ἔχον.

* * *

Galli Matris Idææ. Γνάϊος ὁ ὕπατος Ῥωμαίων, διερχόμενος, ἐγεφύρωσε 4

[q] Τολιστοβογίοις revocavi ex codice Ursini, quo invito editum erat Τολιστοβόγοις. (In cod. Bav. tota hæc Ecloga de Legat. desideratur.) [r] πείσεσθαι correxit Ursinus; in cujus codice erat πεσεῖσθαι. Omnino probanda est Reiskii emendatio πέπεισται πρὸς πᾶν αὐτοὺς παραστήσεσθαι: sed quum mox sequeretur vulgo παραστήσεσθαι, illud in παραστήσεται ex conject. mutavi.

sese permittentes. Quibus receptis, in *Sagalassenum* agrum venit, et præda ingente abacta, quid consilii capturi essent oppidani, exspectabat. Deinde ut legati venerunt, iis admissis, accepta corona quinquaginta talentorum, et XX. millibus hordei ac totidem tritici medimnis, pacem Sagalassensibus dedit.

* * *

(*Legatio XXXIII.*)

XX. *Cn. Manlius*, Romanus consul, legatos misit ad *Eposognatum*, unum ex regulis *Gallogræcorum*, ut legationem ipse obiret ad ejus gentis regulos. EPOSOGNATUS, missis ad Consulem legatis, oravit eum, *ne præpropere castra moveret, neve Tolistobogios Gallos hostiliter invaderet: ipsum enim ad reges iturum Eposognatum, et, ut Romanorum amicitiam respiciant, fore illis auctorem; persuasurumque adeo ipsis, ut nullam conditionem modicam ac tolerabilem detrectent.*

* * *

(*Suidas in* Γάλλοι.)

Cnæus, Romanorum consul, *Sangarium* usque progressus, flumen, quod

Digitized by Google

τὸν Σαγγάριον ποταμὸν, τελέως κοῖλον ὄντα καὶ δύσ- A. U. 565.
5βατον. Καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν [a]στρατοπεδευσαμένῳ παραγίγνονται Γάλλοι παρὰ Ἀττίδος καὶ Βαττάκου, τῶν ἐκ Πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς Μητρὸς
6τῶν θεῶν· ἔχοντες προστηθίδια καὶ τύπους, φάσκοντες,
7προσαγγέλλειν τὴν θεὸν νίκην καὶ κράτος. Οὓς Γναῖος φιλανθρώπως ὑπεδέξατο.

*

8 Ὄντος δὲ τοῦ Γναίου πρὸς τὸ πολισμάτιον τὸ καλούμενον [t]Γορδιεῖον, ἦκον παρ' Ἐποσογνάτου πρέσβεις, ἀποδηλοῦντες, ὅτι πορευθεὶς διαλεχθείη τοῖς τῶν Γαλα-
9τῶν βασιλεῦσιν· οἱ δ' ἁπλῶς εἰς οὐδὲν συγκαταβαίνοιεν φιλάνθρωπον, ἀλλ', ἠθροικότες ὁμοῦ τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ἅπασαν εἰς τὸ καλούμενον ὄρος Ὄλυμπον, ἕτοιμοι πρὸς μάχην εἰσίν. Gordieum opp. Olympus Asiæ.

* * *

XXI. Ὀρτιάγων, ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Γαλατῶν, ἐπεβάλετο τὴν ἁπάντων τῶν Γαλατῶν δυνα-
2στείαν εἰς ἑαυτὸν μεταστῆσαι. καὶ πολλὰ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐφόδια [u]προσεφέρετο καὶ φύσει καὶ τριβῇ.
3 Καὶ γὰρ εὐεργετικὸς ἦν, καὶ μεγαλόψυχος, καὶ κατὰ Ortiago, regulus Galatarum.

[a] στρατοπεδευσαμένῳ ex conject. scripsi: vulgo στρατοπεδευσαμένοις. Posses et στρατοπεδευσαμένοις scribere. [t] Sic ex suo cod. citat Ursinus: temere autem editum est Γορδιεῖον. Γορδίεων scribitur apud Steph. Byz. [u] προσεβάλλετο Suidas.

ob nimiam altitudinem vado transiri non poterat, ponte junxit. Ibi quum ad ipsam fluminis ripam castra posuisset, accedunt ad eum *Galli Matris magnæ*, ab *Attide et Battaco* antistitibus *Pessinunte* missi. Hi, typos et imagines a pectore suspensas gestantes, dixerunt, *Deam Romanis victoriam et potentiam adnunciare.* Eos Manlius perquam humaniter excepit.

*

(*Legatio XXXIII.*)

Ad oppidulum vero, quod *Gordieum* vocatur, stativa habente Consule, *legati ab Eposognato* venerunt, nunciantes, *profectum eum ad reges Gallorum, cum ipsis esse collocutum; sed ad nullam* æquam conditionem potuisse eos perducere: qui quidem liberos simul atque uxores omnesque ceteras facultates in *Olympum*, quem vocant, *montem* contulissent, et ad pugnandum essent parati.

* * *

(*Excerpt. Valesian.*)

XXI. *Ortiago, Galatiæ* regulus, omnium qui in Asia sunt Gallorum sibi vindicare imperium constituerat. Atque ad hunc conatum et natura et usu plurima habuerat adjumenta. Nam et liberalitate et magnitudine animi

Digitized by Google

Ol. 147. 3. αὐτοὺς εἰς τὴν πίστιν. οὓς προσδεξάμενος, ἐνέβαλεν 3
Sagalassus. εἰς τὴν τῶν Σαγαλασσέων γῆν, καὶ πολὺ πλῆθος ἐξελασάμενος λείας, ἀπεκαραδόκει τοὺς ἐκ τῆς πόλεως, ἐπὶ τίνος ἔσονται γνώμης. Παραγενομένων δὲ πρεσβευτῶν 4 ὡς αὐτὸν, ἀποδεξάμενος τοὺς ἄνδρας, καὶ λαβὼν ν' ταλάντων στέφανον, καὶ δισμυρίους κριθῶν μεδίμνους καὶ δισμυρίους πυρῶν, προσεδέξατο τούτους εἰς τὴν φιλίαν.

* * *

Eposognatus, Romanorum amicus. XX. Γνάϊος, ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, πρέσβεις ἐξαπέστειλε πρὸς τὸν Ἐποσόγνατον τὸν Γαλάτην, ὅπως πρεσβεύσῃ πρὸς τοὺς τῶν Γαλατῶν βασιλεῖς. Καὶ 2 ὁ Ἐποσόγνατος ἔπεμψε πρὸς Γνάϊον πρέσβεις, καὶ παρεκάλει τὸν Γνάϊον τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν, μὴ προεξαναστῆναι, μηδ' ἐπιβαλεῖν χεῖρας τοῖς [q]Τολιστοβογίοις Γαλάταις· καὶ διότι πρεσβεύσει πρὸς τοὺς 3 βασιλεῖς αὐτῶν Ἐποσόγνατος, καὶ ποιήσεται λόγους ὑπὲρ τῆς φιλίας, καὶ [r]πείσεσθαι πρὸς πᾶν αὐτοὺς παραστήσεται τὸ καλῶς ἔχον.

Tolistobogii.

* * *

Galli Matris Idææ. Γνάϊος ὁ ὕπατος Ῥωμαίων, διερχόμενος, ἐγεφύρωσε 4

τὴν ὀργὴν τῶν Ῥωμαίων, καὶ παραίτιοι γεγόνασιν
αὐτοῖς τῆς ἐλευθερίας. Οἱ δὲ περὶ τὸν Θεαίτητον 7
ἐποιήσαντο τὴν ἀγγελίαν ἐν τῇ πατρίδι, φάσκοντες,
Λυκίας καὶ Καρίας [n]τὰ μέχρι τοῦ Μαιάνδρου δεδό-
σθαι Ῥοδίοις ὑπὸ Ῥωμαίων ἐν δωρεᾷ. Λοιπὸν, οἱ μὲν 8
Λύκιοι πρεσβεύοντες ἦκον εἰς τὴν Ῥόδον ὑπὲρ συμμα-
χίας· οἱ δὲ Ῥόδιοι, προχειρισάμενοί τινας τῶν πολιτῶν,
ἐξαπέστελλον τοὺς διατάξοντας ταῖς κατὰ Λυκίαν καὶ
Καρίαν πόλεσιν, ὡς ἕκαστα δεῖ γενέσθαι. Μεγάλης 9
[o]δ' οὔσης τῆς παραλλαγῆς περὶ τὰς ἑκατέρων ὑπο-
λήψεις, ἕως μέν τινος οὐ πᾶσιν ἔκδηλος ἦν ἡ διαφορὰ
τῶν προειρημένων. ὡς δ' εἰσελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν 10
[p]οἱ Λύκιοι διελέγοντο περὶ συμμαχίας, καὶ μετὰ
τούτους Ποθίων, ὁ Πρύτανις τῶν Ῥοδίων, ἀναστὰς [q]ἐφώ-

[m] ἀπήγγελλον Bav. [n] Adjeci articulum, quo carent vulgo. [o] δούσης στοιᾶς τῆς παραλλαγῆς Bav. [p] οἱ Λύκιοι correxi, ut in Lat. vers. fecerat Casaubonus. Vulgo edd. et MSti οἱ Ῥόδιοι. Saltem τοῖς Ῥοδίοις oportuerat, ut monuit Reisk. [q] ἐφώνησε ex conject. restitui. ἐφοίτησε Bav. ἐφώνησε cod. Urs. quod in ἐζήτησε mutavit Ursinus. ἐξήτησε conjecerat Reisk.

delictorum darent. Utraque legatione audita, conati sunt decemviri utrique genti, quod in ipsis esset, satisfacere. Nam in gratiam Iliensium nihil asperius in Lycios consuluerunt: Rhodiis vero ut gratificarentur, Lyciorum gentem eis contribuerunt. Ex eo decreto motus et dissidium non contemnendum inter Lycios et Rhodios est ortum. Nam *Ilienses* quidem, *Lyciorum* urbes circumeundo, nunciarunt, *sua opera placatos eis esse Romanos, et libertatem se ipsis impetrasse:* Theætetus vero, in patriam ubi rediit, *Rhodiis* renunciavit, *Lyciam et Cariam usque ad Mæandrum amnem Romanos dono ipsis dedisse.* Posthæc Lycii, missis Rhodum legatis, societatem Rhodiorum petierunt: Rhodii vero civium suorum certo numero delecto, ad res singulas ordinandas in urbibus Lyciæ et Cariæ miserunt. Quumque adeo disreperent mentes et sententiæ amborum populorum, initio quidem non omnes intelligebant, quænam esset illa dissensio. Postea vero quum Lycii in concionem prodierunt, et de societate ineunda verba facere coeperunt, ac deinde surgens Pothion, Rhodiorum Prytanis, sententiam utrosum-

Digitized by Google

τισε τὴν ἑκατέρων αἵρεσιν, καὶ προσεπετίμησε τοῖς A. U. 568.
Λυκίοις· [1]πᾶν γὰρ ὑπομένειν ἔφασαν μᾶλλον, ἢ ποιῆσειν Ῥοδίοις τὸ προσταττόμενον.

III.

Ol. 148. 3 sq. A. U. 569 sq.

Variæ Legationes, partim ad controversias PHILIPPI *cum* EUMENE *de Thracia, et cum* THESSALIS *pertinentes; partim ad res* ACHÆORUM *et* LACEDÆMONIORUM.

(I.) *Designatio* SUMMORUM CAPITUM *earum rerum, quas hoc loco persecutus est Polybius.*

IV. [2]ΟΤΙ κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ μ' Ὀλυμπιάδα πρὸς ταῖς ρ', πρεσβειῶν παρουσίαι ἐγένοντο πρὸς Ῥωμαίους παρὰ Φιλίππου καὶ τῶν προσορούντων τῇ Μακεδονίᾳ. Τὰ δόξαντα τῇ συγκλήτῳ περὶ τῶν πρέσβεων.

2 Ὅτι κατὰ τὴν Ἑλλάδα Φιλίππου [3]διαφορὰ πρὸς Θετταλοὺς καὶ Περραιβοὺς περὶ τῶν πόλεων, ἃς κατεῖχε Φίλιππος ἐκ τῶν Ἀντιοχικῶν καιρῶν τῆς Θετταλίας καὶ Περραιβίας. 3 Ἡ γενομένη δικαιολογία περὶ τούτων ἐπὶ Κοΐντου Καικιλίου περὶ τὰ Τέμπη. τὰ κριθέντα διὰ τοῦ Καικιλίου.

[1] πᾶν γε videtur scribendum; nisi ante hæc verba excidisse nonnihil statuamus, quod Casaub. in vers. his verbis supplevit: *tum vero patuit error.* [2] Habet hanc *Cod. Bavaricus*, inserta inter Legat. XXXVI et XXXVII, id est, proxime ante illam Eclogam, quam *primam* numeravi hujus *Libri XXIII.* Est autem hoc, quod v. 1. commemoratur, *Argumentum Legat. XL.* quam nos mox *Cap. VI.* exhibemus. [3] διαφορᾷ correxi. διαφορᾷ erat in MSto. Debuerat autem puto scribi Φιλίππῳ διαφορὰ ἐγένετο. Quæ vero commemorantur Argumenta v. 2. 3. et 4. eorum pertractationem Eclogis suis non inseruit Compilator. Sed de vers. 2. et 3. vide Livium XXXIX. 24 extr. et seqq. De vers. 4. vide Liv. XXXIX. 27—29.

que patefecit, atque etiam objurgavit *Lycios*; tum enimvero illi, *quidvis se potius passuros*, dixerunt, *quam ut Rhodiis essent dicto audientes.*

III.

(I.) *Partim ex Cod. Bav. nunc primum edita; partim apud Ursinum, Ecloga XLIII.*

IV. *OLYMPIADE* CXLVIII *Legationes Romam venerunt a Philippo et finitimis Macedoniæ populis. Decreta senatus circa istas legationes.*

Controversia fuit Philippo cum Thessalis et Perrhæbis de urbibus, quas tenuit Philippus in Thessalia et Perrhæbia inde a temporibus Antiochicis. Causa super his controversiis dicta a partibus litigantibus, ad Tempe Thessalica, coram Q. Cæcilio. Sententia a Cæcilio pronuncista.

Digitized by Google

Ol. 148. 3 sq.

Καὶ διαφορὰ ἄλλη περὶ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης πόλεων πρὸς τοὺς [u]παρ' Εὐμένους πρεσβευτὰς καὶ τοὺς ἐκ Μαρωνείας φυγάδας· καὶ τὰ ῥηθέντα περὶ τούτων ἐν Θετταλονίκῃ, καὶ τὰ δόξαντα τοῖς περὶ τὸν Καικίλιον. 4

[x]Κατὰ τὴν Πελοπόννησον πρεσβευτῶν παρουσία παρά τε Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, καὶ παρὰ Εὐμένους, καὶ παρὰ Σελεύκου. καὶ τὰ δόξαντα τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπέρ τε τῆς πρὸς Πτολεμαῖον συμμαχίας, καὶ τῶν δωρεῶν τῶν προτεινομένων αὐτοῖς ὑπὸ τῶν προειρημένων βασιλέων. 5 6

[y]Παρουσία Κοΐντου Καικιλίου, καὶ μέμψις ὑπὲρ τῶν κατὰ Λακεδαιμόνα διῳκημένων. 7

[z]Ὡς Ἀρεὺς καὶ Ἀλκιβιάδης, ὄντες τῶν ἀρχαίων φυγάδων ἐκ Λακεδαίμονος, ἐπρέσβευσαν εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ κατηγορίαν ἐποιήσαντο Φιλοποίμενος καὶ τῶν Ἀχαιῶν. 8

[a]Ἡ γενομένη σφαγὴ διὰ Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἐν Μαρωνείᾳ. Παρουσία πρεσβευτῶν ἐκ Ῥώμης, καὶ τὰ προσταχθέντα διὰ τούτων. Αἰτίαι, δι' ἃς ἐγένετο Ῥωμαίοις πρὸς Περσέα πόλεμος. 9

V. [b]Ὅτι κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ μ' Ὀλυμπιάδα πρὸς ταῖς ρ', παρουσία ἐγένετο πρεσβευτῶν Ῥωμαίων εἰς 1

[u] παρ' Εὐμένους πρεσβευτὰς ex conj. correxi. περιεμένους πρεσβευτὰς erat in MSto. [x] Hujus argumenti tractatio exhibetur *Eclogæ XL de Legationibus*, nobis *Cap. VI seqq.* [y] Vide eamdem *Eclogam XLI.* nobis *Cap. VII seqq. hujus Libri.* [z] Vide *Ecl. XLII.* nobis *Cap. XI seq.* [a] Hæc, nescio quo casu, quove consilio, in MSto posita sunt ante v. 5. post verba δόξαντα τοῖς περὶ τὸν Καικίλιον. Postulante vero rerum ipsarum serie, argumentum istud huc reposui. Tractatur autem illud argumentum *Legat. XLIV.* nobis *Cap. XII seq.* [b] Hæc non habet Cod. Bav. sed ex *suo codice* edidit *Ursinus*, et numeravit *Eclogam XLIII. de Legationibus.* Argumenti tractationem ex Polybio prætermisit Compilator; sed vide Livium XXXIX. 35 extr. et seqq.

Alia controversia de urbibus Thracicis, cum legatis Eumenis et cum exsulibus ex Maronea. Causa super his dicta Thessalonicæ. Sententia lata a Cæcilio cæterisque Romanis legatis.

In Peloponnesum advenerunt legati a Ptolemæo rege, et ab Eumene, et a Seleuco. Decreta Achæorum de societate Ptolemæi, et de donis quæ ipsis oblata sunt a prædictis regibus. Adventus (in Peloponnesum) Q. Cæcilii, et objurgatio propter ea quæ Lacedæmone peracta sunt.

Quomodo Areus et Alcibiades, ex eorum numero qui olim Lacedæmone fuerant pulsi, Romam susceperint legationem, et accusaverint Philopœmenem et Achæos.

Cædes a Philippo rege edita Maroneæ. Legatorum Romanorum adventus, et eorum mandata. Causæ, propter quas Romanis bellum cum Perseo est exortum.

V. *Olympiade* CXLVIII *Clitorem (in Arcadia) Romanorum legati venerunt; et concilium Achæorum ibi habitum.*

Digitized by Google

2 Κλείτορα, καὶ σύνοδος τῶν Ἀχαιῶν. καὶ οἱ ῥηθέντες ὑπ' ἀμφοτέρων λόγοι περὶ τῶν κατὰ Λακεδαίμονα πραγμάτων, καὶ τὰ δόξαντα τοῖς Ἀχαιοῖς. Ταῦτα κεφαλαιωδῶς. A. U. 569 sq.

(II.) *Legationes* ROMAM *missæ adversus* PHILIPPUM. Ol. 148. 3. A. U. 569.

* * *

VI. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἦκον εἰς τὴν Ῥώμην παρά τε τοῦ βασιλέως Εὐμένους πρεσβευταὶ, διασαφοῦντες τὸν ἐξοδιασμὸν τοῦ Φιλίππου [c] τῶν ἐπὶ Θρᾴκης 2 πόλεων· καὶ παρὰ Μαρωνιτῶν οἱ φυγάδες, κατηγοροῦντες, καὶ τὴν αἰτίαν ἀναφέροντες τῆς αὐτῶν ἐκπτώ- 3 σεως ἐπὶ τὸν Φίλιππον· ἅμα δὲ τούτοις [d] Ἀθαμᾶνες, Περῥαιβοὶ, Θετταλοὶ, φάσκοντες, κομίζεσθαι δεῖν αὐτοὺς τὰς πόλεις, ἃς παρείλετο Φίλιππος αὐτῶν κατὰ 4 τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον. Ἦκον δὲ καὶ παρὰ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις, πρὸς ἅπαντας τοὺς κατηγορήσαντας 5 ἀπολογησόμενοι. Γενομένων δὲ πλειόνων λόγων πᾶσι τοῖς προειρημένοις πρὸς τοὺς παρὰ τοῦ Φιλίππου πρεσβευτὰς, ἔδοξε τῇ συγκλήτῳ, παραυτίκα καταστῆσαι πρεσβείαν, τὴν ἐπισκεψομένην τὰ κατὰ τὸν Φίλιππον, καὶ παρέξουσαν ἀσφάλειαν τοῖς βουλομένοις κατὰ πρόσωπον λέγειν τὸ φαινόμενον, καὶ κατηγορεῖν τοῦ 6 βασιλέως. Καὶ κατεστάθησαν οἱ περὶ τὸν Κόϊντον

Eumenes repetit urbes Thracicas

Maronitæ et alii accusant Philippum.

Q. Cæcilius legatus Rom.

[c] *κατὰ τῶν ἐπὶ* voluit Reisk. [d] *Ἀθαμανῆς* Bav.

Dein sermones ab utraque parte habiti de rebus ad Lacedæmonem spectantibus. Tum decreta Achæorum. Hæc summatim.

(II.) *Ecloga XL. de Legationibus.*

* * *

VI. Circa eadem tempora Romam venerunt regis *Eumenis* legati, denunciantes expeditionem a *Philippo* adversus *Thraciæ* oppida susceptam: venerunt et *Maronitarum* exules, eumdem regem accusantes, et exsilii sui caussam ad illum referentes. Cum his præterea erant *Athamanes*, *Perrhæbi*, *Thessali*; æquum esse dicentes, *ut urbes reciperent, quas per Antiochici belli tempus ipsis ademisset Philippus.* Sed ei Philippi legati venere, ut omnium illorum accusationibus responderent. Quum autem multæ habitæ fuissent disceptationes inter oratores, quos diximus, et Philippi legatos; placuit senatui, extemplo *legationem* mittere, *quæ de Philippi rebus cognosceret, et securitatem omnibus præstaret, qui coram rege expostulare et eum incusare vellent.* Decreti autem sunt legati *Q. Cæcilius*,

Digitized by Google

Ol. 145. 3. Καικίλιον καὶ Μάρκον Βαίβιον καὶ Τιβέριον [c]Σεμπρώνιον.

* * *

Æniorum dissidia. Συνέβαινε δὲ τοὺς Αἰνίους [f καὶ τοὺς Μαρωνίτας] 7 πάλαι μὲν στασιάζειν, προσφάτως δὲ ἀπονεύειν τοὺς μὲν πρὸς Εὐμένη, τοὺς δὲ πρὸς Μακεδονίαν.

(III.) *Legationes* REGUM *ad Concilium* ACHÆORUM; *et* Q. CÆCILII *legatio ad Achæos.*

* * *

VII. Κατὰ τὴν Πελοπόννησον, ὡς μὲν, ἔτι Φιλοποί- μενος στρατηγοῦντος, εἴς τε τὴν Ῥώμην ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος ὑπὲρ τῆς Λακεδαι- μονίων πόλεως, πρός τε τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον τοὺς ἀνανεωσομένους τὴν προϋπάρχουσαν αὐτῷ συμμαχίαν, Aristænus prætor. ἐδηλώσαμεν. Κατὰ δὲ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον, Ἀρι- 2 σταίνου στρατηγοῦντος, οἵ τε παρὰ Πτολεμαίου τοῦ Concil. Achæor. Megalopoli. βασιλέως πρέσβεις ἦλθον, ἐν Μεγαλοπόλει τῆς συνόδου τῶν Ἀχαιῶν ὑπαρχούσης· ἐξαπεστάλκει δὲ καὶ ὁ 3 Eumenes insigne donum offert Achæis. βασιλεὺς Εὐμένης πρεσβευτὰς, ἐπαγγελλόμενος [g]ἑκα- τὸν καὶ εἴκοσι τάλαντα δώσειν τοῖς Ἀχαιοῖς, ἐφ' ᾧ, δανειζομένων τούτων, ἐκ τῶν τόκων μισθοδοτεῖσθαι τὴν Legati Seleuci. βουλὴν τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ ταῖς κοιναῖς συνόδοις. Ἦκον 4 δὲ καὶ παρὰ Σελεύκου τοῦ βασιλέως πρεσβευταὶ, τὴν

[c] Σεμπρώνιον ex Livio restituit Ursinus. Τ.Ε. Κλαύδιον dant codices Polybiani. [f] Verba καὶ τοὺς Μαρωνίτας ex loco inferiore inseruí. [g] Centenarius numerus desideratur apud Diodor. Siculum.

et *M. Bæbius*, et *Tiberius Sempronius.*

* * *

Acciderat nempe, ut *Æniti* [et *Maronitæ*] jam pridem inter se dissiderent, nuper vero etiam alii ad *Eumenis*, alii ad *Macedonum* partes inclinarent. (*Suidas in* Αἶνοι.)

(III.) *Legatio XLI.*

* * *

VII. Quod ad *res Peloponnesi* adtinet, jam diximus, gentem Achæorum, quando Philopœmenes erat prætor, legatos Romam misisse de civitate Lacedæmoniorum, et ad Ptolemæum regem, qui veterem cum eo societatem renovarent. Hoc vero tempore, *prætore Achæorum Aristæno*, redierunt, qui ad Ptolemæum missi fuerant, legati, cum *Megalopoli Achæorum concilium* haberetur. Quo etiam *Eumenes* legatos miserat, *centum et viginti talenta se Achæis daturum pollicens, hac lege, ut, fœnore legitimo occupata ea summa, e reditibus alerentur qui in publicis conventibus ad concilium convenissent.* Præterea venerunt etiam *Seleuci legati*, cum renovandæ amici-

Digitized by Google

τε φιλίαν ἀνανεωσόμενοι, καὶ δεκναῦαν μακρῶν πλοίων A. U. 569.
ἐπαγγελλόμενοι δώσειν τοῖς Ἀχαιοῖς. Ἐχούσης δὲ
[h]τῆς συνόδου πραγματικῶς, πρῶτοι παρῆλθον οἱ περὶ Nicodemus legationem renunciat.
Νικόδημον τὸν Ἠλεῖον, καὶ τούς τε ῥηθέντας ἐν τῇ
συγκλήτῳ λόγους ὑφ' αὐτῶν ὑπὲρ τῆς τῶν Λακεδαιμο-
νίων πόλεως διῆλθον τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ τὰς ἀποκρίσεις
ἀνέγνωσαν· ἐξ ὧν ἦν λαμβάνειν ἐκδοχήν, ὅτι δυσαρε-
στοῦνται μὲν καὶ τῇ τῶν τειχῶν [i]καθαιρέσει καὶ τῇ
[k]κατάλυσει τῶν ἐν τῷ Κομπασίῳ διαφθαρέντων· οὐ μὴν
ἄκυρόν τι ποιεῖν. [l]Οὐδενὸς δ' οὔτ' ἀντειπόντος, οὔτε
συνηγορήσαντος, οὕτω πως παρεσκέμφθη. Μετὰ δὲ τού- Eumenis legati.
τους εἰσῆλθον οἱ παρ' Εὐμένους πρέσβεις, καὶ τήν τε
συμμαχίαν τὴν πατρικὴν ἀνενεώσαντο, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν
χρημάτων ἐπαγγελίαν διεσάφησαν τοῖς πολλοῖς. [m]καὶ
πλείω δὲ πρὸς ταύτας ὑποθέσεις διαλεχθέντες, καὶ
μεγάλην εὔνοιαν καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ βασιλέως ἐμ-
φήναντες πρὸς τὸ ἔθνος, κατέπαυσαν τὸν λόγον.

VIII. Μεθ' οὓς [n]Ἀπολλωνίδας ὁ Σικυώνιος ἀναστὰς, Apollonidas hortatur spernenda dona regis.
κατὰ μὲν τὸ πλῆθος τῶν διδομένων χρημάτων ἀξίαν ἔφη
τὴν δωρεὰν τῶν Ἀχαιῶν· κατὰ δὲ τὴν προαίρεσιν τοῦ
διδόντος καὶ τὴν χρείαν, εἰς ἣν δίδοται, πασῶν αἰσχί-

[h] τῆς συνόδου πραγματικῶς correxit Ursin. τὴν σύνοδον dant MSti, et πραγματικὴν Bav. [i] καθαιρέσει ex emendatione Ursini est. συντελέσει erat in MStis, quod ex σὺν τέλεσι corruptum esse, alia autem librarii errore omissa, putavit Reisk. [k] Post κατάλυσει Casaubonus lacunæ notam posuit, et in vers. Lat. inseruit hæc verba, *et quod soluta esset eorum reipublicæ forma.* [l] οὐδενὸς sua auctoritate edidit Casaub. οὐδ' ἑνὸς vel οὐδενὸς Ursin. cum MStis, quod teneri poterat et sæpe deinde occurrit. [m] καὶ πλείω ex conject. correxi. Vulgo καὶ πλείους. [n] Ἀπολλωνίδας ex locis inferior restitui. Vulgo h. l. Ἀπολλώνιος.

tiæ, tum ut decem naves longas Achæis pollicerentur. Quum igitur in concilio de rebus agi serio cœpisset; primus omnium est ingressus *Nicodemus* Eleus, qui habitos in Romano senatu sermones de Achæis super civitate Lacedæmoniorum concilio renunciavit: deinde responsum legit a Senatu datum, ex quo intelligebatur, *displicuisse quidem patribus et mœnia Spartæ dejecta, et cædem eorum qui ad Compasium fuerant occisi: at nihil tamen eorum, quæ statuissent Achæi, irritum decrevisse senatum.* Nemine reperto, qui vel ad repugnandum, vel ad adsentiendum verba faceret, silentio ea res est transmissa. Secundum hæc ingressi sunt *legati Eumenis*, et societatem, quæ patri ipsius fuerat cum Achæis, renovavit: de pecunia etiam pollicitationem regis multitudini aperuit. Quumque in eam sententiam multa disseruissent, summamque regis benevolentiam et humanitatem erga Achæorum gentem palam fecissent, dicere desierunt.

VIII. Post hos surgit APOLLONIDAS, *Sicyonius*: et, *pecuniam, quæ dono offerebatur, si magnitudo illius spectaretur, dignam quidem Achæis esse*, dixit: *sin animus donantis, et usus in quem esset oblata, rem esse turpissi-*

Digitized by Google

Ol. 148. 3. Spernenda dona regia.

στην καὶ παρανομωτάτην. Τῶν γὰρ νόμων κωλυόντων, 3
[n] μηθένα, μήτε ἰδιωτῶν, μήτε τῶν ἀρχόντων, παρὰ βασι-
λέως δῶρα λαμβάνειν κατὰ μηδ' [o] ὁποίαν πρόφασιν·
πάντας ἅμα δωροδοκεῖσθαι προφανῶς, προσδεξαμένους
τὰ χρήματα, πάντων εἶναι παρανομώτατον, πρὸς δὲ
τούτοις αἴσχιστον ὁμολογουμένως. Τὸ γὰρ ὀψωνιάζε- 4
σθαι τὴν βουλὴν ὑπ' Εὐμένους καθ' ἕκαστον ἔτος, καὶ
βουλεύεσθαι περὶ τῶν κοινῶν, καταπεπωκότας οἴονεὶ
δίκελλαν, πρόδηλον ἔχειν τὴν αἰσχύνην καὶ τὴν βλάβην.
νῦν μὲν γὰρ Εὐμένη διδόναι χρήματα, μετὰ δὲ ταῦτα 5
Προυσίαν δώσειν, καὶ πάλιν Σέλευκον. Τῶν δὲ πρα- 6
γμάτων ἐναντίαν φύσιν ἐχόντων τοῖς τε βασιλεῦσιν καὶ
ταῖς δημοκρατίαις, καὶ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων
διαβουλίων αἰεὶ γιγνομένων [p] περὶ τῶν πρὸς τοὺς βασιλεῖς
ἡμῖν διαφερόντων· φανερῶς ἀνάγκη, δυοῖν θάτερον, ἢ τὸ 7
τῶν βασιλέων λυσιτελὲς ἐπίπροσθεν γίγνεσθαι τοῦ ἰδίᾳ
συμφέροντος, ἢ, τούτου μὴ συμβαίνοντος, ἀχαρίστους
φαίνεσθαι πᾶσιν, ἀντιπράττοντας τοῖς αὐτῶν μισθοδό-
ταις. Διὸ, μὴ μόνον ἀπείπασθαι, παρεκάλει τοὺς 8
Ἀχαιοὺς, ἀλλὰ καὶ μισεῖν τὸν Εὐμένη, διὰ τὴν ἐπί-
νοιαν τῆς δόσεως. Μετὰ δὲ τοῦτον ἀναστὰς Κάσαν- 9
δρος Αἰγινήτης, ἀνέμνησε τοὺς Ἀχαιοὺς τῆς Αἰγινητῶν
ἀκληρίας, ἣ περιέπεσον διὰ τὸ μετὰ τῶν Ἀχαιῶν

[n] Bav. in contextu habet *μηδένα*: sed idem in ora *γρ'. μηδένα* quod ipsum Ursinus in contextu habet, et tenuimus cum Casaub. et Gronov. Minus recte Ernest. *μηδένα*. [o] Post *ὁποίαν* inseruit *οὖν* Casaub. præter necessitatem et contra codd. fidem. [p] Verba *περὶ τῶν* ex conject. adjecit Ursinus.

mam et iniquissimam. Nam quum legibus cautum esset, ne quis, sive privatus, sive in magistratu constitutus, dona a rege quacumque tandem ex causssa caperet; iniquissimum facinus futurum, si, accepta ea pecunia, omnes palam acceptorum munerum rei essent futuri: ad hæc dubitare neminem posse, quin summum dedecus cum ea re esset conjunctum. Nam quis non videat, et probrosum et noxium fore, si quotannis publicum concilium stipendia a rege Eumene acciperet, et ad deliberandum de publicis rebus, velut esca prius deglutita, accederent. Nunc pecunias largiri Eumenem; mox Prusiam largiturum; Seleucum deinde facturum idem. Quum autem regum et liberarum civitatum res inter se natura sua pugnent, et plurimæ ac maximæ quæque consultationes nostræ sint de controversiis, quas habemus cum regibus; duorum alterum manifesto necessarium erit, aut ut regum utilitatem nostris commodis anteponamus, aut, si aliter fecerimus, ut ingrati omnibus videamur, si iis nos opponamus, a quibus mercedem accipimus. Hortari igitur Achæos, non solum ut munus recusent, verum etiam ut Eumenem, quod ei talis largitionis in mentem venerit, odio habeant. Surrexit post hunc CASANDER, *Ægineta*, et Achæis in memoriam revocat *Æginetarum calamitatem, in quam propterea incidissent, quoniam concilii*

Digitized by Google

συμπολιτεύεσθαι, [o]ὅτε Πόπλιος Σουλπίκιος, ἐπι- A. U. 569.
πλεύσας τῷ στόλῳ, πάντας ἐξηνδραποδίσατο τοὺς τα-
10 λαιπώρους Αἰγινήτας· ὑπὲρ ὧν διεσαφήσαμεν, τίνα
τρόπον Αἰτωλοὶ, κύριοι γενόμενοι τῆς πόλεως κατὰ
τὰς πρὸς Ῥωμαίους συνθήκας, Ἀττάλῳ παραδοῖεν,
11 τριάκοντα τάλαντα παρ' αὐτοῦ λαβόντες. Ταῦτ' οὖν
τιθεὶς τοῖς Ἀχαιοῖς πρὸ ὀφθαλμῶν, ἠξίου τὸν Εὐμένη,
μὴ διάφορα προτείνοντα θηρεύειν τὴν τῶν Ἀχαιῶν εὔ-
νοιαν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἀποδιδόντα τυγχάνειν πάντων
12 τῶν φιλανθρώπων ἀναντιῤῥήτως. τοὺς δὲ Ἀχαιοὺς παρε-
κάλει, μὴ δέχεσθαι τοιαύτας δωρεὰς, δι' ὧν φανήσονται
καὶ τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ἀφαιρούμενοι τῆς Αἰγι-
13 νητῶν σωτηρίας. Τοιούτων δὲ γενομένων λόγων, ἐπὶ Respuitur largitio Eumenis.
τοσοῦτον παρέστη τὸ πλῆθος, ὥστε μὴ τολμῆσαι μηθένα
συνεπιτεῖν τῷ βασιλεῖ, πάντας δὲ μετὰ κραυγῆς ἐκβα-
λεῖν τὴν προτεινομένην δωρεὰν, καίτοι δοκούσης αὐτῆς ἔχειν
τι δυσαντοφθάλμητον, διὰ τὸ πλῆθος τῶν προτεινομένων
χρημάτων.

IX. Ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις εἰσήχθη τὸ [p]περὶ τοῦ De Ptolemæi fœdere
2 Πτολεμαίου διαβούλιον· ἐν ᾧ προκληθέντων τῶν ἀπο- oratio Lycortæ.
σταλέντων πρεσβευτῶν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν πρὸς Πτολε-
μαῖον, προελθὼν Λυκόρτας μετὰ τῶν πρεσβευτῶν, ἀπε-
λογίσατο πρῶτον μὲν, τίνα τρόπον καὶ δοιεῖν [q]παρὰ

[o] ὅτι scripsimus cum Reiskio. Mendose MSti ὅτι τὸ πλῆθος Σουλπίκιος. Unde Ursinus ex ingenio edidit ὅτι τι Πόπλιος Σουλπ. [p] περὶ τοῦ Πτολ. ex conject. scripsi. Vulgo omnes παρὰ τοῦ. [q] Verba παρὰ τῶν Ἀχαιῶν, cum abessent ab editis, revocavi ex MStis; sed post δοῖεν posui, cum post λάβοιεν rejecta essent in MStis.

fuissent Achæorum. Publium Sulpicium classe Æginam venisse, et miseros Æginetas venum dedisse omnes. Quibus de rebus nos locuti ante sumus; ostendimusque, quomodo Ætoli, urbis potiti ex pacto fœderis, quod illis erat cum Romanis, Attalo eam tradidissent, triginta talentis addictam. Hæc ille postquam ob oculos posuit Achæis, oravit Eumenem, *ut non pecuniarum largitione Achæorum benevolentiam vellet captare; sed urbem redderet, seque eo facto benevolentiæ testimonia summo cunctorum consensu impetraturum confideret.* Ab Achæis vero petebat, *ne ejusmodi admitterent dona, quæ spem salutis etiam in posterum Æginetis sint adempturæ.* Hac oratione adeo concitata est multitudo, ut caussam regis tueri nemo auderet; sed cum clamore oblatam largitionem, etsi propter vim ostensæ pecuniæ supra modum blandientem, respuerent.

IX. Secundum hæc proposita est *consultatio de Ptolemæo.* In qua quum provocati essent hi, qui ad Ptolemæum missi ab Achæis fuerant; in medium progressus LYCORTAS cum ceteris legatis, primum exposuit, *quonam modo et præstitissent Achæorum*

Digitized by Google

Ol. 148. 3. τῶν Ἀχαιῶν καὶ λάβοιεν τοὺς ὅρκους ὑπὲρ τῆς συμμαχίας· εἶτα, ὅτι κομίζοιεν δωρεὰν κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς, 3
ἑξακισχίλια μὲν ὅπλα χαλκᾶ πελταστικὰ, διακόσια
δὲ τάλαντα νομίσματος ἐπισήμου χαλκοῦ· πρὸς δὲ 4
τούτοις ἐπῄνεσε τὸν βασιλέα, καὶ βραχέα περὶ τῆς
εὐνοίας αὐτοῦ καὶ προθυμίας τῆς εἰς τὸ ἔθνος εἰπὼν,
Aristænus nudat absurditatem Philopœm. et Lycortæ. κατέστρεψε τὸν λόγον. Ἐφ' οἷς ἀναστὰς ὁ τῶν 5
Ἀχαιῶν στρατηγὸς Ἀρίσταινος, ἤρετο τόν τε παρὰ
τοῦ Πτολεμαίου πρεσβευτὴν, καὶ τοὺς ἐξαπεσταλμένους
ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὴν ἀνανέωσιν, ποίαν ἦκε συμ-
μαχίαν [r]ἀνανεωσόμενος. [s]Οὐδενὸς δ' ἀποκριναμένου, 6
πάντων δὲ διαλαλούντων πρὸς ἀλλήλους, πλῆρες ἦν τὸ
βουλευτήριον ἀπορίας. [t]Ἦν δὲ τὸ ποιοῦν τὴν ἀλογίαν, 7
ὅτι, οὐσῶν καὶ πλειόνων συμμαχιῶν τοῖς Ἀχαιοῖς πρὸς
τὴν Πτολεμαίου βασιλείαν, καὶ τούτων ἐχουσῶν μεγά-
λας διαφορὰς κατὰ τὰς τῶν καιρῶν περιστάσεις, οὔθ' ὁ 8
παρὰ τοῦ Πτολεμαίου πρεσβευτὴς οὐδεμίαν ἐποιήσατο
διαστολὴν, ὅτε ἀνανεοῦτο, καθολικῶς δὲ περὶ τοῦ πρά-
γματος ἐλάλησεν, οὔθ' οἱ πεμφθέντες πρέσβεις· ἀλλ' ὡς, 9
μιᾶς ὑπαρχούσης, αὐτοί τε τοὺς ὅρκους [t]ἔδωκαν καὶ
παρὰ τοῦ βασιλέως ἔλαβον. [u]Ὅθεν προφερομένου τοῦ 10
στρατηγοῦ πάσας τὰς συμμαχίας, καὶ κατὰ μέρος
ἐν ἑκάστῃ διαστελλομένου, μεγάλης οὔσης διαφορᾶς,
ἐζήτει τὸ πλῆθος εἰδέναι, ποίαν ἀνανεοῖτο συμμαχίαν.

[r] ἀνανεωσάμενος voluit Reisk. [s] In οὐδενὸς nunc consentiunt omnes secus ac paulo ante. [t] ἦσαν Bav. ex ἦσαν corruptum.

nomine, et exegissent a rege, jusjurandum: addidit deinde, *adtulisse se donum communi Achæorum, arma ænea ad peltastas instruendos sex millia, et pecuniæ signatæ æreæ talenta ducenta.* Post hæc regis laudes commemoravit: tum, ubi pauca de regis benevolentia et promto animo erga gentem Achæorum disseruisset, finem dicendi fecit. Surgens dein ARISTÆNUS, *prætor Achæorum*, et ab legato Ptolemæi, et ab iis, qui renovando fœderi missi ab Achæis fuerant, sciscitatur, *ecquam societatem renovaturus venerit?* Quum responderet nemo, et mutuo sese omnes interrogarent; magna in concilio exorta est dubitatio. Oriebatur autem absurditas ex eo, quod, quum plura fuissent fœdera Achæis cum regibus Ptolemæi majoribus, quæ pro conditione temporum plurimum inter se differrent, neque legatus Ptolemæi ullam fecerat distinctionem, cum fœdus renovaret, sed universe de negotio fuerat locutus, neque etiam illi, quos Achæi miserant; verum quasi semel dumtaxat societatem pepigissent, jusjurandum simpliciter, nulla adhibita distinctione, et præstiterant ipsi, et acceperant a rege. Itaque promente in medium prætore omnia priora fœdera, et singula distincte expendente; quoniam longe diversa illa erant, volebat multitudo cognoscere,

Digitized by Google

11 Οὐ δυναμένου δὲ λόγον ὑποσχεῖν, οὔτε του Φιλοποί- A. U. 569.
μενος, ὃς ἐποιήσατο στρατηγῶν τὴν ἀνανέωσιν, οὔτε
τῶν περὶ τὸν Λυκόρταν, τῶν πρεσβευσάντων εἰς τὴν
12 Ἀλεξάνδρειαν· οὗτοι μὲν ἐσχεδιακότες ἐφαίνοντο τοῖς
κοινοῖς πράγμασιν, ὁ δ' Ἀρίσταινος μεγάλην ἐφείλκετο
φαντασίαν, ὡς μόνος εἰδὼς, τί λέγει, καὶ τέλος οὐκ
εἴασε κυρωθῆναι τὸ διαβούλιον, ἀλλ' εἰς ὑστέρησιν ἤγαγε
13 [t]διὰ τὴν προειρημένην ἀλογίαν. Τῶν δὲ παρὰ τοῦ Seleuci
Σελεύκου πρέσβεων εἰσελθόντων, ἔδοξε τοῖς Ἀχαιοῖς, legati.
τὴν μὲν φιλίαν ἀνανεώσασθαι πρὸς τὸν Σέλευκον, τὴν δὲ
14 τῶν πλοίων δωρεὰν κατὰ τὸ παρὸν ἀπείπασθαι. καὶ
τότε μὲν περὶ τούτων βουλευσάμενοι, διέλυσαν εἰς τὰς
ἰδίας ἕκαστοι πόλεις.

x. Μετὰ δὲ ταῦτα, τῆς πανηγύρεως ἀπμαζούσης, Cæcilius
ἦλθε Κόϊντος Καικίλιος [u]ἐκ Μακεδονίας, ἀναπάμπτων objurgat
2 ἀπὸ τῆς πρεσβείας, ἧς ἐπρέσβευσε πρὸς Φίλιππον. Καὶ Achæos.
συναγαγόντος Ἀρισταίνου τοῦ στρατηγοῦ τὰς ἀρχὰς
εἰς τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν, εἰσελθὼν ὁ Κόϊντος [x]ἐμέμ-
φετο, φάσκων αὐτοὺς βαρύτερον καὶ πικρότερον τοῦ
δέοντος κεχρῆσθαι τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ παρεκάλει
διὰ πλειόνων διορθώσασθαι τὴν προγεγενημένην ἄγνοιαν.
3 Ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταινος εἶχε τὴν ἡσυχίαν, δῆλος ὢν ἐξ Adsentitur
αὐτοῦ τοῦ σιωπᾶν, ὅτι δυσαρεστεῖται τοῖς ὑπονομη- ei Aristæ-
nus,

[t] Præpositionem adjeci, monente Reiskio. [u] In Μακεδονίας correxi, cum mendose esset Λακεδαιμονίας. [x] Et hæc ex certa conjectura, in quam et Reiskius inciderat, restitui. Perperam Ursinus ἐμίμητο φάσκοντος αὐτοῦ. In Bav. tria ista verba cum seq. βαρύτερον prorsus desiderantur.

ecquod jam fœdus renovassent. Id vero docere quum neque *Philopœmenes* posset, qui prætor renovandi fœderis fuerat auctor, neque *Lycortas*, ceterive legati, qui Alexandriam iverant; hi quidem temere atque inconsiderate rem gessisse publicam existimati sunt; *Aristænus* vero opinionem magnam inde retulit, ut qui solus judicio uteretur: ac tandem nullum decretum super ea consultatione fieri est passus, sed ampliandam illam quæstionem censuit, propter prædictam absurditatem. Ingressis postea *Seleuci legatis*, placuit Achæis, amicitiam quidem cum rege Seleuco renovare, sed navium, quas donabat, munus in præsentia non accipere. His ita tum constitutis, in suam quisque patriam soluto conventu discesserunt.

x. Postea vero, quo tempore celebrabantur [*Nemeorum*] *solennia*, venit *Q. Cæcilius*, revertens ex Macedonia a legatione, quam ad Philippum obierat. Postquam igitur Aristænus prætor *principes Achæorum* in *Argivorum* urbem convocasset; ingreditur *Cæcilius*, et objurgat eos; dicens, *Lacedæmonios durius et asperius, quam par esset, fuisse tractatos*: multis dein monet, *culpam ut emendarent*. Ad hæc illius verba *Aristænus* silentium tenuit; eo ipso, quod taceret, palam faciens, displicere sibi, quæ facta essent, et ora-

Digitized by Google

Ol. 148. 3. et Diophanes.

μένοις, καὶ συνευδοκεῖ τοῖς ὑπὸ Καικιλίου λεγομένοις. 4
Ὁ δὲ Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης, ἄνθρωπος στρατιωτικώτερος ἢ πολιτικώτερος, ἀναστὰς, οὐχ οἷον ἀπελογήθη τι περὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἀλλὰ καὶ προσυπέδειξε τῷ Καικιλίῳ, διὰ τὴν πρὸς τὸν Φιλοποίμενα παρατριβὴν, ἕτερον ἔγκλημα κατὰ τῶν Ἀχαιῶν. Ἔφη γὰρ, οὐ 5
μόνον τὰ κατὰ Λακεδαίμονα κεχειρίσθαι κακῶς, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ Μεσσήνην. ἦσαν δὲ περὶ τῶν φυγαδικῶν 6
τοῖς Μεσσηνίοις ἀντιῤῥήσεις τινὲς πρὸς ἀλλήλους [y]περὶ τὸ τοῦ Τίτου διάγραμμα, καὶ τὴν τοῦ Φιλοποίμενος διόρθωσιν· ὅθεν ὁ Καικίλιος, δοκῶν ἔχειν καὶ τῶν 7
Ἀχαιῶν αὐτῶν τινὰς ὁμογνώμονας, μᾶλλον ἠγανάκτει τῷ μὴ κατακολουθεῖν ἑτοίμως τοῖς ὑπ' αὐτοῦ παρακαλουμένοις τοὺς συνεληλυθότας. Τοῦ δὲ Φιλοποίμενος 8
καὶ Λυκόρτα, σὺν δὲ τούτοις [z]Ἄρχωνος, πολλοὺς καὶ ποικίλους διαθεμένων λόγους, ὑπὲρ τοῦ καλῶς μὲν διωκῆσθαι τὰ κατὰ τὴν Σπάρτην, καὶ συμφερόντως αὐτοῖς μάλιστα τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἀδύνατον δ' εἶναι τὸ κινῆσαί τι τῶν ὑποκειμένων, ἄνευ τοῦ παραβῆναι καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαια, καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια· μένειν ἔδοξε τοῖς παροῦσιν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, 9
καὶ ταύτην δοῦναι τῷ πρεσβευτῇ τὴν ἀπόκρισιν. Ὁ δὲ 10
Καικίλιος, ὁρῶν τὴν τούτων προαίρεσιν, ἠξίου τοὺς πολ-

Cæcilio respondet Philopœmen et Lycortas.

[y] περὶ malluerat Reisk. *ob, propter.* [z] *Arco* vocatur apud Livium.

tionem Cæcilii ipsi probari. *Diophanes* vero Megalopolitanus, homo militaris vitæ quam civilis majorem usum habens, non solum non excusavit factum illud Achæorum; verum etiam, propter simultatem, quam cum Philopœmene exercebat, aliam Achæorum indicavit criminationem. Dixit enim, *non solum Lacedæmonios male fuisse tractatos; sed etiam cum Messeniis iniquе esse actum.* Erant autem Messeniis quædam inter ipsos controversiæ circa Titi decretum super iis qui ab exilio fuerant revocati, et circa moderationem quam ei decreto Philopœmenes adhibuerat. *Cæcilius* igitur, qui Achæorum nonnullos secum sentire animadverteret, eo gravius indignari, quod in sententiam, quam ipse dixerat, universum concilium non statim pedibus iret. Sed quum multis variisque rationibus *Philopœmenes* et *Lycortas*, et simul cum his *Archo*, demonstrassent, *recte omnia, quæ ad Lacedæmonios pertinerent, fuisse administrata, atque ex ipsorum imprimis Lacedæmoniorum utilitate; neque posse quidquam eorum, quæ factu essent, mutari, quin omnia humana divinaque jura violarentur;* visum est concilio, nihil moveri oportere, et in hanc sententiam legato dandum responsum. *Cæcilius*, horum intellecta voluntate, postulat, *ut concilium gentis Achæorum*

Digitized by Google

λοὺς [a]αὐτῷ συναγαγεῖν εἰς ἐκκλησίαν. Οἱ δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἄρχοντες ἐκέλευον αὐτὸν δεῖξαι τὰς ἐντολὰς, ὡς εἶχε παρὰ τῆς συγκλήτου περὶ τούτων. τοῦ δὲ παρασιωπῶντος, οὐκ ἔφασαν αὐτῷ συνάξειν τὴν ἐκκλησίαν· τοὺς γὰρ νόμους οὐκ ἐᾶν, ἐὰν μὴ φέρῃ τις ἔγγραπτα παρὰ τῆς συγκλήτου, περὶ ὧν οἴεται δεῖν συνάγειν. Ὁ δὲ Καικίλιος ἐπὶ τοσοῦτον ὠργίσθη, διὰ τὸ μηδὲν αὐτῷ συγχωρεῖσθαι τῶν ἀξιουμένων, ὥστ' οὐδὲ τὴν ἀπόκρισιν ἠβουλήθη δέξασθαι παρὰ τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' ἀνεπόκριτος ἀπῆλθεν. Οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὴν αἰτίαν ἀνέφερον καὶ τῆς πρότερον [b]παρουσίας [c]τῆς Μάρκου τοῦ Φολουΐου, καὶ τῆς τότε τῶν περὶ τὸν Καικίλιον, ἐπὶ τὸν Ἀρίσταινον καὶ τὸν Διοφάνην, ὡς τούτους ἀντισπασαμένους διὰ τὴν ἀντιπολιτείαν τὴν πρὸς τὸν Φιλοποίμενα· καί τις ἦν ὑποψία τῶν πολλῶν πρὸς τοὺς προειρημένους ἄνδρας. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Πελοπόννησον ἐν τούτοις ἦν.

A. U. 569. Concilium negatur Cæcilio.

Aristænus suspectus Achæis.

(IV.) *Novæ Legationes Romam missæ in caussa Philippi, tum Achæorum et Lacedæmoniorum.*

* * *

Ol. 148. 4. A. U. 570.

XI. Τῶν περὶ τὸν Καικίλιον ἀνακεχωρηκότων ἐκ τῆς Ἑλλάδος, καὶ διασεσαφηκότων τῇ συγκλήτῳ περί τε

Cæcilius renunciat legationem.

[a] *αὐτῷ συναγ.* correxi. *αὐτῶν* MSti et Urs. in textu. *αὐτὸν* Urs. In marg. *αὐτοὺς* ed. Cas. et seqq. [b] *παρουσίας* ex MStis revocavi, quum in *παῤῥησίας* mutasset Urs. Particulam vero *ἄμα*, quam abjecit Casaubonus, restitutam utique velimus, sed aut ante *καὶ τῆς πρότερον*, aut certe proxime post *παρουσίας* collocatam. [c] Sic primus edidit Casaub. Mendose Urs. cum MStis *τῆς ἅμα τοῦ Μάρκου*, pro quo Ursinus maluerat *τῆς κατὰ τοῦ Μάρκου*. Ferri potuisset *παρουσίας ἅμα, τῆς τοῦ Μάρκου* &c.

sibi detur. Tum vero principes Achæorum ab eo petunt, scripta mandata ederet, quæ de ea re accepisset a senatu. Qui quum taceret; negare illi, se concionem multitudinis convocaturos: *neque enim per leges id prius licere, quam edita essent Senatus mandata scripto comprehensa de iis rebus, quarum caussa postuletur concilium.* Cæcilius in tantam exarsit iram, quod nullum suorum postulatorum admitti videret, ut ne responsum quidem accipere a principibus Achæorum voluerit, sed sine responso abierit. Achæi vero caussam et superioris adventus *M. Fulvii*, et nunc *Q. Cæcilii*, referebant ad *Aristænum* et *Diophanem:* hos enim, quod in republica dissiderent a Philopœmene, istos sibi adjunxisse quos ei opponerent. Et erant vulgo apud multitudinem Aristænus et Diophanes suspecti. Hæc igitur tum in Peloponneso gerebantur.

(IV.) *Legatio XLII.*

* * *

XI. Cum *Q. Cæcilius* ceterique legati e Græcia discessissent, ac de statu *Macedoniæ* et *Peloponnesi* retulissent ad senatum; legatos, qui de illis rebus

Digitized by Google

Ol. 148. 4. τῶν κατὰ Μακεδονίαν καὶ τῶν κατὰ Πελοπόννησον, εἰσῆγον εἰς τὴν σύγκλητον τοὺς [d]περὶ τούτων γεγονότας
Caussa Philippi. πρεσβευτάς. Εἰσελθόντων δὲ πρῶτον τῶν παρὰ τοῦ 2
Φιλίππου καὶ παρ' Εὐμένους, ἵνα δὲ τῶν ἐξ Αἴνου καὶ
Μαρωνείας φυγάδων, καὶ ποιησαμένων τοὺς λόγους
ἀκολούθως τοῖς ἐν Θετταλονίκῃ ῥηθεῖσιν ἐπὶ τῶν περὶ
τὸν Καικίλιον· ἔδοξε τῇ συγκλήτῳ, πέμπειν πάλιν 3
ἄλλους πρεσβευτὰς πρὸς τὸν Φίλιππον, τοὺς ἐπισκε-
ψομένους, πρῶτον μὲν, εἰ παρακεχώρηκε τῶν ἐν Περ-
ραιβίᾳ πόλεων κατὰ τὴν τῶν περὶ τὸν Καικίλιον [e]ἀπό-
κρισιν· εἶτα τοὺς ἐπιτάξοντας αὐτῷ τὰς φρουρὰς ἐξά- 4
γειν ἐξ Αἴνου καὶ Μαρωνείας, καὶ συλλήβδην ἀποβαίνειν
ἀπὸ τῶν παραθαλαττίων τῆς Θρᾴκης ἐρυμάτων καὶ
Apollonidas, legatus Achæorum. τόπων καὶ πόλεων. Μετὰ δὲ τούτους εἰσῆγον τοὺς 5
ἀπὸ Πελοποννήσου παραγεγονότας. οἵ τε γὰρ Ἀχαιοὶ 6
πρεσβευτὰς ἀπεστάλκεισαν τοὺς περὶ Ἀπολλωνίδαν τὸν
Σικυώνιον, δικαιολογηθησομένους πρὸς τὸν Καικίλιον
ὑπὲρ τοῦ μὴ λαβεῖν αὐτὸν ἀπόκρισιν, καὶ καθόλου
διδάξοντας ὑπὲρ τῶν κατὰ Λακεδαίμονα πραγμάτων.
Areus et Alcibiades, Spartani. Ἔκ τε τῆς Σπάρτης Ἀρεὺς καὶ Ἀλκιβιάδης ἐπρέσ- 7
βευσαν· οὗτοι δὲ ἦσαν τῶν ἀρχαίων φυγάδων, τῶν ὑπὸ
τοῦ Φιλοποίμενος καὶ τῶν Ἀχαιῶν νεωστὶ κατηγμένων
εἰς τὴν οἰκείαν. ὃ καὶ μάλιστα τοὺς Ἀχαιοὺς εἰς 8
ὀργὴν ἦγε, τῷ δοκεῖν, μεγάλης οὔσης καὶ προσφάτου
τῆς εἰς τοὺς φυγάδας εὐεργεσίας, ἑαυτῆς ἐπὶ τοσοῦτον

[d] παρὰ voluit Reisk. Malim περὶ τούτων παραγεγονότας. [e] ἀπόκρισιν Bav.

aderant, *in senatum* introduxerunt. Et quum essent ingressi primo *legati Philippi et Eumenis*, deinde *Æni et Maronææ exsules*, atque ea iterassent, quæ Thessalonicæ prius dixerant apud Cæcilium et reliquos legatos: patres alios rursus *legatos ad Philippum* decreverunt, qui viderent, excessisset-ne oppidis *Perrhæbiæ*, sicut Cæcilius et ceteri legati pronunciaverant; juberentque, ut ab *Æno et Maronea* præsidia deduceret; et omnino, ut omnibus maritimæ oræ in Thracia castellis, locis, urbibus excederet. Post hos, introducti sunt qui *e Peloponneso* venerant. Nam et *Achæi* legatos *Apollonidam* Sicyonium miserant, ut Cæcilio, quod nullum responsum accepisset, rationem redderet, et omnino patres edoceret de rebus Lacedæmone gestis. Etiam *e Sparta Areus et Alcibiades* legati Romam venerant. Ex antiquis exsulibus isti erant, quos recens Philopœmenes et Achæi in patriam restituerant. Quæ præcipue res iram Achæorum accendit, quod, quum tanto tamque recenti beneficio ab Achæis hi exsules fuissent adfecti, adeo ingrati in ipsos repente exstitissent, ut legationem adversus gentem

Digitized by Google

[f] ἀχαριστεῖσθαι παρ' αὐτῶν, ὥστε καὶ καταπρεσβεύειν, καὶ κατηγορίαν ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς κρατοῦντας τῶν ἀνελπίστως αὐτοὺς σωσάντων, καὶ καταγαγόντων εἰς τὴν πατρίδα. A. U. 570.

XII. Ποιησαμένων δὲ καὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους [g] ἐκ συγκαταθέσεως τὴν δικαιολογίαν, καὶ διδασκόντων τὴν σύγκλητον, τῶν μὲν περὶ τὸν Ἀπολλωνίδαν τὸν Σικυώνιον, ὡς οὐκ ἂν δυνατὸν εἴη τὸ παράπαν ἄμεινον χειρισθῆναι τὰ κατὰ τὴν Σπάρτην, ἢ νῦν κεχείρισται διὰ 2 τῶν Ἀχαιῶν καὶ διὰ Φιλοποίμενος· τῶν τε περὶ τὸν Ἀρέα τἀναντία πειρωμένων λέγειν, καὶ φασκόντων, πρῶτον μὲν καταλελῦσθαι τὴν τῆς πόλεως δύναμιν, ἐξηγμένου τοῦ πλήθους μετὰ βίας, [h] εἶτ' οὖν αὐτοῖς ἐπισφαλῆ καὶ ἀπαῤῥησίαστον καταλείπεσθαι τὴν πολι- 3 τείαν· ἐπισφαλῆ μὲν ὀλίγοις οὖσι, καὶ τούτοις τῶν τειχῶν περιῃρημένων· ἀπαῤῥησίαστον δὲ, διὰ τὸ μὴ μόνον τοῖς κοινοῖς δόγμασι τῶν Ἀχαιῶν πειθαρχεῖν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίαν ὑπηρετεῖν τοῖς ἀεὶ καθισταμένοις 4 ἄρχουσι· [i] διακούσασα καὶ τούτων ἡ σύγκλητος, ἔκρινε, τοῖς αὐτοῖς πρεσβευταῖς δοῦναι καὶ περὶ τούτων ἐντολὰς, καὶ κατέστησε πρεσβευτὰς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, τοὺς περὶ 5 Ἄππιον Κλαύδιον. Ἀπελογήθησαν δὲ καὶ πρὸς τὸν Καικίλιον ὑπὲρ τῶν ἀρχόντων οἱ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν

Achæi et Spartani caussam suam agunt.

Appius Claudius legatus in Græciam.

[f] ἀχαρ. παρ' αὐτῶν correxi cum Reisk. Fortasse tamen teneri librorum scriptura παρ' αὐτοῖς debuerat. [g] ἐκ συγκαθέσεως voluit Reisk. [h] εἶτ' οὖν ex conject. scripsi, pro vulgato εἶτ' ἐν αὐτοῖς. Quæ autem sequuntur sex verba, ἐπισφαλῆ καὶ usque πολιτείαν, quum vulgo desiderarentur, supplevi ex cod. Bav. [i] δὲ pro καὶ voluit Reisk.

Achæorum susciperent, et infesta jam oratione apud rerum dominos accusarent illos, a quibus præter spem servati et in patriam reducti fuissent.

XII. Quum igitur et hi utrimque legati caussam suam adversus se invicem coram dixissent; et hinc *Apollonidas* Sicyonius persuadere senatui contendisset, *non potuisse ulla ratione melius res Spartæ administrari, quam factum esset ab Achæis et Philopœmene;* hinc *Areus* contrarium demonstrare esset conatus, dixissetque, *primum exhaustas esse vires civitatis, abducta per vim plebe; deinde sibi et periculoso loco versantem et libertate exutam rempublicam esse relictam; nempe periculoso loco versantem, utpote ad paucos redactam, et hos muris nudatos; libertate vero exutam, ut quæ non solum publicis decretis Achæorum parere; sed etiam sigillatim prætoribus illorum semper ancillari cogeretur:* his auditis, placuit Patribus, ut de his quoque rebus iisdem legatis darentur mandata. Decreta autem est legatio in Græciam, cujus princeps *Appius Claudius* fuit. Tum vero etiam Cæcilio in senatu responderunt *legati Achæorum* pro suæ gentis principibus: dicentes, *nihil eos*

Digitized by Google

Ol. 148. 4. Achæi disceptant cum Cæcilio.

πρέσβεις ἐν τῇ συγκλήτῳ, φάσκοντες, οὐθὲν ἀδικεῖν αὐτοὺς, οὐδ' ἀξίους ἐγκλήματος ὑπάρχειν, ἐπὶ τῷ μὴ συνάγειν τὴν ἐκκλησίαν· νόμον γὰρ εἶναι παρὰ τοῖς 6
Ἀχαιοῖς, μὴ συγκαλεῖν τοὺς πολλοὺς, ἐὰν μὴ περὶ συμμαχίας ἢ πολέμου δέῃ γίγνεσθαι διαβούλιον, ἢ παρὰ συγκλήτου τις ἐνέγκῃ γράμματα. διὸ καὶ δι- 7
καίως τότε βουλεύσασθαι μὲν τοὺς ἄρχοντας συγκαλεῖν τοὺς Ἀχαιοὺς εἰς ἐκκλησίαν· κωλύεσθαι δ' ὑπὸ τῶν νόμων, διὰ τὸ μήτε γράμματα φέρειν αὐτὸν παρὰ συγκλήτου, μήτε τὰς ἐντολὰς ἐγγράπτους ἐθέλειν δοῦ- 8
ναι τοῖς ἄρχουσιν. Ὧν ῥηθέντων, ἀναστὰς Καικίλιος, τῶν τε περὶ τὸν Φιλοποίμενα καὶ Λυκόρταν κατηγόρησε, καὶ καθόλου τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τῆς οἰκονομίας, ἣ περὶ τῆς τῶν Λακεδαιμονίων ἐκέχρηντο πόλεως. Ἡ 9
δὲ σύγκλητος διακούσασα τῶν λεγομένων, ἔδωκε τοῖς Ἀχαιοῖς ἀπόκρισιν, ὅτι περὶ μὲν τῶν κατὰ Λακεδαί-
μονα πέμψει τοὺς ἐπισκεψομένους· τοῖς δὲ πρεσβευταῖς 10
τοῖς ἀεὶ παρ' ἑαυτῶν ἐκπεμπομένοις παρήνει προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ [k]καταδοχὴν ποιεῖσθαι τὴν ἁρμόζουσαν, καθάπερ καὶ Ῥωμαῖοι ποιοῦνται τῶν παραγιγνομένων πρὸς αὐτοὺς πρεσβευτῶν.

[k] *καταδοχὴν* ex conject. Reiskii et Ernesti recepi. Vulgo *καταλεγὴν*.

peccasse, neque jure accusari posse, quod concilium populi non convocassent. Lege enim cautum apud Achæos esse, ne concilium liceret indicere aliter, quam si de societate aut de bello foret deliberandum, aut si literas ab senatu aliquis adferret. Merito igitur tunc principes Achæorum consultasse quidem de convocanda multitudine, sed id quo minus facerent, per leges stetisse, quoniam neque literas senatus adtulisset Cæcilius, neque mandata scripta principibus dare voluisset. Post hæc verba surgit *Cæcilius*, et Philopœmenem ac Lycortam accusat, et omnino Achæos, atque rationem qua usi erant in rebus Lacedæmoniorum componendis. *Senatus*, omnibus auditis, quæ dicta fuerant, responsum Achæis dedit, *missurum se legatos ad visendum, quomodo cum Lacedæmoniis esset actum.* Monuit vero, ut *populi Romani legatos, qui in Græciam mitterentur, semper observarent, et quanto par esset cum honore susciperent, sicut Romani facerent in iis, qui ad ipsos venirent.*

Digitized by Google

(V.) *Appii Claudii legatio ad Philippum et in Cretam.* A. U. 570

*

XIII. Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, διαπεμψαμένων πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς Ῥώμης τῶν ἰδίων πρεσβευτῶν, καὶ δηλούντων, ὅτι δείσει κατ' ἀνάγκην ἀποβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐπὶ Θράκης πόλεων· πυθόμενος ταῦτα, καὶ βαρέως φέρων, ἐπὶ τῷ δοκεῖν παντάχοθεν αὐτοῦ περιτέμνεσθαι τὴν ἀρχὴν, ἐναπηρείσατο τὴν ὀργὴν εἰς τοὺς ταλαιπώρους Μαρωνίτας. Μεταπεμψάμενος γὰρ Ὀνόμαστον τὸν ἐπὶ Θράκης τεταγμένον, ἐκοινολογήθη τούτῳ περὶ τῆς πράξεως. Ὁ δ' Ὀνόμαστος ἀναχωρήσας εἰσαπέστειλε Κάσανδρον εἰς Μαρώνειαν, συνήθη τοῖς πολλοῖς ὑπάρχοντα, διὰ τὸ ποιεῖσθαι τὸν πλείονα χρόνον ἐκεῖ τὴν διατριβήν· ἅτε τοῦ Φιλίππου πάλαι τοὺς αὐλικοὺς ἐγκαθικότος εἰς τὰς πόλεις ταύτας, καὶ συνήθεις πεποιηκότος τοὺς ἐγχωρίους ταῖς τούτων παρεπιδημίαις. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας, ἑτοιμασθέντων τῶν Θρᾳκῶν, καὶ τούτων ἐπεισελθόντων διὰ τοῦ Κασάνδρου νυκτὸς, ἐγένετο μεγάλη σφαγὴ, καὶ πολλοὶ τῶν Μαρωνιτῶν ἀπέθανον. Κολασάμενος δὲ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τοὺς ἀντιπράττοντας ὁ Φίλιππος, καὶ πληρώσας τὸν ἴδιον θυμὸν, ἐπαραδόκει τὴν τῶν πρεσβευτῶν παρουσίαν, πεπεισμένος, μηδένα τολμήσειν κατηγορήσειν αὐτοῦ διὰ τὸν φόβον. Μετὰ δέ τινα χρόνον παραγενομένων τῶν περὶ τὸν Ἄππιον, καὶ ταχέως πυθομένων τὰ γεγονότα

Cædes Maroneæ editur a Philippo.

(V.) *Legatio XLIV.*

XIII. Rex *Philippus*, a suis legatis, qui Romæ erant, per missos in id ipsum certior factus, fore illi necessario cedendum civitatibus Thraciæ, ægre nuncium illum ferens, quod regni fines undiquaque imminui sibi cerneret, in miseros *Maronitas* iram effudit. *Onomasto* enim (is *Thraciæ* præfectus erat) ad se venire jusso, de suo incepto egit cum ipso. Qui ut in Thraciam rediit, *Casandrum* in urbem Maroneam misit, vulgo omnibus ibi notum ac familiarem, quod ut plurimum eo loci habitaret. Pridem enim Philippus aulicos suos in illis urbibus locaverat; effeceratque, ut consuetus et familiaris esset indigenis regiorum ministrorum ad se adventus. Post paucos vero dies, ubi parati erant Thraces, iis per Casandrum nocte intromissis, fit *cædes ingens*, multique *Maronitarum* pereunt. Philippus, hoc modo punitis, qui suæ parti adversabantur, exsatiata ira, legatorum adventum exspectabat, nihil dubitans, perculsis omnibus terrore, neminem hiscere adversus se ausurum. Non multo post veniunt *Appius* et ejusdem

Digitized by Google

Ol. 148. 4. Maronitarum cædes.

κατὰ τὴν Μαρώνειαν, καὶ πικρῶς τῷ Φιλίππῳ μεμψιμοιρούντων ἐπὶ τούτοις, ἐβούλετο μὲν ἀπολογεῖσθαι· φάσκων, μὴ κεκοινωνηκέναι τῆς παρανομίας, ἀλλὰ τοὺς 9
ἐν αὐτοῖς στασιάζοντας Μαρωνίτας, καὶ τοὺς μὲν ἀπο-
κλίνοντας πρὸς Εὐμένη κατὰ τὴν εὔνοιαν, τοὺς δὲ πρὸς
ἑαυτὸν, εἰς ταύτην ἐκπεπτωκέναι τὴν ἀτυχίαν. παλεῖν 10
δ' ἐκέλευε κατὰ πρόσωπον, εἴ τις αὐτοῦ κατηγορεῖ.
Τοῦτο δ' ἐποίει, πεπεισμένος, μηδένα τολμήσειν διὰ τὸν 11
φόβον, τῷ δοκεῖν, τὴν μὲν ἐκ Φιλίππου τιμωρίαν ἐκ
χειρὸς ἔσεσθαι τοῖς ἀντικεκρούκασι, τὴν δὲ Ῥωμαίων
ἐπικουρίαν μακρὰν ἀφεστάναι. Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἄπ- 12
πιον οὐ φασκόντων προσδεῖσθαι δικαιολογίας, σαφῶς
γὰρ εἰδέναι τὰ γεγονότα καὶ τὸν αἴτιον τούτων· εἰς
ἀπορίαν ἐνέπιπτεν ὁ Φίλιππος. Καὶ τὴν μὲν πρώτην 13
ἔντευξιν ἄχρι τούτου προελθόντες ἔλυσαν.

XIV. Κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν οἱ περὶ τὸν Ἄππιον πέμπειν ἐπέστειλαν τῷ Φιλίππῳ τὸν Ὀνόμαστον καὶ τὸν Κάσανδρον ἑξαυτῆς εἰς τὴν Ῥώμην, ἵνα πύθηται ἡ σύγκλητος περὶ τῶν γεγονότων. Ὁ δὲ βασιλεὺς, 2
διατραπεὶς ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ ἀπορήσας ἐπὶ πολὺν χρόνον, τὸν μὲν Κάσανδρον ἔφη πέμψειν, τὸν αὐθέντην γεγονότα τῆς πράξεως, ὡς ἐκεῖνοί φασιν, ἵνα πύθηται περὶ τούτου τὰς ἀληθείας ἡ σύγκλητος. τὸν δ' Ὀνό- 3
μαστον ἐξῆρεῖτο, καὶ παρ' αὐτὰ, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς

legationis socii. Qui, re statim cognita, cum gravi cr eo nomine cum *Philippo* expostularent; ille enimvero purgare se velle, et *ad se haud pertinere tantum scelus* contendere; *verum ad cives ipsos Maronitas, qui seditione inter se dimicassent: quorum alii quum ad Eumenem suis voluntatibus inclinarent, alii ad se, ex ea contentione in illam incidisse calamitatem.* Denique si quis se accusare vellet, eum jubebat vocari, ut coram id faceret. Hoc autem ille faciebat, persuasus, neminem præ metu prodire ausurum; propterea quod adversantibus paratum a Philippo supplicium, præsidium vero a Romanis longe erat abfuturum. Negante *Appio*, excusationem opus esse, *scire enim se certo, quæ facta essent et quo auctore;* cœpit Philippo aqua hærere. Ac primo quidem congressu hactenus productum colloquium, deinde discessum est.

XIV. Sequente die *Appius* jubet Philippum, ut *Onomastum et Cassandrum Romam sine mora mitteret, de iis quæ acciderant a patribus interrogandos.* Ea voce *Philippus* perturbari quam vehementissime, ut perdiu, quid consilii caperet, animi dubius nesciret. Deinde, *Cassandrum quidem se missurum*, respondet, *a quo scelus esset patratum, ut quidem ipsi dicerent; quo possent Patres rei veritatem ex eo cognoscere.* At *Onomastum* et tum statim, et quoties postea cum legatis est locutus,

Digitized by Google

πρεσβευταῖς ἐντυγχάνων· ἀφορμῇ μὲν χρώμενος, τῷ A. U. 570.
μὴ οἷον ἐν τῇ Μαρωνείᾳ παραγεγονέναι τὸν Ὀνόμαστον
κατὰ τὸν τῆς σφαγῆς καιρὸν, ἀλλὰ μηδ' ἐπὶ τῶν
4 σύνεγγυς τότων γεγονέναι· τῇ δὲ ἀληθείᾳ, δεδιὼς, μὴ
παραγενηθεὶς εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ πολλῶν ἔργων αὐτῷ
κεκοινωνηκὼς τοιούτων, οὐ μόνον τὰ κατὰ τοὺς Μαρω-
νίτας, ἀλλὰ καὶ τἆλλα πάντα [1]διασαφήσῃ τοῖς Ῥω-
5 μαίοις. Καὶ τέλος τὸν μὲν Ὀνόμαστον ἐξείλετο· τὸν Casandrum veneno tollit Philippus.
δὲ Κάσανδρον μετὰ τὸ τοὺς πρεσβευτὰς ἀπελθεῖν ἀπο-
στείλας, καὶ παραπέμψας ἕως Ἠπείρου, φαρμάκῳ
6 διέφθειρεν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄππιον, κατεγνωκότες τοῦ
Φιλίππου καὶ περὶ τῆς εἰς τοὺς Μαρωνίτας παρανο-
μίας, καὶ περὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἀλλοτριότητος, τοι-
7 αύτας ἔχοντες διαλήψεις ἐχωρίσθησαν. Ὁ δὲ βασι-
λεὺς γενόμενος καθ' ἑαυτὸν, καὶ συμμεταδοὺς τῶν
φίλων Ἀπελλεῖ καὶ Φιλοκλεῖ περὶ τῶν ἐνεστώτων,
ἦγεν σαφῶς ἐπὶ πολὺ προβεβηκυῖαν αὐτοῦ τὴν πρὸς Romanis infensus Philippus,
Ῥωμαίους διαφοράν, καὶ ταύτην οὐκ ἔτι λανθάνουσαν,
8 ἀλλὰ καταφανῆ τοῖς πλείστοις οὖσαν. Καθόλου μὲν
οὖν πρόθυμος ἦν εἰς τὸ κατὰ πάντα τρόπον ἀμύνασθαι
καὶ μετελθεῖν αὐτούς· πρὸς ἕνια δὲ τῶν ἐπινοουμένων
ἀπόχειρος ὤν, ἐπεβάλετο, πῶς ἂν ἐπιγένοιτό τις ἀνα-
στροφὴ, καὶ λάβοι χρόνον πρὸς τὰς εἰς τὸν πόλεμον
9 παρασκευάς. Ἔδοξεν οὖν αὐτῷ τὸν νεώτατον υἱὸν Δη- Demetrium fil. Romam mittit.

[1] διασαφήσῃ correxi. Vulgo διασαφήσει.

semper excepit; eo utens prætextu, *quod cædis illius tempore non modo Maroneæ ille, sed ne in regione quidem propinqua fuisset:* vera autem causa erat, quod metueret, ne, si Romam Onomastus veniret, quem multorum talium facinorum ministrum et conscium habebat, is non solum in Maronitas admissum scelus, sed etiam alia omnia Romanis indicaret. Tandem, Onomasto quæstioni exemto, *Casandrum* cum legatis proficisci jussum, missis, qui Epirum usque eum prosequerentur, veneno sustulit. Legati a Philippo ita sunt digressi, ut non dubitarent, quin et sceleris Maroneæ admissi reus esset Philippus, et animum a Romanis alienatum haberet. *Philippus*, per se tum rem reputans, et habita cum amicis *Apelle* et *Philocle* consultatione, satis intellexit, longe processisse suum cum Romanis dissidium, illudque non jam occultum esse, verum plerisque hominum innotuisse. Et omnino quidem ad ulciscendum se modis omnibus, et injurias suas persequendas, erat paratus. Sed quoniam ad nonnulla, quæ cogitabat, imparatus adhuc erat; cogitare cœpit, quanam ratione moram aliquam interponere posset, et tempus ad bellum præparandum nanisceretur. Statuit igitur, *Demetrium* minorem filium mittere Romam, simul ad

Digitized by Google

Ol. 148. 4. μήτριον πέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην, τὰ μὲν ἀπολογησόμενον ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων, τὰ δὲ καὶ παραιτησόμενον, εἰ καί τις ἄγνοια ἐγεγόνει [m]περὶ αὐτόν. πάνυ γὰρ ἐπέπειστο, διὰ τούτου πᾶν τὸ προσθεν ἀνύεσθαι παρὰ τῆς συγκλήτου, διὰ τὴν ὑπεροχὴν τὴν γεγενημένην τοῦ νεανίσκου κατὰ τὴν ὁμηρείαν. Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, 11 ἅμα μὲν ἐγίγνετο περὶ τὴν ἐκπομπὴν τούτου, καὶ τῶν ἅμα τούτῳ συνεξαποσταλησομένων φίλων· ἅμα δὲ τοῖς 12 Βυζαντίοις ὑπέσχετο βοηθήσειν, οὐχ οὕτως ἐκείνων στοχαζόμενος, ὡς ἐπὶ τῇ ἐκείνων προφάσει βουλόμενος καταπλήξασθαι τοὺς τῶν Θρᾳκῶν δυνάστας, τῶν [n]ὑπὸ τὴν Προποντίδα κατοικούντων, χάριν τῆς προκειμένης ἐπιβολῆς.

* * *

Lites Gortyniorum cum Gnossiis.

XV. Κατὰ τὴν Κρήτην, κοσμοῦντος ἐν [o]Γορτύνῃ [p]Κύδα τοῦ Ἀντιτάλκους, κατὰ πάντα τρόπον [q]ἐλαττούμενοι Γορτύνιοι τοὺς Κνωσσίους, ἀποτεμόμενοι τῆς χώρας αὐτῶν, τὸ μὲν καλούμενον Λυκάστιον προσένειμαν Ῥαυκίοις, τὸ δὲ Διατόνιον Λυκτίοις. Κατὰ δὲ 2 τὸν καιρὸν τοῦτον, παραγενομένων τῶν πρεσβευτῶν ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν Κρήτην τῶν περὶ τὸν Ἄππιον, χάριν

[m] περὶ αὐτὸν ex conject. scripsi. Vulgo περὶ αὐτῶν. [n] ὑπὲρ voluit Reisk. [o] Γορτύνῃ ex cod. Ursini restitui. Γορτύνῃ edidit Urs. Oportebat saltem Γόρτυνι. In *cod. Bav.* desideratur tota hæc Ecloga. [p] Κύδα τοῦ scripsi monente Gron. Vulgo Κυδάνου, quod ex Κυδωνιάτου corruptum suspicatus est Ursinus. [q] ἰλαττοῦντες videtur cum Reisk. scribendum.

purganda crimina, simul ad petendam veniam, si quid etiam esset a se peccatum. Prorsus namque persuasum habebat, per hunc quidvis a senatu obtineri posse, quoniam in singulari honore adolescens fuerat, cum obses Romæ esset. Hæc animo versans, simul necessaria parabat ad mittendum *Demetrium*, et amicos, quos in comitatum erat illi adjuncturus; simul *Byzantiis* promisit, opem se ipsis laturum; non tam, quod illis bene cuperet, quam ut, per speciem auxilii Byzantiis ferendi, regulis *Thracum*, qui *ad Propontidem* habitant, terrorem injiceret, ne ad ea, quæ moliebatur, sibi impedimento forent.

* * *

(*Legatio XLV.*)

XV. In CRETA, quo tempore *Gortynæ Cosmus* (id nomen est magistratus apud Cretenses) *Cydas* erat, Antitalcis filius; *Gortynii* omnibus modis *Cnossiorum* vires adtenuare cupientes, parte agrorum illis ademta, Lycastium, quod vocant, *Rauciis* contribuerunt, Diatonium *Lyctiis*. Ea vero tempestate quum venisset in Cretam Romana legatio, cujus princeps erat *Ap-*

Digitized by Google

τοῦ διαλῦσαι τὰς ἐνεστώσας αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους A. U. 570.
διαφορὰς, καὶ ποιησαμένων λόγους ὑπὲρ τούτων [r]τῇ
Κνωσσίων καὶ Γορτυνίων πόλει· πεισθέντες οἱ Κρηταιεῖς
3 ἐπέτρεψαν τὰ καθ' αὑτοὺς τοῖς περὶ τὸν [s]Ἄππιον. [t]Οἱ
δὲ, πεισθέντες, Κνωσσίοις μὲν ἀποκατέστησαν τὴν χώραν·
Κυδωνιάταις δὲ προσέταξαν, τοὺς μὲν ὁμήρους ἀπο-
λαβεῖν, οὓς ἐγκατέλειπον, δόντες τοῖς περὶ Χασμίωνα
πρότερον, τὴν δὲ Φαλάσαρναν ἀφεῖναι, μηδὲν ἐξ αὐτῆς
4 νοσφισαμένους. Περὶ δὲ [t]τῶν κατὰ κοινοδίκαιον συνε-
χώρησαν αὐτοῖς, βουλομένοις μὲν, αὐτοῖς ἐξεῖναι μετ-
5 ἔχειν· μὴ βουλομένοις δὲ, καὶ τοῦτ' ἐξεῖναι, πάσης
6 ἀπεχομένοις τῆς ἄλλης Κρήτης· αὐτοῖς τε, καὶ τοῖς ἐκ
Φαλασάρνης φυγάσιν, οἳ ἀπέκτειναν τοὺς περὶ Μενοί-
τιον, ἐπιφανεστάτους ὄντας τῶν πολιτῶν.

(VI.) *Res* Ægypti.

* * *

XVI. Πτολεμαῖος, ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, ὅτε τὴν Ptolemæus Epiph. Lycopolin obsidet.
Λύκων πόλιν ἐπολιόρκησε, καταπλαγέντες τὸ γεγονὸς οἱ
δυνάσται τῶν Αἰγυπτίων, ἔδωκαν σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν
2 βασιλέως πίστιν. οἷς κακῶς ἐχρήσατο, καὶ εἰς κινδύ-
νους πολλοὺς ἐνέπεσεν. Παραπλήσιον δέ τι συνέβη καὶ

[r] τῇ Κνωσσίων καὶ Γορτυνίων πόλει ex conject. scripsi. In cod. Ursini erat τῇ Κνωσίων καὶ Γορτύνη et aberat vocab. πόλει. Hinc Ursinus ex ingenio edidit τῶν Κνωσσίων καὶ Γορτυνίων, quod servans Casaub. *asteriscum* posuit ante τῶν Κνωσ. [s] Mendi suspectum verbum: ac intercidisse nonnulla videntur, ipsius fortasse Compilatoris vitio. [t] Mihi videtur utique τῶν κατὰ κοινὸν δικαίων scripsisse Polybius. Sed τῶν κατὰ τὸ κοινοδίκαιον voluit Spanh. et vocabulum defendit ex marmore Oxoniensi, in quo τὸ κοινοδίκιον legitur.

pius, ut exortas inter ipsos seditiones componeret; postquam de iis rebus apud Cnossios et Gortynios verba fecissent, persuaderi sibi passi sunt Cretenses, ut liberum de se Appio et ceteris legatis arbitrium permitterent. Hi, morem gerentes, *Cnossiis* ademtum agrum restituerunt; *Cydoniatisque* præceperunt, ut obsides suos reciperent, quos *Chasmioni* prius datos postea dereliquerant, tum ut *Phalasarna* excederent, nihil ex ea auferentes. Quod vero ad *communia gentis jura* spectat, permiserunt eis, si vellent, ea participare: si nollent, id quoque ut liberum eis esset, modo reliqua abstinerent Creta. Neque id his solum, sed et *Phalasarnensibus* exsulibus concesserunt, qui *Menætium*, clarissimum suæ civitatis virum, occiderant.

(VI.) *Excerpta Valesiana.*

* * *

XVI. *Ptolemæo*, Ægypti rege, *Lycopolin* obsidente, Ægyptiorum optimates, terrore perculsi, regis fidei sese dediderunt. Quos quidem rex acerbe accepit, eoque in multa discrimina est delapsus. Idem fere etiam iis

Digitized by Google

Ol. 148. 4. Sævus in supplices.

κατὰ τοὺς καιροὺς, ἡνίκα Πολυκράτης τοὺς ἀποστάτας ἐχειρώσατο. οἱ γὰρ περὶ τὸν Ἀθίνιν καὶ Παυσίραν καὶ 4 Χέσουφον καὶ τὸν Ἰρόβαστον, οἵπερ ἦσαν ἔτι διασωζόμενοι τῶν δυναστῶν, εἴξαντες τοῖς πράγμασι παρῆσαν εἰς τὸν Σάϊν, σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν τοῦ βασιλέως ἐγχειρίζοντες πίστιν. ὁ δὲ Πτολεμαῖος ἀθετήσας τὰς πίστεις, 5 καὶ [x]δήσας τοὺς ἀνθρώπους γυμνοὺς ταῖς ἁμάξαις εἷλκε, καὶ μετὰ ταῦτα τιμωρησάμενος ἀπέκτεινε. καὶ 6 παραγενόμενος εἰς τὴν Ναύκρατιν μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ παραστήσαντος αὐτῷ τοὺς ἐξενολογημένους ἄνδρας

Aristonicus.

ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ἀριστονίκου, προσδεξάμενος τούτους ἀπέπλευσεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τῶν μὲν τοῦ πολέμου 7

Polycrates.

πράξεων οὐδεμιᾶς κεκοινωνηκὼς διὰ τὴν Πολυκράτους [y]ἀδικοδοξίαν, καίπερ ἔχων ἔτη πέντε καὶ εἴκοσιν.

* * *

Aristonicus, eunuchus strenuus.

XVII. Ἀριστόνικος Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου εὐνοῦχος μὲν ἦν, ἐκ παιδίου δ' ἐγεγόνει σύντροφος τῷ βασιλεῖ. Τῆς δ' ἡλικίας προβαινούσης, 2 ἀνδρωδεστέραν εἶχεν, ἢ κατ' εὐνοῦχον, τόλμαν καὶ προαίρεσιν. καὶ γὰρ φύσει στρατιωτικὸς ἦν, καὶ πλεί- 3 στην ἐποιεῖτο διατριβὴν ἐν τούτοις καὶ περὶ ταῦτα. παραπλησίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις ἱκανὸς ὑπῆρχε, 4 καὶ τὸν κοινὸν νοῦν εἶχεν, ὃ σπάνιον ἐστί· πρὸς δὲ τού- 5 τοις πρὸς εὐεργεσίαν ἀνθρώπων ἐπεφύκει καλῶς.

[x] Fors. ἐνδήσας. [y] Vocab. ἀδικοδοξίαν improbavit Reiskius.

temporibus accidit, quibus *Polycrates* defectores in potestatem redegit. Athinis enim, et Pausiras, et Chesuphus, et Irobastus, qui ex optimatibus Ægyptiorum reliqui erant, temporum necessitati cedentes, *Sain* venerunt, seque regis fidei ultro commiserunt. At Ptolemæus, spreta omni fide, comprehensos homines et nudos ad currum revinctos traxit, ac paullo post neci dedit. Inde *Naucratim* profectus cum exercitu, adsumtis mercenariis militibus, quos ei ex Græcia *Aristonicus* adduxerat, Alexandriam maritimo itinere est reversus, cum nullam omnino partem rei militaris attigisset, ex iniquo *Polycratis* consilio, tametsi annum ætatis agens quintum ac vicesimum.

* * *

XVII. *Aristonicus* Ptolemæi regis Ægypti eunuchus quidem erat; a puero vero una cum rege in aula fuerat educatus. Progressu vero ætatis fortior ac generosior evasit, quam eunuchi ferre soleat natura. Nam et suopte ingenio erat bellicosus, et adsidue in rebus bellicis sese exercebat. Idem in congressibus pariter idonea utebatur dexteritate, quodque raro contingit, moderati ac civilis animi erat: præterea ab bene merendum de hominibus natura erat factus.

Digitized by Google

(VII.) *Res* Eumenis. A. U. 570.

* * *

XVIII. Ἀπολλωνὶς, ἡ Ἀττάλου τοῦ πατρὸς Εὐ- Apollonias,
μένους τοῦ βασιλέως γαμετὴ, Κυζικηνὴ ἦν· γυνὴ διὰ Eumenis
πλείους αἰτίας ἀξία μνήμης καὶ παραφημασίας. Καὶ mater.
γὰρ ὅτι δημότις ὑπάρχουσα βασίλισσα ἐγεγόνει, καὶ ταύτην διεφύλαξε τὴν ὑπεροχὴν μέχρι τῆς [z]τελευταίας, οὐχ ἑταιρικὴν προσφερομένη πιθανότητα, σωφρονικὴν δὲ καὶ πολιτικὴν σεμνότητα καὶ καλοκἀγαθίαν, [a]δικαία τυγχάνειν τῆς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμης ἐστίν· καὶ καθόλου, ὅτι τέτταρας υἱοὺς γεννήσασα, πρὸς πάντας τούτους ἀνυπέρβλητον διεφύλαξε τὴν εὔνοιαν καὶ φιλοστοργίαν μέχρι τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς, καί τοι χρόνον οὐκ ὀλίγον ὑπερβιώσασα τἀνδρός. Πλὴν οἵ γε περὶ τὸν In eam pie-
Ἄτταλον ἐν τῇ παρεπιδημίᾳ καλὴν περιεποιήσαντο tas Eumenis
φήμην, ἀποδιδόντες τῇ μητρὶ τὴν καθήκουσαν χάριτα et Attali.
καὶ τιμήν. Ἄγοντες γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν μέσην αὐτῶν τὴν μητέρα, περιῆσαν τά θ' ἱερὰ καὶ τὴν πόλιν μετὰ τῆς θεραπείας. Ἐφ' οἷς οἱ θεώμενοι μεγάλως τοὺς νεανίσκους ἀπεδέχοντο καὶ κατηξίουν· καὶ μνημονεύοντες τῶν [b]περὶ τὸν Κλέοβιν καὶ Βίτωνα συνέκρινον τὰς αἱρέσεις αὐτῶν, καὶ τὸ τῆς προθυμίας τῆς ἐκείνων

[z] Apud Suidam additur vocab. ἡμέρας. [a] Vulgo καὶ δικ. τυγχ. Delevi conjunctionem ex conject. [b] Articulum τὸν omisit Suidas: non male.

(VII.) *Excerptum Valesianum.*

* * *

XVIII. *Apollonias*, regis *Attali uxor*, *Eumenis mater*, Cyzico oriunda erat; mulier plurimas ob caussas memoria et laude digna. Nam et quod plebeia cum esset, tamen regina adscita est, idque fastigium usque ad exitum vitæ retinuit, non meretriciiis illecebris, sed modestia morumque gravitate quadam civili et probitate, eapropter virtutis suæ laudem meretur: et omnino, quod, cum quatuor filios peperisset, incredibilem in cunctos benevolentiam atque amorem ad extremum usque spiritum conservavit, quamvis diuturno tempore marito superstes vixerit. Ceterum *Attalus* cum fratre, in illo adventu in urbem Cyzicum, obsequio atque honore matri (ut par erat) præstito, maximam laudem est adeptus. Matrem enim ambo mediam utraque manu deducentes, templa ac cetera urbis loca cum comitatu regio perlustrarunt. Proinde omnes qui aderant, spectaculo vehementer delectati, adolescentes summopere laudabant: et *Cleobidis ac Bitonis* factum memoria repetentes, studia utrorumque inter se conferebant, et, si quid hic deesse videretur ad eximiam illam rationem qua isti adfectum suum

Digitized by Google

Ol. 148. 4. λαμπρὸν τῷ τῆς ὑπεροχῆς τῶν βασιλέων ἀξιώματι
Pax Eumenis cum Prusia. συναναπληροῦντες. Ταῦτα δ' ἐτελέσθη ἐν Κυζίκῳ μετὰ 8
τὴν διάλυσιν τὴν πρὸς Προυσίαν τὸν βασιλέα.

declararunt, id eminenti regum dignitate compensari dictitabant. Hæc *Cyzici* gesta sunt post *pacem cum Prusia* rege factam.

Digitized by Google

ΤΗΣ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

Plurimæ LEGATIONES, *ex Græcia, Macedonia, Asia,* ROMAM *missæ.*

* * *

Ol. 149. 1. A. U. 571. Quænam fuerint variæ legationes.

1. ΚΑΤΑ τὴν θ′ καὶ μ′ Ὀλυμπιάδα πρὸς ταῖς ρ′, εἰς τὴν Ῥώμην ἠθροίσθησαν πρεσβειῶν πλῆθος ἀπὸ τῆς 2 Ἑλλάδος, ὅσον οὐ ταχέως πρότερον. Τοῦ γὰρ Φιλίππου συγκλεισθέντος εἰς τὴν κατὰ τὸ σύμβολον δικαιοδοσίαν πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας, καὶ τῶν Ῥωμαίων γνωσθέντων, ὅτι προσδέχονται τὰς κατὰ Φιλίππου κατηγορίας, καὶ πρόνοιαν ποιοῦνται τῆς ἀσφαλείας τῶν πρὸς 3 αὐτὸν ἀμφισβητούντων· ἅπαντες οἱ παρακείμενοι τῇ Μακεδονίᾳ παρῆσαν, οἱ μὲν κατ' ἰδίαν, οἱ δὲ κατὰ πόλιν, οἱ δὲ κατὰ τὰς ἐθνικὰς συστάσεις, ἐγκαλοῦντες 4 τῷ Φιλίππῳ. Σὺν δὲ τούτοις οἱ παρ' Εὐμένους ἦκον ἅμ' Ἀθηναίῳ τῷ τοῦ βασιλέως ἀδελφῷ, κατηγορήσοντες

I.

Legatio XLVI.

* * *

1. *OLYMPIADE centesima quadragesima nona* Romam convenerunt *legati ex Græcia,* tanto numero, quantus vix umquam ante fuerat conspectus. Postea enim quam eo redactus est Philippus, ut disceptare ex pacto convento cogeretur cum finitimis, compertumque est, Romanos crimina querimoniasque de Philippo non aspernari, atquo adeo curæ illis esse salutem eorum, qui controversias cum rege habent; omnes Macedoniæ adcolæ, alii privatim, alii civitatum, alii gentium nomine, Romam *ad accusandum Philippum* venerunt. Sed et *Eumenis legatio* una adfuit, cum fratre ejus *Athenæo,* ad querendum de eodem, simul quod non deducerentur

Digitized by Google

Ol. 149. 1. αὐτοῦ περί τε τῶν ἐπὶ Θράκης πόλεων, καὶ περὶ τῆς ἀποσταλείσης Περουσίᾳ βοηθείας. Ἦκε δὲ καὶ Δημή- 5
τριος ὁ τοῦ Φιλίππου, πρὸς πάντας τούτους ἀπολογησόμενος, ἔχων Ἀπελλῆ καὶ Φιλοκλῆ μεθ' ἑαυτοῦ, τοὺς τότε δοκοῦντας εἶναι πρώτους φίλους τοῦ βασιλέως. Παρῆσαν δὲ καὶ παρὰ Λακεδαιμονίων πρέσβεις, ἀφ' 6
Athenæus, frater Eumenis. ἑκάστου γένους τῶν ἐν τῇ πόλει. Πρῶτον μὲν οὖν ἡ 7
σύγκλητος εἰσεκαλέσατο τὸν Ἀθηναῖον, καὶ δεξαμένη τὸν στέφανον, ὃν ἐκόμιζεν ἀπὸ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων χρυσῶν, ἐπῄνεσέ τε μεγαλομερῶς τὸν Εὐμένη καὶ τοὺς ἀδελφοὺς διὰ τῆς ἀποκρίσεως, καὶ παρεκά-
Demetrius, et accusatores Philippi. λεσε μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. Ἐπὶ δὲ τούτῳ τὸν 8
Δημήτριον εἰσαγαγόντες οἱ στρατηγοί, [a]παρεκαλέσαντο τοὺς κατηγοροῦντας τοῦ Φιλίππου πάντας, καὶ παρῆγον κατὰ μίαν πρεσβείαν. Οὐσῶν δὲ τῶν πρεσβειῶν πολ- 9
λῶν, καὶ τῆς εἰσόδου τούτων γενομένης ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, εἰς ἀπορίαν ἐνέπιπτεν ἡ σύγκλητος, περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειρισθῆναι τὰ κατὰ μέρος. Παρά τε γὰρ Θετταλῶν 10
καὶ κατὰ κοινὸν ἦκον καὶ κατ' ἰδίαν ἀφ' ἑκάστης πόλεως πρεσβευταὶ, παρά τε Περραιβῶν, ὁμοίως δὲ καὶ παρ' Ἀθαμάνων, καὶ παρ' Ἠπειρωτῶν, καὶ παρ' Ἰλλυριῶν· οἱ μὲν περὶ χώρας, οἱ δὲ περὶ σωμάτων, οἱ 11
δὲ περὶ θρεμμάτων ἦκον ἀμφισβητοῦντες, ἔνιοι δὲ περὶ συμβολαίων καὶ ὧν εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων· τινὲς μὲν 12

[a] παρεκαλέσαντο malim cum Gron.

ex Thraciæ urbibus præsidia, simul quod in Bithynium Prusiæ auxilia missa forent. Venit autem et *Demetrius*, *Philippi filius*, ad omnes horum criminationes responsurus, habens in comitatu suo Apellem et Philoclem, qui ea tempestate principem locum in amicitia Philippi obtinebant. Aderant vero etiam *Lacedæmoniorum legationes* diversæ, a singulis factionibus civitatis separatim missæ. Ante omnes alios senatus vocavit *Athenæum*, et accepta corona, quam adtulerat, aureorum quinquies mille, ita respondit, ut verbis magnificis Eumenem et ejus fratres laudaret: rogavitque, hunc animum ut in posterum servarent. Deinde *Demetrium* introduxerunt consules, pariterque introvocarunt omnes, qui *Philippi accusandi gratia* venerant; easque legationes separatim singulas produxerunt. Quum autem plurimæ essent legationes illæ, eæque per triduum jam auditæ fuissent; dubitatio incessit patres, quonam modo in hac negotio se gererent. Nam e *Thessalia* legati venerant, alii communi totius gentis nomine, alii missu urbium singularum; pariterque e *Perrhæbia*, *Athamania*, *Epiro*, *Illyrico*: quorum alii *agro mulctato* se querebantur, alii *mancipia adempta*, *aut pecus abactum*, alii *in causis pecuniariis injurium* sibi

Digitized by Google

[a] οὐ φάσκοντες δύνασθαι τυχεῖν τοῦ δικαίου κατὰ τὸ A. U. 571.
σύμβολον, διὰ τὸ τὸν Φίλιππον [b] ἐγκόπτειν τῇ δικαιο-
12 δοσίᾳ· τινὲς δ' ἐγκαλοῦντες τοῖς κρίμασιν, ὡς [c] παρα-
βεβραβευμένοις, διαφθείραντος τοῦ Φιλίππου τοὺς δικα-
13 στάς. Καθόλου δὲ ποικίλη τις ἦν [d] ἀπρισία καὶ [e] δυσ-
χώρητος ἐκ τῶν κατηγορουμένων.

II. [f] Ὅθεν ἡ σύγκλητος, οὔτ' αὐτὴ δυναμένη ἀπο- Respondet Demetrius nomine patris.
κρινεῖν, οὔτε τὸν Δημήτριον κρίνουσα δεῖν ἑκάστους
2 τούτων λόγον ὑπέχειν· ἅτε καὶ φιλανθρώπως πρὸς αὐτὸν
διακειμένη, καὶ θεωροῦσα νέον ὄντα κομιδῇ, καὶ πολὺ
τῆς τοιαύτης [g] συντροφίας καὶ ποικιλίας ἀπολειπόμενον·
3 μάλιστα δὲ βουλομένη, μὴ τῶν Δημητρίου λόγων
ἀκούειν, ἀλλὰ τῆς Φιλίππου γνώμης ἀληθινὴν λαβεῖν
4 πεῖραν· [h] αὐτὸν μὲν Δημήτριον παρέλυσε τῆς δικαιολο-
γίας, [i] ἤρετο δὲ τὸν νεανίσκον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ φίλους,
εἴ τινα περὶ τούτων ὑπομνηματισμὸν ἔχουσι παρὰ τοῦ
5 βασιλέως; Τοῦ δὲ Δημητρίου φήσαντος ἔχειν, καὶ Demetrius causam patris agit.
προτείναντός τι βιβλίδιον οὐ μέγα· λέγειν αὐτὸν ἐκέ-
λευσεν, ἥντιν τὰ ὑπομνήματα περιεῖχε πρὸς ἕκαστον
6 τῶν κατηγορουμένων ἀπόφασιν πεφαλαιώδη. Ὁ δὲ, τὸ
μὲν πεποιηκέναι τὸ προσταχθὲν ὑπὸ Ῥωμαίων, ἔφασκεν,

[a] *οὐ φάσκοντες δύνασθαι* ex conject. scripsi. MSti habent *οὖν φάσκ. δύν.* Hinc Ursinus ex ing. edidit *οὖν φάσκ. μὴ δύν.* [b] Forsan *ἐκπόπτειν τὴν δικαιοδοσίαν.* [c] *παρακεβραβευμένοις* adscivi ex Bav. Vulgo in casu recto *παρακεβραβευμένος.* [d] *ἀπρισία* debetur Casaubono. *ἀπρασία* Urs. *ἀπραξία* Bav. [e] *δυσχώρητος* suspicatus est Reisk. [f] *διαφθεῖραντος* Bav. [g] *συντροφίας* susp. Reisk. quod expressit Casaub. *imparem vafris versutisque accusatorum ingeniis.* [h] Conjunct. *μὲν* ex conject. inserui cum Reisk. [i] *ἤρετο* correxi. Mendose vulgo *εἴρετο.*

factam. Nonnulli dicere, *jus æquum ex pacto convento obtineri a Philippo non posse; quia rex, quominus jus redderetur, impediret:* alii, *de judiciis* queri, *quæ pessime exercerentur, judicibus a Philippo corruptis.* Atque omnino, ex objectis criminibus varia quædam et haud facile extricabilis confusio in audientium animis existebat.

II. Senatus igitur, qui nec satis cognoscere ipse omnia poterat, et æquum non censebat, ut *Demetrius* his omnibus sigillatim rationem redderet: (erat enim senatus properato in Demetrium animo, et juvenem admodum eum esse videbat, longe imparem conjuncto tali multorum tamque multiplici impetui; quum præsertim patribus esset propositum, non Demetrium orantem audire, sed *Philippi* mentem certo documento cognoscere:) Demetrio necessitatem respondendi per se ipsum ad singula remisit, quæsivit autem a juvene ejusque comitibus, *ecquem de his rebus commentarium a rege conscriptum haberent?* Quum respondisset Demetrius, *habere sese*, et libellum quemdam non magnum manu porrecta ostendisset; senatus jussit eum, ad singulas criminationes summatim ea dicere, quæ commentario continerentur. In eo libro

Digitized by Google

Ol. 149. 1. ἢ τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ πεπρᾶχθαι τοῖς ἐγκαλοῦσιν [k] ἀνετίθει. προσίκειτο δὲ πρὸς ταῖς πλείσταις ἀποφάσεσιν· 7
καί τοι οὐκ ἴσως χρησαμένων ἡμῖν τῶν πρεσβευτῶν τῶν
περὶ Καικίλιον ἐν τούτοις· καὶ πάλιν, καίτοιγε οὐ
δικαίως ἡμῶν ταῦτα πασχόντων. Τοιαύτης δ' οὔσης 8
τῆς Φιλίππου γνώμης ἐν πάσαις ταῖς ἀποφάσεσι, διακούσασα τῶν παραγεγονότων ἡ σύγκλητος, μίαν ἐποι-
Responsum senatus. ήσατο περὶ πάντων διάληψιν. Ἀποδεξαμένη γὰρ τὸν 9
Δημήτριον μεγαλομερῶς καὶ φιλανθρώπως διὰ τοῦ στρατηγοῦ, πολλοὺς καὶ παρακλητικοὺς πρὸς αὐτὸν διαθεμένη λόγους, ἀπόκρισιν ἔδωκε, διότι περὶ πάντων, καὶ τῶν εἰρημένων ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀνεγνωσμένων, Δημητρίῳ πιστεύει, διότι τὰ μὲν γέγονε, τὰ δὲ ἔσται, καθάπερ δίκαιόν ἐστι γίγνεσθαι. Ἵνα δὲ καὶ Φίλιππος 10
εἰδῇ, διότι τὴν χάριν ταύτην ἡ σύγκλητος Δημητρίῳ δίδωσιν, ἐξαποστελεῖν ἔφη πρεσβευτὰς ἐποψομένους, εἰ γίγνεται πάντα κατὰ τὴν τῆς συγκλήτου βούλησιν, ἅμα δὲ διασαφήσοντας τῷ βασιλεῖ, διότι τῆς συμπεριφορᾶς τυγχάνει ταύτης διὰ Δημήτριον. Καὶ ταῦτα 11
μὲν τοιαύτης ἔτυχε διεξαγωγῆς.

Eumenis legati. III. Μετὰ δὲ τούτους εἰσῆλθον οἱ παρ' Εὐμένους πρέσβεις, περί τε τῆς βοηθείας, τῆς ἀποσταλείσης ὑπὸ τοῦ Φιλίππου τῷ Προυσίᾳ, κατηγορῆσαι, καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης τόπων· φάσκοντες, οὐδ' ἔτι καὶ νῦν αὐτὸν

[k] ἀνετίθη Bav.

rex, de aliis, *fecisse se*, aiebat, *quod decreto Romanorum justus fuisset*: de aliis, *quominus decreto obtemperaretur, per eos stetisse, qui accusarent*. Ad pleraque autem capita erant hæc verba adjecta: *Licet æquo jure nobiscum in hac re Cæcilius ceterique legati non egerint*: aut rursus, *etsi iniqué hæc adversus nos sunt decreta*. Quum in singulis causis hic animus Philippi se ostenderet; senatus, auditis legationibus omnibus, unica sententia omnia est complexus. Demetrio namque, magnifice et perhumaniter per consulem excepto, et multis verbis blande admonito, ita respondit: *de omnibus, quæ vel dixisset vel legisset Demetrius, senatum ipsi credere, et confidere, partim facta esse, partim factum iri omnia, uti æquum justumque est. Atque, ut sciret Philippus, Demetrio beneficium hoc tribui a senatu, missuros esse patres legatos, qui viderent, an ex voluntate senatus cuncta administrentur; simulque regi significarent, propter Demetrium hanc ipsi veniam esse indultam.* Hunc exitum habuit id negotium.

III. Post hos ingressi sunt Eumenis *oratores*, ad querendum *de missis auxilii Prusiæ a Philippo*, et *de urbibus Thraciæ*, quod dicerent, *ne nunc*

Digitized by Google

2 ἐξαγηοχέναι τὰς φρουρὰς ἐκ τῶν πόλεων. Τοῦ δὲ A. U. 571.
Φιλοκλέους ὑπὲρ τούτων βουληθέντος ἀπολογεῖσθαι, διὰ
τὸ καὶ πρὸς τὸν Προυσίαν πεπρεσβευκέναι, καὶ τότε
περὶ τούτων ἐξαπεσταλθαι πρὸς τὴν σύγκλητον ὑπὸ τοῦ
3 Φιλίππου· βραχύν τινα χρόνον ἡ σύγκλητος ἐπιδεξα-
μένη τοὺς λόγους, ἔδωκεν ἀπόκρισιν, διότι τῶν ἐπὶ
Θρᾴκης τόπων, ἐὰν μὴ καταλάβωσιν οἱ πρεσβευταὶ
πάντα διωκημένα κατὰ τὴν τῆς συγκλήτου γνώμην,
καὶ πάσας τὰς πόλεις εἰς τὴν Εὐμένους πίστιν ἐγκεχει-
ρισμένας, οὐκ ἔτι δυνήσεται φέρειν, οὐδὲ καρτερεῖν παρα-
4 κρουομένη περὶ τούτων. Καὶ τῆς μὲν Φιλίππου καὶ
Ῥωμαίων παρατριβῆς, ἐπὶ πολὺ προβαινούσης, ἐπίστα-
σις ἐγενήθη κατὰ τὸ παρὸν, διὰ τὴν τοῦ Δημητρίου
5 παρουσίαν. πρὸς μέν τοι γε τὴν καθόλου τῆς οἰκίας Demetrio invidet Philippus et Perseus.
ἀτυχίαν οὐ μικρὰ συνέβη τὴν εἰς τὴν Ῥώμην τοῦ νεανί-
6 σκου πρεσβείαν συμβάλλεσθαι. Ἥ τε γὰρ σύγκλητος,
ἀπερισκαμένη τὴν χάριν ἐπὶ τὸν Δημήτριον, ἐμετεώρισε
μὲν τὸ μειράκιον, ἐλύπησε δὲ καὶ τὸν Περσέα καὶ τὸν
Φίλιππον ἰσχυρῶς, τῷ δοκεῖν, μὴ δι' αὐτοὺς, ἀλλὰ διὰ
Δημήτριον τυγχάνειν τῆς παρὰ Ῥωμαίων φιλανθρω-
7 πίας. [l]Ὅ τε καί τις ἐκπαλεσάμενος τὸ μειράκιον, καὶ
προβιβάσας εἰς λόγους ἀπορρήτους, οὐκ ὀλίγα [m]συνε-
8 βάλλετο πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. τόν τε γὰρ νεανίσκον
ἐψυχαγώγησεν, ὡς αὐτίκα μάλα συγκατασκευασόντων

[l] Forsan ὅ τι καὶ Τίτος. [m] συνεβάλετο Bav.

quidem præsidia ab rege inde esse deducta. Quum vellet *Philocles* dicere aliquid ad excusandum regem, quod et ad Prusiam legationem obierat, et de iisdem rebus eo tempore missus fuerat a Philippo ad senatum; *Patres*, oratione ipsius aliquamdiu patienter audita, responsum dederunt; *quod ad loca illa sita in Thracia attineret, nisi omnia ex voluntate senatus facta invenerint legati, omnesque urbes in fidem Eumeni permissas; senatum non amplius toleraturum, neque passurum sibi in ea re diutius verba dari.* Ita simultatem inter Philippum et Romanos, jam satis longe progressam, Demetrii adventus Romam nonnihil inhibuit. Ceterum ad universam regiæ domus calamitatem momentum non parvum adtulit eadem hæc juvenis illius legatio. Nam et senatus, qui uni Demetrio hoc beneficium voluit imputari, adolescentis animum inani spe extulit, et Perseum Philippumque offendit graviter, quod non propter se, verum propter Demetrium, benignitatem populi Romani viderentur experiri. Et simul nonnemo, [*T. Quinctius,*] seducto adolescente, et arcano cum ipso habito colloquio, ad eamdem calamitatem haud parum contulit. Nam et juvenem blanda spe demulsit, quasi es-

Digitized by Google

Ol. 149. 1. αὐτῷ Ῥωμαίων τὴν βασιλείαν· τούς τε περὶ τὸν Φίλιππον ἠρέθισε, γράψας, ἐξ αὐτῆς τὸν Δημήτριον ἀποστέλλειν πάλιν εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ τῶν φίλων, ὡς [n]πλείστων καὶ χρησιμωτάτων. Ταύταις γὰρ ταῖς 9
ἀφορμαῖς χρησάμενος ὁ Περσεὺς, μετ' ὀλίγον ἔπεισε
τὸν πατέρα συγκαταθέσθαι τῷ Δημητρίου θανάτῳ.
Περὶ μὲν οὖν τούτων ὡς ἐχειρίσθη τὰ κατὰ μέρος, ἐν 10
τοῖς ἑξῆς δηλώσομεν.

Lacedæmonior. legati. IV. Ἐπὶ δὲ τούτοις εἰσεκλήθησαν οἱ παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων πρέσβεις. Τούτων δ' ἦσαν διαφοραὶ δ'. οἱ 2
μὲν γὰρ [o]περὶ Δύσιν [p]ἥκοντες * τῶν ἀρχαίων φυγάδων
ἐπρέσβευον, φάσκοντες, δεῖν ἔχειν αὐτοὺς πάσας τὰς
κτήσεις, [q]ἀφ' ὧν ἐξ ἀρχῆς ἔφυγον· οἱ δὲ περὶ τὸν [r]Ἀρεα 3
καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην, ἐφ' ᾧ ταλαντιαίαν λαβόντες
κτῆσιν ἐκ τῶν ἰδίων, τὰ λοιπὰ διαδοῦναι τοῖς ἀξίοις τῆς
πολιτείας. [r]Σήριππος δὲ ἐπρέσβευε περὶ τοῦ μένειν τὴν 4
ὑποκειμένην κατάστασιν, ἣν ἔχοντές ποτε συνεπολιτεύοντο μετὰ τῶν Ἀχαιῶν. Ἀπὸ δὲ τῶν τεθνεωτωμένων 5
καὶ τῶν ἐκπεπτωκότων κατὰ τὰ τῶν Ἀχαιῶν δόγματα
παρῆσαν οἱ περὶ [s]Χαίρωνα, κάθοδον αὐτοῖς ἀξιοῦντες
συγχωρηθῆναι, καὶ τὴν πολιτείαν ἀποκατασταθῆναι

[n] πλείστων καὶ χρησιμωτάτων scripsi ex Gron. et Reiskii emendatione. πλείστων καὶ χρησιμώτατον dabant MSti: quæ tenens Ursinus, post πλείστων ex ing. inserult vocab. ἀφίλιμον. [o] περὶ Δύσιν revocavi ex MStis. περὶ λύσεως ex ingenio Ursini erat editum. [p] Post ἥκοντες asteriscum posui. Aut supple ἀπὸ, aut lege ὄντες τῶν ἀρχ. φυγ. [q] ἀφ' ὧν Casaub. et seqq. invitis MStis. [r] Ἥριππος, *Herippus*, suspicatus est Reisk. [s] Sic Bav. Χάρωνα Urs.

sent Romani non multo post regem eum constituturi; et Philippum quoque non mediocriter irritavit, hortatus illum per literas, ut *protinus iterum Romam Demetrium cum amicis mitteret, iisque quam plurimis maximeque idoneis.* His siquidem occasionibus impulsus *Perseus*, mox patri persuasit, ut in Demetrii mortem consentiret. Quæ omnia quomodo acciderint, sigillatim in sequentibus declarabimus.

IV. Post istos vocati sunt *Lacedæmoniorum legati*. Horum erant factiones quatuor. Alii enim, quorum princeps erat *Lysis*, nomine *veterum exsulum* venerant; postulantes, ut *omnes possessiones, quas irrogati sibi exsilii tempore habuissent, ipsis restituerentur.* Contra *Areus et Alcibiades* petebant, ut *exsulibus de suis bonis ad unius talenti æstimationem redderetur, cetera bene meritis civibus dividerentur.* Legatio *Serippi* eo spectabat, ut *in eum statum restitueretur respublica, qui tum fuit, cum Achæorum concilii erant.* Caussam eorum, qui *mortis damnati ab Achæis aut in exsilium pulsi* fuerant, *Chæron* agebat, postulans, ut *reditus in patriam iis concederetur, et ut respublica in eum statum restitueretur*

Digitized by Google

6 [t]τοιαύτην, * *. Ἐποιοῦντο δὲ πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς A. U. 571. Tres viros eligit senatus.
7 [u]οἰκείους ταῖς ἰδίαις ὑποθέσεσι λόγους. Οὐ δυναμένη δὲ διευκρινεῖν ἡ σύγκλητος τὰς κατὰ μέρος διαφοράς, προσχειρίσατο τρεῖς ἄνδρας, τοὺς καὶ πρότερον ἤδη πεπρεσβευκότας περὶ τούτων εἰς τὴν Πελοπόννησον· οὗτοι
8 δ' ἦσαν [x]Τίτος, Καικίλιος, * . ἐφ' οἷς γενομένων λόγων πλειόνων, ὑπὲρ μὲν τοῦ κατατοξεύεσθαι τοὺς καταπεφευγότας καὶ τεθνατωμένους, καὶ περὶ τοῦ μένειν τὴν
9 πόλιν μετὰ τῶν Ἀχαιῶν, ἐγένετο πᾶσι σύμφωνον· περὶ δὲ τῶν κτήσεων, πότερον δεῖ τὸ τάλαντον [y]εἰς ἐπάστους φυγάδας ἐκ τῶν ἰδίων ἐκλέξασθαι, περὶ τούτων διημφισ-
10 βήτουν πρὸς ἀλλήλους. Ἵνα δὲ μὴ πάλιν ἐξ ἀπεραίου περὶ πάντων ἀντιλέγοιεν, ἔγγραπτον ὑπὲρ τῶν ὁμολογουμένων γίγνεσθαι ἐκέλευον, [z]ἐφ' ὃ πάντες ἐπεβάλλοντο
11 τὰς ἰδίας σφραγίδας. Οἱ δὲ περὶ τὸν Τίτον βουλόμενοι Xenarchus, Achæorum legatus.
καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς εἰς τὴν ὁμολογίαν ἐκπλῆξαι, προσε-
12 καλέσαντο τοὺς περὶ Ξέναρχον. οὗτοι γὰρ ἐπρέσβευον τότε παρὰ τῶν Ἀχαιῶν, ἅμα μὲν ἀνανεούμενοι τὴν συμμαχίαν, ἅμα δὲ τῇ τῶν Λακεδαιμονίων διαφορᾷ
13 προσδρεύοντες. Καὶ παρὰ τὴν προσδοκίαν ἐρωτώμενοι περὶ τῶν γεγραφομένων, εἰ συνευδοκοῦσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως

[t] Si vera est hæc scriptura, utique verba nonnulla h. l. interciderunt: quare *asteriscos* adponere visum est. [u] Ante *οἰκείους* videtur. intercidisse vocab. *Ῥωμαίους*. [x] Vulgo cum Ursino edebatur *Τίτος, Καίτιος, Καικίλιος*. In notis autem Ursini locus sic citatur *Τίτος Κάϊντος Καικίλιος*. Medium nomen non habet Bav. Hinc post *Καικίλιος lacunam* notavi. Supplendum autem nomen *Ἄππιος*. [y] *εἰς ἑκάστους φυγάδας* ex conject. scripsi. *εἰς τε γὰρ τοὺς φυγάδας* dant scripti libri. Editi *εἰς* * *τε γὰρ φυγάδας*. Sed Ursinus suspicatus erat *εἰς τοὺς φυγάδας*. [z] *ἐφ' ᾧ* recepimus ex Bav. Vulgo *ἐφ' ᾧ*.

tur *. Omnes hi cum Achæis sic agebant, uti postulabat causa, quam defensum venerant. Senatus, cum tot hasce controversias non satis caperet, tres viros delegit, qui jam ante de iis rebus legati in Peloponnesum missi fuerant: hi autem erant *Titus, Cæcilius*, [*Appius Claudius.*] Apud quos postquam esset hæc controversia diu multumque agitata; de reditu quidem in patriam exsulum et capitis damnatorum, item de eo, ut in concilio Achæorum civitas maneret, inter omnes convenit: de possessionibus vero, et an æquum esset, ut exsules e bonis suis ad talenti unius æstimationem optarent, hæc erant, de quibus inter ipsos non conveniebat. Porro ne super omnibus iterum de integro altercarentur, referri in scripta, quæ partium consensu essent probata, et omnium signa pactis scriptis imprimi, jusserunt. Cupiens vero Titus cum collegis *Achæos* pariter, injecto terrore, ad consentiendum impellere, *Xenarchum* ad se vocavit; qui partim de renovanda societate legatus Romam venerat, partim ut ad controversiam, quæ Achæis erat cum Lacedæmoniis, adtenderet. Hic ex inopinato interrogatus de scriptis conditionibus, ecquid illis consentiret, nescio quomodo in-

Digitized by Google

Ol. 148. 1. εἰς ἀπορίαν ἐνέπεσον. [a]καὶ ἐδυσηρεστοῦντο μὲν γὰρ τῇ καθ- 14
ὁδῷ τῶν φυγάδων καὶ τῶν τεθνατωμένων, διὰ τὸ γίγνεσθαι παρὰ τὰ τῶν Ἀχαιῶν δόγματα, καὶ παρὰ τὴν στήλην· ἐνδοκοῦντο δὲ τοῖς ὅλοις, τῷ γράφεσθαι, διότι δεῖ τὴν πόλιν τῶν Λακεδαιμονίων πολιτεύειν μετὰ τῶν Ἀχαιῶν. καὶ πέρας, τὰ μὲν ἀπορούμενοι, τὰ δὲ κατατληττόμενοι 15

Q. Marcius legatus in Maced. et Peloponnesum. τοὺς ἄνδρας, ἐπεβάλλοντο [b]τῇ σφραγίδι. Ἡ δὲ σύγ- 16
κλητος, προχειριζομένη Κόϊντον Μάρκιον πρεσβευτὴν, ἐξαπέστειλεν ἐπί τε τὰ κατὰ Μακεδονίαν καὶ τὰ κατὰ Πελοπόννησον.

II.

RES MESSENIORUM.

* * *

Dinocrates, Messenius, Romam legatus. v. ΔΕΙΝΟΚΡΑΤΗΣ ὁ Μεσσήνιος, παραγενόμενος εἰς τὴν Ῥώμην πρεσβευτὴς, καὶ καταλαβὼν τὸν Τίτον πρεσβευτὴν [c]καθεσταμένον ὑπὸ τῆς συγκλήτου πρός τε Προυσίαν καὶ τὸν Σέλευκον, περιχαρὴς ἐγενήθη· νομίζων, 2

Amicus T. Quinctii. τὸν Τίτον διά τε τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν, (ἐγεγόνει γὰρ αὐτῷ συνήθης κατὰ τὸν Λακωνικὸν πόλεμον·) καὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν Φιλοτοίμεια διαφοράν, παραγενόμενον εἰς τὴν Ἑλλάδα, χειριεῖν τὰ κατὰ τὴν Μεσσήνην πάντα κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν. Διὸ καὶ παρεὶς τἄλλα, 3

[a] Sic Urs. cum MStis. *καὶ* delevit Casaub. praeter necessitatem. [b] Utique *τὴν σφραγῖδα* scribendum putemus cum Reiskio aut potius *τὰς σφραγίδας* in plurali. [c] *καθεσταμένον* (antepenacute) MSti, quod ex *καθεσταμένων* potuit oriri.

certus quid responderet haesit. Erat enim hoc ei molestum, quod exsulibus et mortis damnatis in patriam reditus concedebatur, quum Achaeorum decreto id repugnaret et inscriptioni columnae: rem tamen in universum probabat, quia scriptum erat, ut concilii Achaeorum civitas Lacedaemoniorum esset. Tandem, partim ex consilii inopia, partim quia triumviros verebatur, signum suum imprimit. Senatus *Q. Marcium* decrevit legatum, et tum in Macedoniam, tum in Peloponnesum proficisci jussit.

II.

Legatio XLVII. et Excerpt. Valesian.

* * *

v. *DINOCRATES, Messenius, Romam legatus* venit. Ubi quum offendisset *Titum*, legationem obire jussum ad Prusiam et Seleucum, supra modum laetatus eo est: existimabat enim, Titum, qui sibi amicus esset, (nam bello Laconico familiariter cum illo vixerat) *Philopoemenis* autem inimicus, ubi in Graeciam venisset, res Messeniorum omnes ex sua voluntate administraturum. Itaque omni cura alia

Digitized by Google

προσκαρτέρει τῷ Τίτῳ, καὶ πάσας εἰς τοῦτον ἀπηρεί- A. U. 671.
σατο τὰς ἐλπίδας. [d]Καὶ ἦν μὲν ὁ Δεινοκράτης οὐ Dinocratis ingenium.
μόνον κατὰ τὴν τριβὴν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν φύσιν
αὐλικὸς καὶ στρατιωτικὸς ἄνθρωπος. τὸν δὲ πραγμα-
τικὸν τρόπον [e]ὑπέφαινε μὲν τέλειον, ἦν δὲ ψευδεπί-
γραφος καὶ ῥωπικός. [f]Ἐν τε γὰρ τοῖς πολεμικοῖς κατὰ
μὲν τὴν εὐχέρειαν καὶ τὴν τόλμαν πολὺ διέφερε τῶν
ἄλλων, καὶ λαμπρὸς ἦν ἐν τοῖς κατ' ἰδίαν κινδύνοις.
ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην διάθεσιν, ἐν μὲν ταῖς
ὁμιλίαις εὔχαρις καὶ πρόχειρος ἦν, παρά τε τὰς συνου-
σίας εὐτράπελος καὶ πολιτικὸς, ἅμα δὲ τούτοις φιλέ-
ραστος. περὶ δὲ κοινῶν ἢ πολιτικῶν πραγμάτων ἀτενίσαι
καὶ προϊδέσθαι τὸ μέλλον ἀσφαλῶς, ἔτι δὲ παρα-
σκευάσασθαι καὶ διαλεχθῆναι πρὸς πλῆθος εἰς τέλος
ἀδύνατος. [f]Καί ποτε κεκινηκὼς ἀρχὴν μεγάλων κακῶν
τῇ πατρίδι, τελείως οὐδὲν ᾤετο ποιεῖν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν
ἀγωγὴν ἦγε τοῦ βίου, προορώμενος οὐδὲν τῶν μελλόν-
των, ἐρῶν δὲ καὶ κωθωνιζόμενος ἀφ' ἡμέρας, καὶ τοῖς
ἀκροάμασι τὰς ἀκοὰς ἀνατεθεικώς. Βραχεῖαν δέ τινα
τῆς περιστάσεως ἔμφασιν ὁ Τῖτος αὐτὸν ἠνάγκασε
λαβεῖν. Ἰδὼν γὰρ αὐτὸν παρὰ πότον ἐν μακροῖς
ἱματίοις ὀρχούμενον, παῤ αὐτὰ μὲν ἐσιώπησε· τῇ δ'

[d] Inserui h. l. et his verbis cum præcedentibus copulavi *Excerptum Valesianum*, quod usque ad finem vers. 13. excurrit, et vulgo ab his verbis incipit: Ὅτι Δεινοκράτης ὁ Μεσσήνιος ἦν οὐ μόνον. [e] ὑπέφαινε ex Suida accivit Vales. ὑπέφανε cod. Peiresc. quod teneri potuerat. [f] Fors. καὶ τότε eo ipso tempore (*Romæ quum esset.*)

omissa, Titum unum adsidue colere, in hoc spes suas universas reponere. Et erat quidem *Dinocrates* non usu solum, sed natura etiam aulicus ac militaris; prudentiam vero in rebus gerendis specie quidem omnibus numeris absolutam præferebat, re ipsa autem adumbrata quadam et fucata civilis prudentiæ imago in ipso inerat. Namque in bellicis rebus alacritate atque audacia cunctos anteibat, et in ipso pugnæ discrimine erat conspicuus. Similiter in reliqua vitæ ratione, in sermonibus quidem venustus promtusque, in consuetudine autem ac convictu urbanus atque civilis, neque ab amore alienus. In rebus autem publicis ac civilibus animum intendere, et futura prudenter prævidere, seque adeo præmunire, et ad populum verba facere, prorsus non poterat. Qui cum maximorum causses malorum in patria exeitavisset, nullius demum momenti esse arbitrabatur, quæ ageret. Sed idem vitæ institutum tenebat, nihil in futurum prospiciens, sed amoribus ac poculis de die indulgens, ac symphoniacorum cantibus aures commodans. Tandem vero Titus ad statum, in quo res essent, nonnihil adtendere eum coegit. Conspicatus enim hominem longa et ad talos demissa veste in convivio saltantem, tacuit tum quidem; postridie

Digitized by Google

Ol. 149. 1. αὔριον ἐντυγχάνοντος αὐτοῦ, καί τι περὶ πατρίδος ἀξιοῦντος· Ἐγὼ μέν, ὦ Δεινοκράτη, φάναι, ἔφη, ποιήσω 12
τὸ δυνατόν· ἐπὶ δὲ σοῦ θαυμάζω, πῶς δύνῃ παρὰ τύτον ἐρχεῖσθαι, τηλικούτων πραγμάτων ἀρχὴν κεκινηκὼς ἐν τοῖς Ἕλλησι. Δοκεῖ δὲ τότε βραχύ τι συσταλῆναι, 13
καὶ μαθεῖν, ὡς ἀνοίκειον ὑπόθεσιν τῆς ἰδίας αἱρέσεως καὶ φύσεως ἀποδέδωκε. Πλὴν τότε παρῆν εἰς τὴν Ἑλλάδα 14
μετὰ τοῦ Τίτου, πεπεισμένος, ἐξ ἐφόδου τὰ κατὰ τὴν Μεσσήνην [d]χειρισθήσεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν.

Philopœmen irritum reddit T. Quinctii et Dinocratis consilium.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλοποίμενα, σαφῶς ἐπεγνωκότες, ὅτι 15
περὶ τῶν Ἑλληνικῶν ὁ Τίτος οὐδεμίαν ἐντολὴν ἔχει παρὰ τῆς συγκλήτου, τὴν ἡσυχίαν εἶχον, καραδοκοῦντες αὐτοῦ τὴν παρουσίαν. Ἐπεὶ δὲ κατανλεύσας εἰς Ναύ- 16
παστον ἔγραψε τῷ στρατηγῷ καὶ τοῖς δημιουργοῖς τῶν Ἀχαιῶν, κελεύων συνάγειν τοὺς Ἀχαιοὺς εἰς ἐκκλησίαν· ἀντέγραψαν αὐτῷ, διότι ποιήσουσιν, ἂν γράψῃ, 17
περὶ τίνων βούλεται διαλεχθῆναι τοῖς Ἀχαιοῖς· τοὺς γὰρ νόμους ταῦτα τοῖς ἄρχουσιν ἐπιτάττειν. Τοῦ δὲ 18
μὴ τολμῶντος γράφειν, αἱ μὲν τοῦ Δεινοκράτους ἐλπίδες, καὶ τῶν ἀρχαίων λεγομένων φυγάδων, τότε δὲ προσφάτως ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἐκπεπτωκότων, καὶ συλλήβδην ἡ τοῦ Τίτου παρουσία καὶ προσδοκία τοῦτον τὸν τρόπον διέπεσεν.

[d] Sic recepimus ex codice Peiresciano. Vulgo ἐγκειρισθήσεσθαι. Mendose Suidas χειρωθήσεσθαι.

vero eum adiisset eum Dinocrates, et nescio quid suæ patriæ impetrare vellet: *Equidem*, inquit Titus, *quod in me erit præstabo; cetera te miror, Dinocrates, quo pacto in convivio saltare tibi lubeat, cum tantos motus in Græcia excitaveris.* Ac tum quidem paulisper ad se redisse visus est, atque agnosse tandem, argumentum longe ab instituto ingenioque suo abhorrens a se in medium esse prolatum. Ceterum tunc temporis inter Titi comites in Græciam venit; persuasus, extemplo res *Messeniorum* ex sua voluntate ordinatum iri. At *Philopœmen*, cui certo constabat, Titum de rebus Græciæ nullum a senatu mandatum accepisse, nihil movere, sed adventum ejus exspectare. Qui Naupactum ut adpulit, literas ad prætorem et magistratus gentis Achæorum, (*demiurgos* vocant) dedit, jubens ad concilium cogi multitudinem. Rescriptum est, *factum iri, uti jusserat, si per literas significasset, qua de re cum populo velit agere: ita enim leges imperare magistratibus.* Tito non audente scribere quid vellet, spes Dinocratis et eorum exsulum, quos veteres vocant, qui tunc recens e Lacedæmone fuerant ejecti, atque omnino *Titi* adventus et exspectatio ad irritum isto pacto cecidit.

Digitized by Google

III.

A. U. 671.

RES PHILIPPI.

* * *

Q. Marcius leg. in Macedon.

VI. Τῶν περὶ τὸν Κόϊντον τὸν Μάρκιον πρεσβευσάντων εἰς Μακεδονίαν, ἀπίδη μὲν ἀπὸ τῶν ἐπὶ Θράϊκης Ἑλληνίδων πόλεων ὁλοσχερῶς ὁ Φίλιππος, καὶ τὰς φρουρὰς ἐξήγαγεν· ἀπίδη δὲ βαρυνόμενος καὶ στένων. Romanis invitus paret Philippus.
2 διωρθώσατο δὲ καὶ τἆλλα πάντα, περὶ ὧν οἱ Ῥωμαῖοι ἐπέταττον, βουλόμενος ἐκείνοις μὲν μηδεμίαν ἔμφασιν ποιεῖν ἀλλοτριότητος, λαμβάνειν δὲ ἀναστροφὴν πρὸς
3 τὰς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευάς. Τηρῶν δὲ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν, ἐξῆγε στρατιὰν ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους.
4 Διελθὼν δὲ διὰ μέσης τῆς Θράϊκης, ἐνέβαλεν εἰς Ὀδρύ- Expeditio in Thraciam.
5 σας, Βέσσους, καὶ Δενθηλήτους. Παραγενόμενος δὲ ἐπὶ τὴν προσαγορευομένην Φιλίππου πόλιν, φυγόντων τῶν ἐνοικούντων εἰς τὰς ἀκρωρείας, ἐξ ἐφόδου κατέσχε
6 τὴν πόλιν. Μετὰ δὲ ταῦτα πᾶν τὸ πεδίον ἐπιδραμών, καὶ τοὺς μὲν ἐκπορθήσας, παρ' ὧν δὲ πίστεις λαβών, ἐπανῆλθε, φρουρὰν καταλιπὼν ἐν τῇ Φιλίππου πόλει.
7 ταύτην δὲ συνέβη μετά τινα χρόνον ἐκπεσεῖν ὑπὸ τῶν Ὀδρυσῶν, ἀθετησάντων τὰς πρὸς τὸν βασιλέα πίστεις.

III.

Legatio XLVIII.

* * *

VI. POSTQUAM Q. *Marcius* in Macedoniam legatus venit; excessit quidem penitus ex urbibus Thraciæ, quas Græci habitabant, *Philippus*, et præsidia ex iis deduxit; sed excessit invitus ac gemens. Omnia item alia Romanorum imperata fecit; quod cuperet nullum alienati animi indicium ipsis dare, sed moram temporis nancisci ad bellum præparandum. Quo etiam consilio expeditionem adversus barbaros suscepit: et per mediam *Thraciam* in fines *Odrysarum*, *Bessorum*, *Denthelctarum* incursionem fecit. Ad urbem *Philippopolim*, quam vocant, ut venit; primo impetu illam occupat, fuga oppidanorum desertam, qui in montes confugerant. Deinde per campos, quam late patent, vagatus, aliis vi domitis, aliis in fidem acceptis, præsidio Philippopoli imposito, in regnum suum est reversus. Id vero præsidium non multo post ab Odrysis, fidem regi non servantibus, est expulsum.

Digitized by Google

Ol. 149. 1.

* * *

Macedones favent Demetrio.

VII. [c]Τοῦ Δημητρίου παραγενηθέντος ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν Μακεδονίαν, καὶ κομίζοντος τὰς ἀποκρίσεις, ἐν αἷς οἱ Ῥωμαῖοι πᾶσαν τὴν ἐξ αὐτῶν χάριν καὶ πίστιν εἰς τὸν Δημήτριον ἀπηρείδοντο, καὶ διὰ τοῦτον ἔφασαν πάντα πεποιηκέναι καὶ ποιήσειν· οἱ μὲν Μακεδόνες 2 ἀπεδέχοντο τὸν Δημήτριον, μεγάλων ὑπολαμβάνοντες ἀπολελῦσθαι φόβων καὶ κινδύνων. προσιδόκων γὰρ ὅσον 3 οὔπω τὸν ἀπὸ Ῥωμαίων πόλεμον ἐπ' αὐτοὺς ἥξειν, διὰ τὰς τοῦ Φιλίππου παρατριβάς. Ὁ δὲ Φίλιππος καὶ 4 Περσεὺς οὐχ ἡδέως ἑώρων τὸ γιγνόμενον, οὐδ' ἤρεσκεν αὐτοῖς, τῷ δοκεῖν τοὺς Ῥωμαίους αὐτῶν μὲν μηθένα λόγον ποιεῖσθαι, τῷ δὲ Δημητρίῳ πᾶσαν ἀνατιθέναι τὴν ἐξ αὐτῶν χάριν. Οὐ μὴν, [d]ἀλλ' ὁ μὲν Φίλιππος 5 [e]ἐπεκρύπτετο τὴν ἐπὶ τούτοις δυσαρέστησιν· ὁ δὲ Περσεὺς, οὐ μόνον ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίᾳ παρὰ πολὺ τἀδελφοῦ λειπόμενος, ἀλλὰ καὶ περὶ τἆλλα πάντα καθυστερῶν καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ κατασκευῇ, δυσχερῶς ἔφερε· τὸ δὲ συνέχον, ἰδιδίσει περὶ τῆς ἀρχῆς, μὴ, 6 προσδύτερος ὤν, ἐξωσθῇ διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. Διὸ τούς τε φίλους ἔφθειρε τοὺς τοῦ Δημητρίου * * * 7

[c] Quæ vulgo ante hanc Eclogam inserta legitur *Legatio XLIX*, eam infra (post *Leg. LI.*) *Cap.* 11. exhibemus. [d] Particulam ἀλλ' ex conject. adjeci. [e] ἀπεκρύπτετο Bav.

* * *

(*Legatio L.*)

VII. Postea quam *Demetrius* ab Roma in Macedoniam est reversus, *Senatus responsum* adferens, quo significabant Romani, *sibi Demetrio ferri acceptum debere, quod veniam Philippo dedissent, eique credidissent, omniaque fecisse et porro facturos in Demetrii gratiam:* Macedones Demetrium cum favore conspiciebant, magno metu magnisque periculis per eum liberatos se existimantes. Exspectaverant enim, Romanos, propter Philippi offensiones non multo post cum infesto exercitu adfuturos. At *Philippus* et *Perseus* iniquo animo hoc ferebant, neque placebat ipsis, quod Romani, nulla ipsorum ratione habita, *Demetrio* imputari vellent omnia sua beneficia. Sed Philippus quidem displicere haec sibi dissimulat; Perseus vero, qui non solum benevolentia populi Romani a fratre longe vincebatur, sed et aliis omnibus rebus, cum ingenio tum disciplina et usu, erat illi inferior, dolorem suum prodebat. Cujus quidem præcipua causa erat, quod metuebat, ne, qui ætate major esset, regno tamen propter dictas caussas extruderetur: idcirco et amicos Demetrii corrumpebat, et * * *

Digitized by Google

* * *

A. U. 871.

VIII. Τῷ βασιλεῖ Φιλίππῳ καὶ τῇ συμπάσῃ Μακεδονίᾳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν δεινή τις ἀρχὴ κακῶν ἐνέπεσε, καὶ πολλῆς ἐπιστάσεως καὶ μνήμης ἀξία. 2 Καθάπερ γὰρ ἂν εἰ δίκην ἡ τύχη βουλομένη λαβεῖν ἐν καιρῷ παρ' αὐτοῦ πάντων τῶν ἀσεβημάτων καὶ παρανομημάτων, ὧν εἰργάσατο κατὰ τὸν βίον, τότε παρέστησεν [f]αὐτῷ τινας ἐριννῦς καὶ ποινὰς καὶ προστροπαίους τῶν δι' ἐκεῖνον ἠτυχηκότων· οἳ συνόντες αὐτῷ 3 καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, τοιαύτας ἔλαβον παρ' αὐτοῦ τιμωρίας, ἕως οὗ τὸ ζῆν ἐξέλιπεν, ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμολογῆσαι, διότι κατὰ τὴν παροιμίαν ἔστι [g]τις Δίκης ὀφθαλμὸς, ἧς μηδέποτε δεῖ καταφρονεῖν 4 ἀνθρώπους ὑπάρχοντας. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ ταύτην παρεστήσαντο τὴν ἔννοιαν, ὅτι δεῖ, μέλλοντα πολεμεῖν πρὸς Ῥωμαίους, ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων καὶ παραθαλαττίων πόλεων τοὺς μὲν πολιτικοὺς ἄνδρας μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν, ἀναστάτους ποιήσαντα, μεταγαγεῖν μὲν εἰς τὴν νῦν μὲν Ἡμαθίαν, τὸ δὲ παλαιὸν Παιονίαν 5 προσαγορευομένην, πληρῶσαι δὲ καὶ Θρᾳκῶν καὶ βαρβάρων τὰς πόλεις, ὡς βεβαιοτέρας αὐτῷ τῆς ἐκ τούτων 6 πίστεως ὑπαρξούσης κατὰ τὰς περιστάσεις. Οὗ συντελουμένου, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνασταστῶν γιγνομένων,

Exitiosa consilia capit Philippus.

Cives urbium maritimarum traducit in Emathiam.

[f] Pronomen adjeci ex Suida. [g] Pronomen, quod vulgo abest, pariter dedit Suidas.

* * *

(*Excerptum Valesianum.*)

VIII. Iisdem temporibus *gravium malorum initium* regi *Philippo* totique Macedoniæ accidit; quæ res notatu ac commemoratione in primis digna est. Prorsus enim ac si fortuna omnium scelerum, quæ tota antecta vita commiserat, pœnas opportune expetere ab eo vellet, quasdam furias et ultrices omnium, quos nefarie violaverat, diras tunc ei admovit: quæ quidem noctu atque interdiu ipsi imminentes, ejusmodi pœnas ab eo exegerunt, donec ultimum spiritum vitæ fudit, ut confessi sint omnes mortales, *Esse quemdam*, ut in proverbio dicitur, *Justitiæ oculum, quem quidem ab hominibus sperni haudquaquam fas sit.* Nam primum hujusmodi consilium in animum ejus injecerunt, debere eum, quandoquidem bellum ei gerendum sit cum Romanis, universam civium multitudinem cum uxoribus ac liberis ex celeberrimis urbibus oræ maritimæ in *Emathiam*, quæ nunc vocatur, quæ olim *Paonia* dicta est, traducere, Thracibusque et aliis barbaris habitandas tradere urbes; quippe majori erga ipsum fide hæc genera hominum in omni fortuna fore. Quæ cum effectui mandarentur, civesque a penatibus abe-

Digitized by Google

Ol. 140. 1. τηλικοῦτο συνέβη γενέσθαι πένθος καὶ τηλικοῦτον θόρυβον, ὥστε δοριάλωτον δοκεῖν ἅπασαν γίγνεσθαι. Ἐξ ὧν 7
κατάραι καὶ θεοκλυτήσεις [h]ἐγίγνοντο κατὰ τοῦ βασιλέως, οὐκέτι λάθρα μόνον, ἀλλὰ καὶ φανερῶς. Μετὰ 8
δὲ ταῦτα βουληθεὶς μηδὲν ἀλλότριον ὑποκαθέσθαι, μηδὲ δυσμενὲς μηδὲν ἀπολιπεῖν τῇ [i]βασιλείᾳ, ἔγραψε τοῖς ἐπὶ τῶν πόλεων διατεταγμένοις, [k]ἀναζητῆσαι τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας τῶν ὑπ' αὐτοῦ Μακεδόνων ἀνῃρημένων, εἰς φυλακὴν ἀποθέσθαι· μάλιστα μὲν φέρων ἐπὶ 9
τοὺς περὶ Ἄδμητον, καὶ Πυῤῥίχον, καὶ Σάμον, καὶ τοὺς μετὰ τούτων ἀπολομένους· ἅμα δὲ τούτοις συμ- 10
περιέλαβε καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅσοι κατὰ βασιλικὸν πρόσταγμα τοῦ ζῆν ἐστερήθησαν, ἐπιφθεγξάμενος, ὥς φασι, τὸν στίχον τοῦτον·

Aliud sævum consilium.

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας υἱοὺς καταλείπει.

Ὄντων δὲ τῶν πλείστων ἐπιφανῶν διὰ τὰς τῶν πατέρων 11
[l]προαγωγὰς, ἐπιφανῆ καὶ τὴν τούτων ἀτυχίαν συνέβαινε γίγνεσθαι καὶ παρὰ πᾶσιν ἐλεεινήν. Τρίτον δ' ἡ 12
τύχη δρᾶμα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπεισήγαγε, τὸ κατὰ τοὺς υἱούς. Ἐν ᾧ τῶν μὲν νεανίσκων ἀλλήλοις 13
ἐπιβουλευόντων, τῆς δ' ἀναφορᾶς περὶ τούτων ἐπ' αὐτὸν γιγνομένης, καὶ δέον διαλαμβάνειν, [m]ποτέρου δεῖ γίγνε-

Mutuæ insidiæ filiorum Philippi.

[h] ἐγίνοντο Suidas. [i] βασιλείᾳ correxit Vales. βασιλέως erat in cod. [k] Commodius fuerit ἀναζητήσαντας, nisi deinde velis καὶ εἰς φυλακὴν. [l] προαγωγὰς cum Reiskio scripsi, pro vulgato παραγωγὰς. [m] Et hanc emendationem occupaverat Reisk. Vulgo πότερον δεῖ.

traherentur; tantus luctus tantusque fremitus est exortus, ut hostili expugnationi ac direptioni simillima res videretur. Proinde vota atque *exsecrationes in caput Philippi* non clam modo, sed et palam concipiebantur. Postremo, cum nihil infensum suspectumque domui regiæ in medio relinquere statuisset, præfectis singularum urbium mandavit, ut liberos utriusque sexus eorum Macedonum, quos ipse interfecisset, comprehensos custodiæ traderent: præcipue quidem *Admetum* ac *Pyrrichum Somumque*, et reliquos qui una interierant, significans; comprehendens tamen simul alios omnes, quotquot regis præcepto trucidati erant, recitansque etiam, ut aiunt, versum illum:

Stultus, mactato sobolem qui patre relinquit.

Cum vero plerique horum ob parentum dignitatem celebres essent, celebris quoque eorum calamitas exstitit et miseratione omnium excepta. Tertiam fabulam eodem tempore fortuna induxit, *simultatem inter regis filios*. In qua cum alter alterius vitæ insidiaretur, atque de ea re judicium patri esset delatum, ut disceptandum ei esset, utrum filiorum morte deberet

Digitized by Google

ἔθαι τῶν υἱῶν φονέα, καὶ πότερον αὐτῶν δεδίοιμι μᾶλ- A. U. 571.
λον κατὰ τὸν ἐξῆς βίον, μὴ χηρεύσων αὐτὸς πάθῃ τὸ παραπλήσιον, ἐστροβεῖτο νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν περὶ
14 τούτων διανοούμενος. Ἐν τοιαύταις δ' οὔσης ἀτυχίαις καὶ ταραχαῖς τῆς αὐτοῦ ψυχῆς, τίς οὐκ ἂν εἰκότως ὑπολάβοι, θεῶν τινων αὐτῷ μῆνιν εἰς τὸ γῆρας καταπέμψαι διὰ τὰς ἐν τῷ [a]προγεγονότι βίῳ παρανομίας.
15 Τοῦτο δ' ἔτι μᾶλλον ἔσται δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς [o]ῥηθησομένων.

IV.

PHILOPŒMEN, HANNIBAL, SCIPIO,

eodem anno vita functi.

* * *

21 IX. ΦΙΛΟΠΟΙΜΗΝ, ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς, ἀνὴρ ἦν τῶν κατ' ἀρετὴν πρὸ τοῦ οὐδενὸς δεύτερος, τῆς τύχης μέντοι γ' ἥττων. Μετὰ δὲ τοῦτον Λυκόρτας, ὃς ἦν οὐδὲν ἥττων τούτου. Philopœmen.

*

3 Φιλοποίμην, τετταράκοντα ἔτη συνεχῶς φιλοδοξήσας ἐν δημοκρατικῷ καὶ πολυειδεῖ πολιτεύματι, πάντη
4 πάντως διέφυγε τὸν τῶν πολλῶν φθόνον· τὸ πλεῖον οὐ

[a] Mendose vulgo *παραγεγονότι*. [o] Post *ῥηθησομένων* hæc verba adjecit Compilator: *Ζήτει ἐν τῷ περὶ Παραδόξων*, id est, *Vide Excerpta de* MIRANDIS CASIBUS.

